

cauerint summis laudibus, sapissimè tamè con-
 fitentur, spiritu, vel mente vult contineri, re-
 giq; omnia. Orpheus, qui est vetustissimus poë-
 tarum, & equalis ipsorum deorum (si quidem
 traditur inter Argonautas cum Tyndaridis
 & Hercule nauigasse) Deum verum & ma-
 gnum $\pi\rho\alpha\rho\tau\acute{o}\gamma\omicron\nu\omicron\nu$, id est, primogenitum appel-
 lat: quòd ante ipsum nihil sit genitum, sed ab
 ipso sint cuncta generata: eundè etiam $\phi\epsilon\upsilon\gamma\eta\tau\alpha$,
 id est, apparatus nominat, quòd, cum adhuc ni-
 hil esset, primus ex infinito apparuerit, et exti-
 terit. Cuius originem, atque naturam, quia còci-
 pre animo non poterat, ex aere immenso natū
 esse dixit:

$\Pi\rho\alpha\rho\tau\acute{o}\gamma\omicron\nu\omicron\nu$ $\phi\alpha\iota\tau\omega\upsilon$ $\tau\epsilon\iota$ $\mu\acute{\upsilon}\kappa\lambda\omicron\varsigma$ $\eta\epsilon\alpha\varsigma$ $\tau\acute{\omicron}\delta\omicron\varsigma$.
 Aliud enim quod diceret amplius non habe-
 bat. Hunc ait esse omnium deorum $\phi\alpha\iota\tau\omega\upsilon$,
 quorum causā cælum condiderit, libèriq; pro-
 spexerit, ut haberent habitaculum, sedemq; com-
 munem: $\epsilon\chi\tau\iota\sigma\tau\epsilon\upsilon$ $\acute{\alpha}\delta\alpha\nu\acute{\alpha}\tau\omicron\iota\varsigma$ $\delta\omicron\phi\omicron\upsilon\varsigma$ $\acute{\alpha}\phi\epsilon\tau\omicron\upsilon$.
 Natura igitur & natione decoste
 esse prestantissimam potestatem celi $\phi\alpha\iota\tau\omega\upsilon$
 conditricem. Non poterat enim Iouem esse
 esse principem rerum, qui erat Saturno geni-
 tus, neque Saturnum ipsum, qui celo natus
 ferebatur: Celum autem tanquam Deum pri-
 mum consiliuere nō audebat, quod ei mentum
 videbat esse mundi, quod ipsum egerit auctore.
 Hac cum ratio perduxit ad illum Deum pri-
 mogenitū, cui assignat & tribuit principatum.

LIBROS

DE DR.

L. MARCO

Homer

P. 4989

Biblioteca de Madrid

Homerus nihil nobis dare potuit, quod pertineat ad veritatem, qui humana potius quam diuina conscripsit. Potuit Hesiodus, qui Deorum generationem vnus libri opere complexus est. Sed tamen nihil dedit, non à Deo conditore sumens exordium, sed à Chaos, quod est rudis, inordinataeq; materia confusa congeries: cum explanare antè debuerit Chaos ipsum vnde, quando, quomodo esse, aut constare cœpisset. Nimirum sicut ab aliquo artifice disposita, ordinata, effecta sunt omnia: sic ipsam materiam factam esse ab aliquo necesse est. Quis igitur haec, nisi Deus, fecerit, cuius potestati subiacent omnia? Sed refugit hoc ille, dum horret incognitam veritatem. Non enim Musarum instinctu, sicut videri voluit, in Helicone carmina illud effudit, sed meditatatus venerat ac paratus. Nostorum primus Maro non longe fuit à veritate: cuius de summo deo, quem spiritum, ac mentem nominauit, haec verba sunt:

Principio cœli, ac terras, camposq; liquētēs,
 Lucentemq; globum luna, titaniaq; astra,
 Spiritus unus alit: totamq; infusa per artus
 Mēs agitat molē, et magno se corpore miscet.
 Ac nequis fortè ignoret, quisnam esset ille spiritus,
 qui tantum haberet potestatis, declarauit
 alio loco, dicens:

-Deum namque iure per omnes
 Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundū,
 Hinc pecudes, armenta, viros, genus œferarū,
 Quenq;

Quenq; sibi tenuis nascentē arcessere vitas.
 Ouidius quoq; in principio præclari operis sine
 vllz nominis dissimulatione à Deo, quem fabri-
 catorem mūdi, quem rerum opificē vocat, mun-
 dum fassetur instructum. Quod si vel Orpheus,
 vel hi nostri, que natura docente senserunt, in
 perpetuum defendissent, eandem, quā nos sequi-
 mur doctrinam comprehēsa veritate tenuissent.
 Sed hæc. nus de poetis : ad philosophos venia-
 mus, quorum grauior est autoritas, certiusq; iu-
 dicio : quia non rebus commentitūs, sed inue-
 stiganda veritati studuisse creduntur. Thales
 Milesius, qui vnus è septem sapiētum numero
 fuit, quiq; primus omnū quesisse de causis na-
 turalibus traditur, aquā esse dixit, à qua nata
 sunt omnia : Deum autem esse mentem, qui ex
 aqua unctū formauerit. Ita materiam omnium
 rerum posuit in humore : principium, causamq;
 nascendi constituit in Deo. Pythagoras uia defi-
 niuit, quid esset Deus : Animus qui per vniver-
 sas mundi partes, omnemq; naturā commiscuit,
 atq; diffusus, ex quo omnia, quæ nascuntur, ani-
 malia vitam capiunt. Anaxagoras Deum esse
 dicit infinitam mentem, qua per seipsam mouea-
 tur. Anistheus multos quidem esse populares
 Deos, vnum tamē naturalem, id est totius sum-
 me artificem. Cleanthes & Anaximenes æthe-
 ra dicunt esse summum Deum, cui opinioni poë-
 ta noster assensit.

Impater omnipotēs sæcūdis imbribus æther

b z

Comu

Coniugis in gremiū leta descendit, & omnes
 Magnus alit magno permistus corpore scelus.
 Chrysippus naturalem vim diuina ratione præ-
 ditam, interdum diuinam necessitatem Deum
 nuncupat. Item Zenon naturalem diuinamq; le-
 gem. Horum enim omnium sententia, quamuis
 sit incerta, eodem tamē spectat, vt providēciam
 vnā esse cōsentiat. siue enim natura, siue ether,
 siue ratio, siue mens, siue fatalis necessitas, siue
 diuina lex, siue quid aliud dixeris: idē est, quod
 à nobis dicitur Deus. nec obstat appellationum
 diuersitas, cum ipsa significatione, ad vnum
 omnia reuoluantur. Aristoteles, quamuis se-
 cum ipse dissideat, ac repugnantia sibi & dicat,
 & sentiat, in summum tamen vnā mentem
 mundo præesse testatur. Plato, qui omnium sa-
 piētissimus iudicatur, monarchiam planē, aper-
 teq; defendit. nec athera, aut rationē, aut natu-
 ram, sed, vt est, Deum nominat: ab eo mundum
 hūc perfectum, atq; mirabilem esse fabricatum.
 Quem Cicero secutus atque imitatus in pluri-
 mis, Deum frequenter consistetur, ac supremum
 vocat in ijs libris, quos de Legibus scripsit: ab
 eoq; regis mundum argumentatur, cum disputat
 de natura Deorum, hoc modo: Nihil est præ-
 stantius Deo: ab eo igitur mundum regi necesse
 est: nulli igitur est nature obediens, aut sub-
 iectus Deus: omnem ergo regit ipse naturam.
 Quid autem sit Deus, in cōsolatione defuit. Nec
 verò Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio

modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam
 & libera, & segregata ab omni concretionem
 mortali, omnia sentiens, & omnia mouens. An
 nacus quoque Seneca, qui ex Romanis vel acer
 rimus Stoicus fuit, quam saepe summam Deum
 merita laude prosequitur: Nam cum de immutu
 ra morse differeret: Non intelligis, inquit, auto
 ritatem, ac maiestatem iudicis tui, rectoris orbis
 terrarum, celiq; , & decorum omnium Dei: à
 quo ista numina, quae singula adoramus &
 colimus, suspensa sunt? Item in exhortationi
 bus: Hic, cum prima fundamenta molis pul
 cherrime iaceret, & hoc ordiretur, quo neque
 maius quicquam mouit natura, nec melius, vt
 omnia sub duobus suis irent, quamuis ipse per
 totum se corpus incenderat, tamen ministros re
 gni sui Deos genuit. Et quae multa alia de Deo
 nostris similia locutus est, quae nunc differo,
 quod alijs locis opportuniora sunt. Nunc satis
 est demonstrare, summo ingenio viros attingisse
 veritatem, ac propè tenuisse, nisi eos retrorsum
 siccata prauis opinionibus consuetudo rapuisset:
 quia & Deos esse alios opinabantur: & ea, quae
 in rsu hominis Deus fecit, tanquam sensu
 praedita essent, pro Dijs habenda, & colenda
 credebant.

De testimonijs diuinis, & de Sibyllis, & earum
 carminibus. CAP. VI.

Nunc ad diuina testimonia transeamus,
 sed prius vnum proferam, quod est simi
 le diuini

le diuino, & ob nimiam vetustatem, & quòd
 is, quem nominabo, ex hominibus inter Deos
 relatus est. Apud Ciceronem C. Coista Pontifex
 disputans contra Stoicos de religionibus, & de
 varietate opinionum, que solent esse de Dijs, vt
 more Academicorum omnia faceret incerta,
 quinaue fuisse Mercurios ait: & enumeratis per
 ordinem quatuor, quintũ fuisse eum, a quo sit
 Argus occisus: ob eamq; causam in Ægyptum
 profuissse, atq; Ægyptus leges, ac literas tradi-
 disse. Hunc Ægyptij Thoth appellat, a quo
 apud eos primus anni sui mensis, id est, Septem-
 ber nomen accepit. Idem oppidum cõdidit, quod
 etiam nũc Græcè vocatur ἑρμούπολις: & Saite
 seruant, & colunt eum religiosè. Qui tametsi
 homo fiserit antiquissimus, tamen & instructi-
 ssimus omni genere doctrinæ, adeo, vt ei multarum
 rerum, & artium scientia, Trismegisto co-
 gnomen imponerent. Hic scripsit libros, & qui-
 dem multos, ad cognitionem diuinarum rerum
 pertinentes, in quibus maiestatem summi, ac sin-
 gulari Dei asserit: usdemq; nominibus appel-
 lat quibus nos, Deum, & patrem. ac ne quis no-
 men eius requirat, ἀνόνομα, id est, sine nomine
 esse dixit, eò quòd nominis proprietate nõ egeat,
 ob infam scilicet unitatem. Ipsius hæc verba
 sunt: ὁ δὲ θεὸς ἰσὺς ἑἷς, ὁ δὲ εἷς ἀνόματος ὁὐ ποσ-
 δειδίας. ἑἷς γὰρ ἀνόνομος. Deo igitur nomen
 non est, quia solus est: nec opus est proprio ve-
 cubulo, nisi eam discretiõem excigit multitudo, vt

vnari

vnaniquanq; personam sua nota, & appellatio
 ne designet. Deo autem, quia semper vnus est,
 proprium nomen est Deus. Super. s; de respon-
 sis, carminibusq; sacris testimonia, quae sunt
 multo certiora, proferre. Nam fortasse q; contra
 quos agimus, hoc poetis putant esse: red ndum,
 tanquam vana fingētib; neephitos: p' i, quōd
 errare potuerunt, quia & hi homines fuerunt.
 M. Varro, quo nemo vnquam de Etor, ne apud
 Gracos quidem, nedum apud Latinos, vixit, in
 libris rerum diuinarum, quos ad C. Caesarem
 Pontificem maximum scripsit eum de quindecim
 Sibyllinis loqueretur, Sibyllinos libros ait non
 fuisse vnus Sibylle, sed appellari vno nomine
 Sibyllinos, quōd omnes sœmine vates, Sibylle
 sunt à veteribus nuncupate, vel ab vnus Del-
 phidis nomine, vel à consilijs Deorum denun-
 tiandis: ceteris enim Deos, non Δεῖς, & cœci-
 lium non Βελλῶ, sed Βυλλῶ, appellabant Aeoli-
 co sermonis genere. Itaq; Sibyllam dictam esse
 quasi Δεοβυλλῶ. Ceterum Sibyllas decem nu-
 mero fuisse: easq; omnibus enumeravit sub auto-
 ribus, qui de singulis scripserunt. Primam fuisse
 de Persis, cuius mentionem fecerit Nicanor, qui
 res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Se-
 cundam Libyssam, cuius meminit Euripides in
 Lamia prologo. Tertiam Delpnicam, de qua
 Chrysippus loquitur in eo libro, quem de diui-
 natione composuit. Quartam Cumeam in Ita-
 lia, quam Nauius in libris belli Punici, Piso in

annalibus nominat. Quintam Erythraë, quam
 Apollodorus Erythreus affirmat suam fuisse
 cinem: eamq; Graijs petrosibus illum vaticina-
 tam, & perituram esse Troiam, & Homerum
 mendacium scripturum. Sextam Samiam, de qua
 scribit Eratosthenes in antiquis animilibus Sa-
 miorum reperisse se scriptum. Septimam Cuma-
 nam nomine Amaltheam: que ab alijs Demo-
 phile, vel Herophile nominatur: eamque nouem
 libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum, ac
 pro eis trecentos philippos postulasse, Regemq;
 aspernatum pretij magnitudinem detrisisse mu-
 lierem insanam: illam in conspectu regis tres com-
 buisse, ac pro reliquis idem pretium poposcisse.
 Tarquinium multo magis insanire mulierem pu-
 tasse. Quae denuò tribus alijs excubis, cum in eo-
 dem pretio perseveraret, motum esse regem, ac
 residuos trecentis aureis emisse: quorum postea
 numerus sit auctus, Capitolio relecto, quod ex
 omnibus ciuitatibus & Italicis, & Grecis, &
 praecipue Erythreis coacti, allatiq; sunt Romam,
 cuiuscumque Sibylle nomine fuerunt. Octauam
 Hellesponticam in agro Troiano natam, vico
 Marpesso, circa oppidum Gergithium: quam scri-
 bit Heraclides Ponticus Soloni et Cyri temporibus
 fuisse. Nonam Phrygiam, qua vaticinata
 sit Ancyra. Decimam Tiburtem, nomine Al-
 buncam, que Tyburi colitur, vt dea, iuxta ripas
 Anienis: cuius in gurgite simulachrum eius in-
 uentum esse dicitur, tenens in manu librum, cu-

ius sacra senatus in Capitolium transtulerit. Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur, & habentur, præterquam Cumeæ: cuius libri à Romanis occultantur, nec eos ab ullo, nisi à Quindecim viris, inspicere fas habent. Et sunt singularum singuli libri: qui quia Sibylla nomine inscribuntur, unius esse creduntur: suntque confusi, nec discerni, ac suum cuique assignari potest, nisi Erythræ, quæ & nomen suum verum carmini inseruit, & Erythream se nominat ubi prælocuta est, cum esset orta Babylonie. sed & nos confusè Sibyllam diceamus, si ubi testimonijs earum fuerit abutendum. Omnes igitur hæc Sibyllæ unum Deum prædicant, maxime amon Erythræ: qua celebrior inter ceteras, ac nobilior habetur: siquidè Fenestella diligentissimus scriptor de xv. viris dicens, ait: restituito Capitolio retulisse ad senatum C. Curionem Cos. ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquisita, Romam deportarent: itaque missos esse P. Gabinium, M. Officium, L. Valerium: qui descriptos à privatis versus circa mille Romam deportarunt. Idem supra ostendimus dixisse Varronem. In his ergo versibus quos legati Romam attulerunt, de uno Deo hæc sunt testimonia:

Εἷς θεὸς ὅς μέγας ἐστὶν ὅπαι μετ' ἵππων ἀγέλην.
Hunc esse solum Deum, summum, qui calum fecerit, luminibusque distinxerit:

Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς παντὲς ἔσται ὁ πᾶσι
b s
πᾶσι

ποίησιν

Οὐ γενὸν ἠλιότι, ἔ ἀσίργες ἡδὲ σιλώλι.
Καερπ φάρεν γαζάρτε κρη ὕδατ⊕ οἰδ'μαζα
πόντε.

Qui quoniam solus sit edificator mundi, et artificiarum, vel quibus consistat, vel quae in eo sunt, solum coli oportere, testatur:

Αὐτὸν τ' μόνον ὄντα σίθεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ὁς μόν⊕ εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶν⊕ ἔτυχεν.

Sicut alia Sibylla, quaecunque est, cum perferre se ad homines Dei vocem diceret, sic ait:

Εἰς μόν⊕ εἰμι θεός, κρη ἄκ' εἰς θεός ἄλλ⊕.
Exequeret nunc testimonia ceterarum, nisi et haec sufficerent, et illa opportunioribus locis reservarem. Sed cum defendamus causam veritatis apud eos, qui aberrantes à veritate falsis religionibus seruiunt: quod genus probationis aduersus eos magis adhibere debemus, quam ut eos deorum suorum testimonijs reminiscamus?

De testimoniis ex responsis.

C A P. VII.

Apollo enim, quem praeter ceteros divinum, maximèque fatidicum existimant, Colophone respondens, quòd Delphis credo emigraverat, amantissime Asiae ductus, quaerenti cuidam, quis esset, aut quid esset omnino Deus: respondit viginti et uno versibus. Quorum hoc principium est:

Αὐτοϕ

Αὐτοφύης, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀσυφύ-
 λικτος,

Ὀνομα μὴδ' ἔ λόγῳ χωρέμενος, ὅν πυχὸν
 νόμον,

Τὴντι Διὸς: μικρὰ ἢ θεῶν μελὲς ἀγγελοι ἡμεῖς.
 Nunquid potest suspicari de Ioue esse dictum,
 qui & matrem habuit: & nomen? Quid, quòd
 Mercurius ille ter maximus, cuius supra feci
 mentionem non modo ἀμήτωρ, ut Apollo, sed
 ἑπάτωρ quoque appellat Deum, quòd origo
 illi non sit aliunde. Nec enim potest ab nullo esse
 generatus, qui ipse uniuersa generauerit. Satis
 (ut opinor) & argumentis docui, & testibus
 confirmaui, quòd per se satis clarum est: Vnum
 esse regem mundi, vnum patrem, vnum Deum.
 Sed fortasse queras aliquis à nobis idem illud,
 quòd apud Cicronem querit Hortensius: Si
 Deus vnus est, quæ esse beata solitudo queat?
 Tanquam nos, quia vnum esse dicimus, deser-
 tum, ac solitariū esse dicamus. Habet enim mi-
 nistros, quos vocamus nuntios. Et est illud ve-
 tum, quòd dixisse in exhortationibus Senecani
 supra retuli: genuisse regni sui ministros Deum.
 Verum hi neque Dii sunt, neque Deos se vocari,
 aut coli volunt: quippe qui nihil præter iussum,
 ac voluntatem Dei faciunt. Nec tamen illi sunt,
 qui vulgò coluntur: quorum & exiguus, &
 cæcus est numerus. Quòd si cultores Deorum,
 eos ipsos se collere putant, quos summi Dei mi-
 nistros appellamus: nihil est, quòd nobis faciunt
 inuid

inuidiam, qui unum dicamus, multos negemus. Si eos multitudo delectat, non duodecim dicimus, aut trecentos sexagintaquinque (ut Orpheus) sed innumerabiles esse, arguimus eorum errores inuersum, qui tam paucos putant. Sciant tamen, quo nomine appellari debeant: ne Deum verum uolent: cuius nomen exponunt, dum pluribus tribuunt. Credant Apollini suo, qui eodem illo responso ut Ioui principatum, sic etiam ceteris Djs abstulit nomen. Tertius enim versus ostendit, Dei ministros non Deos, uerum angelos appellari oportere. De se quidem ille mentitus est: qui cum sit e numero demonum, Angelus se Dei aggregauit: denique in alijs responsis, demonem se esse confessus est. Nam cum interrogaretur, quomodo sibi supplicari ueller, ita respondit:

Πᾶσσοι, παλοδίδακτ', ἐνολοῖσσοι κί-
κλυθι δαῖμον.

Item rursum cum preces in Apollinem Smynthium rogatus exprometet, ab hoc versu exorsus est:

Ἀρμονίη κόσμοιο φαισφόρι, καὶ σοφὲ δαῖ-
μον.

Quid ergo superest, nisi ut sua confessione uerberibus ueri Dei, ac pœnæ subiaceat sempiterna? Nam in alio responso ita dixit:

Δαίμονις οἱ φοιτῶσι πᾶσι χθόνα καὶ πᾶσι
πόντον

ἁκάματι, δάμαλλαι ὑπὸ μάστιγι θεοῖο.

De vi

De utrisq; generibus in 1. lib. differemus. Interim nobis sat est, quod dum honorare se vult et in celo collocare, confessus est id, quod res habet, quomodo sint appellandi, qui Deo assistunt. Retrahant ergo se homines ab erroribus, et abiectis religionibus pravis, parentem suum, dominumq; cognoscant: cuius nec virtus estimari potest, nec magnitudo perspicui, nec principium comprehendi: cum ad illum mentis humane intentio, et acumen, et memoria pervenerit, quasi subductis, et consumptis omnibus vijs, subsistit, haeret, deficit: nec est aliquid ulterius, quo progredi possit. verum quia fieri non potest, quis id, quod sit, aliquando esse coeperit: consequens est, ut quando nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex seipso sit procreatus. ideoque ab Apolline αὐτογενής, a Sibylla αὐτογενής, et ἀγενής, et ἀποίητος, nominatur, quod Seneca vir acutus in exhortationibus vidit. Nos, inquit, aliunde pendemus. Itaque ad aliquem respicimus, cui, quod est optimum in vobis, debeamus. Alius nos edidit, alius instruxit: Deus ipse se fecit.

Quod Deus sine corpore sit, nec sexu ad procreandum egeat.

CAP. VII.

His igitur tot et tantis testibus comprobatur, unus Dei potest. te, ac providentia mundum gubernari, cuius vim, maiestatemq; tantam esse dicit in Timæo Plato, ut eius

neq;

Cautè
lege.

neque mente contipere, neque verbis enarrare quisquam possit ob nimiam eius, & inestimabilem potestatem. Dubitet ergo aliquis, an quicquam difficile, aut impossibile sit Deo: qui tanta, tamq; mirifica opera providentia excogitavit, virtute constituit, ratione perfecit, nunc autem spiritu sustentet, potestate moderetur, inexcogitabili, ineffabili, & nulli alij satis notus quam sibi. Vnde mihi de tanta maiestate potestateq; sapius cogitanti, qui Deos colunt, interdum videri solent tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes, tam non multum à mutis animalibus differentes, qui credant, eos, qui genitri sunt maris ac fœmine costu, aliquid maiestatis, diuinæq; virtutis habere. potuisse: cum Sibylla Erythraea dicat:

Ὁὐ δὲ βλάτ ἀνδρῶς

Ex unḡm m̄t̄ras τὴ θεὸς τετυπωμένος ἵστα.
 Quod si est verum, sicuti est, apparet, Herculem, Apollinem, Liberum, Mercurium, Iovemq; ipsam cum ceteris homines fuisse, quoniam sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem tam remotum à Deo, quam id opus, quod ipse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit, & quod sine substantia corporali nullum potest esse? Dÿs ergo, si sunt immortales, & æterni, quid opus est altero sexu? nimirum ut generent ipsa progenie quid opus est? cum successione non egeant, qui semper sunt futuri? Nam profecto in hominibus, ceterisq; animantibus

diuersi

*diversitas sexus, & coitio, & generatio nullam
 habet aliam rationem, nisi ut omnia genera vi-
 ventium, quando sunt quotidie conditione mor-
 talitatis obitura, mutua possint successione ser-
 uari. Deo autem, qui est sempiternus, neq; alter
 sexus, neq; successio necessaria est. Dicit aliquis:
 Ut habeat vel ministros, vel in quos ipse possit
 dominari. Quid igitur sexus opus est sœmineo,
 cum Deus, qui est omnipotens, ut vocatur, sine
 usu, & opera sœmina possit filios procreare?
 Nam si quibusdam minutis animalibus id præ-
 stitit, ut sibi è folijs natos, & suavis herbis
 ore legant: cur existimet aliquis ipsum Deum
 nisi ex permissione alterius sexus non posse ge-
 nerare? Illos igitur, quos imperiti & insipientes
 tanquam Deos & nuncupant, & adorant,
 nemo est tam inconsideratus, qui non intelligat
 fuisse mortales. Quomodo ergo, inquit aliquis,
 Dii crediti sunt? nimirum qui reges maximi,
 ac potentissimi fuerunt, ob merita virtutum sua-
 rum, aut munerum, aut artium repertarum,
 cum chari fuissent usque, quibus imperitauerant,
 in memoriam sunt consecrati. Quod si quis du-
 bitet, res eorum gestas, & facta consideret, que
 uniuersa tam poete, quam historici veteres
 prodiderunt.*

De Hercule, & eius vita, & morte.

CAPVT IX.

Hercules

Hercules, qui ob virtutem clarissimus, & quasi Africanus inter Deos habetur: nonne orbem terræ, & quem peragrasset, ac expurgasset narratur, stupris, libidinibus, adulterijs inquinavit? nec mirum: cum esset adulterio genitus Alcmena. Quid tandem potuit in eo esse diuini, qui suis ipse ritibus mancipatus, & matres, & fœminas contra omnes leges infamia, dedecore, flagitio affecit? Sed ne illa quidem, quæ magna, & mirabilia gessit, talia iudicanda sunt, ut virtutibus diuinis tribuenda videantur. Quid enim tam magnificum, leonem, aprumque superavit? si aues deiecit sagittis? si regium stabulum egressus? si virginem vicit, cingulumque detraxit? si equos feroces cum domino interemit? Opera sunt ista fortis viri, hominis tamen: illa enim, quæ vicit, fragilia, & mortalia fuerunt. Nulla est enim (ut ait Orator) tanta vis, quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangi que possit. At animum vincere, iracundiam colibere, fortissimi est: quæ ille nec fecit unquam, nec potuit. Hec qui faciat, non modo ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Vellem aduocasset de libidine, luxuria, cupiditate, insolentia, ut virtutem eius impleret, quem similem Deo iudicabat. Non enim fortior putandus est, qui leonem, quam qui violentiam, & in seipso inclusam feram superat iracundiam: aut qui rapacissimas volucres deiecit, quam qui cupiditates avidissimas coercet: aut
qui

qui Amazonem Bellatricem, quam qui libidinem vincit pudoris, ac fame debellatricem: aut qui firmum de stabulo, quam qui vitæ de corde suo egerit: quæ magis sunt perniciosa, quia domestica, & propria mala sunt, quam illa, quæ vitari poterant, & caueri. Ex quo fit, ut ille solus vir fortis debeat iudicari, qui temperans est, & moderatus, & iustus. Quod si cogitet aliquis, quæ sint Dei opera: iam hæc omnia, quæ mirantur homines ineptissimi, ridicula iudicabit. Illa enim non diuinis virtutibus, quas ignorant, sed infirmitate suarum virtutum metuntur. Nam illud quidem nemo negabit, Herculem non Eurystheo tantum seruire regi, quod aliquatenus honestum videri potest, sed etiam impudicæ mulieri Omphalæ: quæ illam vestibus suis indutum, sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem: detestabilis turpitudinis, & tanti erat voluptas. Quid tu, inquit aliquis, potèrisne credendum putas? Quidni putem? Non enim ista Lucilius mirrat, aut Lucianus, qui dæi, & hominibus non pepercit: sed hi potissimum, quibus decorum laudes carebant. Quibus igitur credemus, si fidem laudantibus non habemus? Qui hos mentiri putat, proficit alios, quibus credamus, auctores: qui nos doceant, qui sint isti dæi, quomodo, unde ori: quæ sit vis eorum: qui numerus: quæ potestas: quid in his admirabile: quid cultus dignum: quod denique certum, veriusque mysterium, nullos debet.

c Cred

Credamus igitur istis, qui non ut reprehenderent, sunt locuti, sed ut predicarent. Navigavit ergo cum Argonautis, expugnauitq; Troiam, iratus Laomedonti ob negatam sibi pro filie salute mercedem. inde, quo tempore fuerit, apparet. Idem furore, atque insania percitus, uxorem suam cum liberis interemit. Huc homines Deum putant? si d Philoëletes eius heres non putauit, qui faciem supposuit arfuro, qui artus eius, & neruos cremari, ac diffusi re vidit: qui ossa eius, ac cineres in Oeta monte sepelinit: pro quo munere sagittas eius accepit.

De Esculapij, Apollinis, Martis, Castoris, & Pollucis, Mercurij, atque Liberti vita & gestis.

C A P. X.

A Esculapius & ipse non sine flagitio Apollini natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quod sauauit Hippolytum? mortem sane habuit clariorem, quod à Deo meruit fulminari. Hunc Tarquinius de illustribus viris differens, ait, incertis parentibus natum, expositum, & à venatoribus inuentum, canino lacte nutritum: Chironi traditum, didi esse medicinam: fuisse autem Messenium, sed Epidauri moratum. Tullius autem Cynosuris vrbe Aricæ ait sepultum. Quid Apollo pater eius, nonne ob amorem, quo flagrabat, turpissimè gregem paut alienum, & uiros Laomedonti extruxit? cum Neptuno mercede conductus, que illo uegari

negari potuit impunè: ab eoq; primo Rex perfidus quicquid cum Dijs pepigisset, didicit abnegare. Idem formosum puerum & dum amat, violauit: & dum ludit, occidit. Homicida Mars, & per gratiam cadis crimine ab Atheniensibus liberatus, ne videretur nimis ferus & immanis, a uulterium cum Venere commisit. Castor & Pollux, dum alienas sponsas rapturi, esse gemini desierant. nam inuore iniurie concitatus Idas, alterum gladio transuerberauit. & poëte eosdem alternis vivere, alternis mori narant: ut iam sint non Deorum turuni, sed omnium mortalium miserrimi, quibus scilicet meli mori non licet. Hos tamen Homerus ambos simpliciter (non ut poëta solent) mortuos esse testatur. Nam cum faceret in muris ascendente Priamo Helnam, cunctos Græciæ principes re agnoscere, solos autem se fratres suos requirere, subicit orationi eius huiusmodi verbum:

Ως φάτο, τὸς δ' ἴδῃ κατῆξεν Φυγίσοσιν.

Tur ac nebulo Mercurius, quid ad famam suam reliquit, nisi memoriam fraudum suarum? Cælo scilicet dignus, quia palestram docuit, & tyrannum primum inuenit. Liberum patrem necesse est in senatu Deorum jure auctoritatis, primæq; esse sententia: quia præter Ionem solus omnium triumphauit, ex vitum duxit, Indos debellauit, sed inuictus ille Imperator Indicus Maximus, ob amorem, ac libidinem turpissimè

ε 2 vltimo.

victus est. Delatus enim Cretam cum semiuero comitatu, nactus est impudicam mulierem in litore: ac fiducia victorie Iudica, vir esse voluit, ne nimium mollis videretur: atque illam patris proditricem, fratris interemptricem, ab alio relictam & repudiatam, in coniugium sibi vendicauit, & liberam fecit, & cum ea pariter ascendit in caelum. Quid omnium horum pater Iupiter, qui in solenni preceatione Optimus Maximus nuncupatur? nõne à prima sua pueritia impius, ac penè parricida deprehenditur? cum patrem regno expulit, ac fugauit: nec expectauit mortem decrepiti senis, cupiditate regnandi: & cum paternum solium per vim, per arma cepisset, bello est à Titanibus lacepsitus, quod humano generi principium fuit malorum. Quibus victis, & pace in perpetuum comparata, reliquam suam vitam in stupris, adulterijsq; consumpsit. Omitto virgines, quas imminuit. id enim tolerabile iudicari solet. Amphitryonem ac Tyndarum preterire non possum: quorum domos dedecore, atque infamia plenissimas reddidit. Illud verò summæ impietatis, ac sceleris, quòd regium puerum rapuit ad stuprum. Earum enim videbatur, si in expugnanda sæminarum pudicitia maculosus esset, ac turpis, nisi etiam sexui suo iniuriam faceret. hoc est verum adulterium, quod fit contra naturam. hæc qui fecit, viderimus, an maximus, certe optimus non est. quod nomen à corruptoribus, ab adulteris, ab incestis abest:

abest: nisi forte nos erramus homines, qui talia facientes sceleratos vocamus, ac perditos, omnibusq; pœnis dignissimos iudicamus. Stultus autem M. Tullius, qui C. Verri adulteria obiecit: eadem enim Iupiter, quem colebat, admisit. Qui P. Clodio sororis incestum: At illi Optimo Maximo eadem fuit & soror, & coniux.

De Iouis ortu, vita, regno, nomine, & morte:
& Saturno, & Urano.

CAP. XI.

Quis est igitur tam excors, qui hunc in caelo regnare putet, qui ne in terra quidem debuit? Non insultè quidam poëta triumphum Cupidinis scripsit. quo in libro non modo potuissimum deorum Cupidinem, sed etiam viciorum facit. Enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis, ditionemq; venissent: instruit pompam, in qua Iupiter cum ceteris dÿs ante curram triumphantis ducitur catenatus, eleganter id quidem à poëta figuratum: sed tamen non multum distat à vero. Qui enim virtutis est expers, qui cupiditate, ac libidinibus malis vincitur, non Cupidini (ut ille finxit) sed morti subiectus est sempiternæ. Sed omittamus de moribus dicere, rem consideremus: ut intelligant homines in quibus miseri versentur erroribus. Regnare in caelo Ionem vulgus existimat, id doctis pariter, & indeclis persuasum.

sum est, quod religio ipsa & preces, & hymni, & delubra, & simulacra demonstrant. Eundem tamen Saturnus, & Rhea genitum consententur. Quomodo potest Deus videri, aut (ut ait poet.)¹ omnium rerumq; repertor, antequam ortum infantia hominum nullas fuerint? eorum scilicet, qui Saturno regnante vixerunt, ac priores luce, quam Iupiter, fuit potiti. Video autem Deum regem fuisse primis temporibus, alium consequentibus. Potest ergo fieri, ut alius sit postea futurus. Si enim prius regnum mutatum est, cur desperemus etiam posterius posse mutari? nisi forte Saturnus generare potuit fortiorum, Iupiter non potest. Atqui diuinum imperium aut semper immutabile est: aut, si est mutabile (quod fieri non potest) semper utique mutabile est. Potest ergo Iupiter regnum amittere, sicut & pater eius amisit in aeneide. nam cum idem neque virginibus, neque maritatis unquam percisset, abstulit se tamen una Thetide: quod responsum fuit, maiorem patre suo futurum, quisquis ex illa natus esset. Primum in eo imprudentia, non Dei providentia: cui nisi Thetis futura dixisset, ipse nesciret, si autem diuinus non sit, ne Deus quidem sit: unde ipsa diuinitas nominatur, ut ab homine humanitas. Deinde conscientia imbecillitatis, qui timuit utique maiorem. quod qui facit, scit profecto non esse se maximum, quam loquidens potest aliquid maius existere. Idem per Stygiam paludem

paludem sanctissimè iurat:

Vna superstio, superis qua reddita diuis.
 Que est ista superstio? aut à quo reddita?
 Est ergo aliqua potestas maxima, que peierantes
 Deos punit. Quæ tanta formido est palu-
 dus infernæ, si sunt immortales? quid metuunt
 eam, quam visuri non sunt, nisi quos mori
 necesse est? Quid igitur homines oculos suos in
 celum tollunt? quid per superos deierant, cum
 ipsi superi ad infros deuoluantur, ibiq; ha-
 beant quod venerentur, & adorent? Illud
 verò quale est? esse fata, quibus dij omnes &
 ipse Iupiter pareat? Si Parcarum tanta vis
 est, ut plus possint quàm cel-estes vniuersi,
 quàmq; ipse rector, ac dominus: cur non ille
 potius regnare dicantur, quarum Legibus,
 ac statutis parere omnes Deos necessitas co-
 git? Nunc cui dubium est quin is, qui ali-
 cui rei obsequitur, maximus non sit? nam
 si sit, non accipiat fata, sed faciat. Nunc ad
 illud, quod omisit iam, redeo. In vna vtiq;
 sola fuit continentior, cum eam deperiret,
 non virtute aliqua, sed metu successoris. Quæ
 formido vtiq; eius est, qui sit & mortalis
 & imbecillus, & nihili: quippè qui potuit
 & tunc, cum nasceretur, extinguì, sicut fra-
 ter eius ante genitum extinctus est: qui si vive-
 re potuisset, nunquam minori concessisset im-
 perium: ipse autem furto seruatus, furumq; na-
 titus, Sæus sine Cæu appellatus est, non, ut

ſibi putant, à fervore caeleſtis ignis, vel quòd vi-
 ta ſit dator, & animantibus inſpiret animas,
 quæ virtus ſolius Dei eſt (quam enim poſſit
 inſpirare animam, qui ipſe accipit aliunde?)
 ſed quòd primus ex lib. vii Saturni maribus vi-
 ccerit. Potuerunt igitur homines alium deum ha-
 bere regem, ſi Saturnus non fuiſſet ab uxore
 deluſus? At enim poète iſta ſiſſerunt. Errat
 quiſquis hoc putat. illi enim de hominibus lo-
 quebantur: ſed ut eos ornarent, quorum me-
 moriam ludibus celebrabant, deos eſſe dixe-
 runt. Itaque illa potius ficta ſunt, quæ tanquam
 de diis, non illa, quæ tanquam de hominibus
 ſunt locuti: quòd clarum fiet exemplo, quòd in-
 feremus. Danaën violaturus Iupiter, aureos ni-
 mos largiter in ſinum eius inſudit. Hæc ſumpti-
 merces fuit. At poète, qui quaſi de Deo loque-
 bantur, ne autoritatem credite maiſtatis in-
 fringerent, ſiſſerunt ipſum in aureo imbre de-
 lapſum eadem figura, qua imbres ferreos dicunt,
 cum multitudinem telorum, ſagittarumq; de-
 ſcribunt. Rapuiſſe dicitur in aquila Catamitum.
 poëticus color eſt. ſed aut per legionem rapuit,
 cuius inſigne aquila eſt: aut nauis, in qua eſt
 impoſitus, tutelam habuit in aquila figuratam:
 ſicut Laurum, cum rapuit & tranſiit Euro-
 pam. Eodem modo conuertitſe in bouem tradi-
 tur Io Inaci filiam: quæ, ut iram Iunonis eſſu-
 geret, ut erat iam ſecis obſtitit, iam bos, tranſiſſe
 dicitur mare, in Ægyptumq; veniſſe, atque ibi
 recepta

recepta pristina specie, dea facta, que nunc Isis
 vocatur. Quo igitur argumento probari potest,
 nec Europam in tauro sedisse, nec Io factum bo-
 uem? Quod certus dies habetur in factis, quo
 Isidis nauigium celebratur: que res docet non
 transisse illam, si d nauigasse. Igitur qui sapere
 sibi videntur, quia intelligunt vinum terre-
 numq; corpus in celo esse non posse, totam Ga-
 nymedeam fabulam pro falso repudiant, nec sen-
 tiunt, in terra id esse factum, quia res ac libido
 ipsa terrena sunt. Non ergo res ipsas gestas fin-
 xerunt poetæ: quod si facerent, essent vanissi-
 mi: sed rebus gestis addiderunt quendam colo-
 rem. Non enim obtrectantes illa dicebant, sed
 ornate cupientes. Hinc homines decipiuntur:
 maxime quida, dum hæc omnia ficta esse à poetis
 arbitrantur, colunt quod ignorant. nesciunt
 enim, qui sit poetica licentia modus, quodisque
 progredi fingendo liceat: cum officium poetæ
 in eo sit, ut ea, quæ verè gesta sunt, in aliis
 species obliquisfigurationibus cum decore ali-
 quo conuersa traducat. Totum autem, quod
 referas, fingere, id est ineptum esse, & mendaci-
 cem potius quam poetam. sed fuixerunt ista,
 quæ fabulosa creduntur: num etiam illa, quæ de
 dijs sceminis, deorumq; connubijs dicta sunt?
 Cur igitur sic figurantur, sic coluntur? nisi for-
 tè non tantum poetæ, sed & pictores etiam ficto-
 resq; imaginum mentiuntur. Si enim hic tu-

piter qui à vobis dicitur Deus, non is est, qui ex Saturno, & Ope natus est: non oportuit nisi solus simulacrum in templis omnibus collocari. quid sibi maritum effigies voluit? quid sexus infirmus? In quem si cecidit iste Iupiter eum verò ipsi lapides hominem fatebantur. Mentitos esse poëtas aiunt, & hi tamen credunt, imò v' rò non esse mentitos, re ipsa probant: Ita enim deorum simulachra confingunt, ut ex ipsa diversitate sexus, appareat vera esse que dicunt poëta. Nam quod aliud argumētum habet imago Caraniti, & effigies aquile, cum ante pedes Iouis ponuntur in templis, & cum ipso pariter adorantur: nisi vs nefandi sceleris, ac stupri memoria maneat in æternum? Non igitur à poëtis totum fictum est: aliquid fortass' traductum, & obliqua figuratone obscuratum, quò veritas inuoluta tegetetur: sicut illud de sortitione regnorum. Aiunt enim Ioui cæcum obtigisse, Neptuno mare, inferna Plutoni. cur non terra potius in sortem tertiam venit? nisi quòd in terra gesta res est. Ergo illud in vero est, quòd & ignum orbis ita partiti, sortitiq; sum, ut Orientis imperium Ioui cederet, Plutoni (cui cognomen Aresilas fuit) pars Occidentis obingeret: eo quòd plaga Orientis, ex qua lux mortalibus datur, superior, Occidentis autem, inferior esse videatur. Sic veritatem mendacio velauerunt, ut veritas ipsa persuasioni

suasioni publica nihil derogaret. De Neptuno forte manifestum est, cuius regnum tale fuisse dicimus, quale Cn. Pompeij fuit in finem illud imperium, cui totius orae maritimae potestatem se natus decreuerat, ut praedones persequeretur, ac mare omne pacaret. Sic Neptuno maximam omnia cum suis insulis obtulerunt. Quomodo id probari potest? Nimirum veteres historiae docent. Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Iouis, & ceterorum, qui dii putantur, collegit, hinc iamque contexuit ex titulis, & inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habentur, maximeque in fano Iouis Tripolyi, ubi auream columnam positam esse ab ipso Ioue, titulus indicabat: in qua columna sua gesta perscripta, ut monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam & interpretatus est Ennius, & Scaevus: cuius haec verba sunt, Iupiter Neptuno imperium dei maris, ut insulis omnibus, & quae loca essent secus mare, omnibus regnaret. Vera sunt ergo, quae loquuntur poetae, sed obtentu aliquo, specieque velata. Potest & mons Olympus figuram poetis dedisse, ut Iouem dicerent caeli regnum sortitum esse, quod Olympus ambiguum nomen est, & montis, & caeli. In Olympo autem & Iouem habitasse docet eadem historia, quae dicit: Eadem tempestate Iupiter in monte Olympo maximam partem vitae colebat, & eo ad eum in ius veniebant, si quae res in con-

trouersia erāt. Item, si quis quid noui inuenerat quod ad uitā humanā utile esset, eò ueniebat, atque Ioui ostendebat. Multa in hunc modum poëta transferunt, non ut in deos mentiantur, quos colunt: sed ut figuris versicoloribus uarietatem, atq; leporem carminibus suis addant. Qui autem non intelligunt, quomodo, aut quare quidque figuretur, poëtas uelut mendaces, et sacrilegos insequuntur. Hoc errore decepti etiam philosophi, quòd ea, quæ de Ioue feruntur, minime in Deum consensire uidebantur, duos Ioues fecerunt: unum naturalem, alterum fabulosum. Viderunt ex parte, quòd erat uerum, eum scilicet, de quo poëta loquuntur hominem fuisse. in illo autem naturali Ioue uulgari consuetudine religionis inducti, errauerunt, quòd in deum nomen hominis transfulerunt, qui (ut supra dicimus) quia solus est, non inuiget nomine. Iouem autem illum esse, qui sit ex Ope, Saturnoq; natus, negari non potest. Vanua igitur persuasio est eorum, qui nomen Iouis summo Deo tribuunt. Solent enim quidam errores suos hac excusatione defendere, qui conuicti de uno Deo, cum id negare non possunt, ipsum se colere affirmant: uerum hoc sibi placere, ut Iupiter nominetur: quo quid absurdius? Iupiter enim sine contubernio coniugis, filiaq; coli non solet. Unde quid sit, apparet: nec fas id nomen eò transferri, ubi nec diuina est ulla, nec Iuno. Quid? quòd huius

huius nominis proprietates non diuinam exprimit, sed humanam? Iouem enim, Iunonemq; à iuuando esse dictos Cicero interpretatur. Et Iupiter, quasi iuuans pater dicitur: quod nomen in Deum minime congruit, quia iuuare hominis est, opis aliquid conferentis in eum, qui sic alienus, & exigui beneficij. Nemo sic Deum precatur, vt se adiuet, sed vt seruet, vt vitam, salutemq; tribuat: quod multo plus, ac maius est, quam iuuare. Et quoniam de patre loquimur, nullus pater dicitur filios iuuare, cum eos generat, aut educat. Illud enim leuius est, quam vt eo verbo magnitudo paterni beneficij exprimiatur. Quanto id magis inconueniens est Deo, qui verus est pater, per quem sumus, & cuius toti sumus, à quo fingimur, animamur, illuminamur, qui nobis vitam imperat, salutem tribuit, victum multiplicem subministrat? Non intelligit beneficii diuina, qui se tantummodo à Deo iuuari putat. Ergo non imperitus modo, sed etiam impius est, qui nomine Iouis virtutem summe potestatis imminuit. Quare si Iouem Jex rebus gestis, & ex moribus hominem fuisse, in terra q; regnasse deprehendimus: superest, vt mortem quoque eius inuestigemus. Eunius in sacra historia, descriptis omnibus, que in vita sua gessit, ad vltimum sic ait: Deinde Iupiter postquam quinquies terram circuit, omnibusq; amicis atque cognatis suis imperium diuisit, reliquit

liquitq; hominibus leges, mores, frumentaq; paravit, multaq; alia bona fecit, immortali gloria, memoriaq; affectui, sempiterna monumenta suis reliquit: acate piffum aëta, in Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit, eumq; Curetes filij sui curaverunt, decoraveruntq; cum: & sepulchrum eius est in Creta, in oppido Gnoso: & dicitur Vesta hanc urbem creavisse: inq; sepulchro eius est inscriptum antiquis literis Græcis, ὁ θεὸς τοῦ κρόνου, id est Latine, Iuppiter Saturni. Hæc certe non poëta tradunt, sed antiquarum rerum scrip oves. que ad eò vera sunt, ut ea Sibyllinus versibus confirmetur, qui sunt tales:

Δαίμονας ἀψύχους, νεκρῶν εἰδῶλα καμών-
των

Ὁν κρήτη καύχημα τάφους ἢ δόμορ
ἰσχει.

Cicero de natura deorum, cum tres Iones à
 * ethnic. theologis * nominari diceret, ait tertium fuisse
 zari Cretensem. Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Quomodo igitur potest Deus alibi esse vivus, alibi mortuus, alibi habere templum, alibi sepulchrum. Sciant ergo Romani, capitolium suum, id est summum caput religionum publicarum, nihil esse aliud, quam inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem, qui ante regnavit, & qui facta se plus habet in se, quod ex coitu tantorum elementorum genus esse dicatur. Videmus quid

quid in eo fuerit Deo dignum : in primis illud, quod aureum seculum narratur habuisse, quod iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo alii iud in eo, quod in eius filio non fuit. Quid enim tam conveniens Deo, quam iustum regimen, ac pium seculum? Sed cum eadem ratione natum esse cogito, non possum putare Deum summum, quod videam esse a iquid antiquius, calum scilicet, atq; terram. At ego Deum quero, ultra quem nil il sit omnino, qui fons & origo sit rerum. Hic sic necesse est, qui calum ipsum condidit, terramq; fundavit. Saturnus aut in si ex his natus est (ut putatur) quemadmodum potest esse Deus principalis, qui aijs ortum suum debet? aut qui praefuit mundo, ante quam Saturnus gigneretur? Sed hoc poeticum est (ut dicebam paulo ante) fumentum. nec enim fieri poterat, ut elementa insensibilia, tantoq; intervallo separata, in unum coirent ac filium procrearent: aut is, qui natus esset, non potissimum genitoribus similis existeret, sed eam formam gereret, quam parentes sui non habebant. Queramus ergo, quid veritatis sub hac figura lateat. Minimus Felix in eo libro, qui Octavius inscribitur, sic argum natus est, Saturnum, cum fugatus esset a filio, in Italiamq; venisset, Caeli filium dicitur: quod soleamus eos, quorum virtutem miremur: qui qui & penitus advenimus, de caelo cecidisse, dicere: terra autem, quod ignocis parentibus natos, terre filios nominemus. Sunt haec qui-

d-in

dem similia veri, non tamen vera: quia constat etiam tunc, cum regnaret, ita esse habitum. Potuit & sic argumentari: Saturnum, cum potentissimus rex esset, ad retinendum parentum suorum memoriam nomina eorum caelo, terraeq; indidisse, cum haec prius alijs vocabulis appellarentur. qua ratione & montibus, & fluminibus nomina scimus imposita. Neque enim cum dicunt poëtae de progeie Atlantis, aut Inachi fluminis, id potissimum dicunt, homines ex rebus sensu carentibus potuisse generari: sed eos utique significat, qui nati sunt ex ijs hominibus qui vel vivi, vel mortui, nomina montibus, aut fluminibus indiderunt. Nam id apud veteres, maximeq; Graecos usitatum fuit. Sic maria eorum traxisse nomina accepimus, qui deciderunt in ea, ut Aegeum, Icarium, Helles pontum, & in Latio Auentinus vocabulum monti dedit, in quo sepultus est: Tyberinus, vel Tyberis, amnis, in quo mersus est. Non ergo mirandum, si nomina eorum caelo, terraeq; attributa essent, qui reges generant potentissimos. Apparet ergo, non ex caelo natum esse, quod fieri non potest: sed ex eo homine, cui nomen in Vrano fuit. quod esse verum, Trismegistus auctor est: qui cum diceret admodum paucos extitisse, in quibus esset perfecta doctrina: in his Vrannum, Saturnum, Mercurium nominavit cognatos suos. Haec ille, quia ignorauit, alio traduxit historiam. qui quomodo potuerit argumentari, ostendi. Nunc dicam

dicam quomodo, ubi, a quo sit hoc dictum: non enim Saturnus hoc, sed Iupiter fecit. In sacra historia sic Eunius tradit: Deinde Pan eum deducit in montem qui vocatur celsi stella. Postquam eò ascendit, contemplatus est latè terras, ipiq; in eo monte aram creat celo: primusq; in ea ara Iupiter sacrificauit: in eo loco suspexit in calum, quod *apavos* nominatur: idq; quod supra mundum erat, quod ether vocabatur, de sui aui nomine celo nomen indidit: idq; Iupiter, quod ether vocatur, placans primum calum nominauit: eamq; hostiam, quam ibi sacrauit, totam adoleuit. Nec hic tantum sacrificasse Iupiter inuenitur. Caesar quoque in Arato refert, Aglaſtenem dicere, Iouem cum ex insula Naxo aduersus Titanas proficisceretur, & sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspicijs aduolasse: quam victor bono omine acceptam tutelæ suæ subiugarit. sacra verò historia citè antè confedisſe illi aquilam in capite, atque ei regnum portendisſe, testatur. Cui ergo J. sacrificare Iupiter potuit, nisi celo aui? quem dicit Euhemerus in * Oceano mortuum, & in oppi- * Oceaniam do Aulatia sepulchrum.

Quomodo Stoici fragmenta poetarum ad philosophicam transferant rationem. CAP. XI.

Quoniam reuelamus mysteria poetarum, & Saturni parentes inuenimus: ad virtutes eius, & facta redeamus. Iustus in regno fuit. Primum ex hoc ipso iam Deus non est, quod

¶ fuit

fuit. Deinde quod ne iustus quidem fuit, sed impius non modo in filios, quos necavit, verum etiam in matrem, cui dicitur abcidisse genitalia, quod forsitan verè accidit. Sed homines respectu elementum, quod dicitur celum, totam fabulam explodunt, cæquam ineptissimè factam, quam tamen Stoici (vt solent) ad rationem physicam conantur traducere: quorum sententiam Cicero de natura deorum differens, posuit. Cælestem, inquit, altissimam, æthereamq; naturam, id est, igneam, que per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, que coniunctione alterius egeret ad procreandum, que ratio in Vestam potuit convenire, si mas diceretur. Idcirco enim virginum putant Vestam, quia ignis inuisibile sit elementum, nihilq; nasci possit ex eo: quippe qui omnia, que attriuerit, absumat. Oui dius in Fastis:

Nec tu aliud Vestam quam viuam intelligo
flammam:

Nataq; de flamma corpora nulla vides.

Iure igitur virgo est, que semina nulla remittit,

Nec capit, & comites virginittatis amat.

Vulcano quoque id potuit adscribi, qui quidem putatur ignis, & tamen eum poetæ non absciderunt: potuit & Soli, in quo est natura, & causa gignentium. nam sine Solis igneo calore neque nasci quicquam, neque augeri potest: vt nulli alij elemento magis opus sit genitilibus quam calore, cuius foris concipiuntur, nascunt

scuntur, sustentantur omnia. Postremò etiam si ita sit (vt voluit) qui magis abscissum esse celum putemus, quam omnino sine genitalibus natū? Nam si per se gignit, non indigebat utique genitalibus, cum Saturnum ipsum procrearet. Si verò habuit, & à filio abscissa sunt: ortus rerum, & natura omnis interisset. Quid, quòd ipsi Saturno non diuinum modo sensum, sed humanum quoque adinueni? Cum affirmat esse eum Saturnum, qui cursum, & conuersionem spatiorum & temporum continet, eumq; Græce id ipsam nomen habere: κρόνος enim dicitur, quod est idem quod χρόνος, id est spatium temporis. Saturnus autē est appellatus, quod saturaretur annis. Hac Ciceronis verba sunt exponentis sententiam Stoicorum: que quam vana sit, cuius intelligere promptissimum est. Si enim Saturnus celo est filius, quomodo potuit aut tempus è celo gigni, aut celum à tempore abscidi, ac postea tempus imperio spoliari à filio Ioue? Aut quomodo Iupiter natus est extempore? Aut quibus annis saturari possit aternitas, cui nullus est finis?

Stoicorum illa sententia euerfa: & ibi de Iouis ortu, Saturno, & Ope. CAP. XIII.

SI ergo vana sunt ista opinioniones philosophorum: quid superest, nisi vt verè factum esse credamus, id est, hominem ab homine abscissum? nisi fortè aliquis existimet Deum fuisse, qui

qui timuit coheredem: cum, si quid diuinita-
 tu habuisset, non patris genitalia debuisset am-
 putare, sed propria, ne Iupiter nasceretur, qui
 eum regni possessione priuauit. Idem sororem
 suam Rheam, quam Latine Opem dicimus,
 cum haberet uxorem, responso uentus esse di-
 citur, mares liberos educare: quod futurum
 esset, ut a filio pelleretur. quam rem metuens,
 natos sibi filios non utique deuorabat (ut ferunt
 fabule) sed necabat. quauquam scriptum sit
 in historia sacra, Saturnum, & Opem, cete-
 rosque tunc homines humanam carnem solitos
 esitare: uerum primum Iouem leges hominibus
 moresque condentem, edicto prohibuisse, ne lice-
 ret eo cibo vesci. quod si uerum est, que potest
 in eo fuisse iustitia? Sed fictum sane putemus,
 Saturnum filios deuorasse, modo cum aliqua
 ratione: nunc idcirco, quod ait uulgus, come-
 disse filios suos eum, qui extulerit, sepulturaque
 mandauerit. Ops autem cum Iouem pep. uis-
 set, subtrahit infantem, eumque nutriendum fur-
 tim misit in Cretam. Rursus imprudantiam
 reprehendam, necesse est. Cur enim responsum
 ab alio potius accepit? Cur in caelo constitu-
 tus, que gerebantur in terra, non uidebat?
 Cur enim Corybantes cymbalis fefellerunt? Po-
 stremo cur exstitit uis aliqua maior, que illius
 uinceret potestatem? Nimirum senex a iu-
 uene facile victus est, ac spolia us imperio. Fu-
 git igitur expulsus, & Italiam nauigio uent,

cum errasset diu, sicut Ovidius in Fastorum libro refert:

Causa raris superest. Thuscum rate venit ad
annum,

Autè pererrato falcrifer orbe deus.

Hunc errantem, atque inopem Ianus excepit,
cuius rei argumenta sunt nummi veteres, in quibus est cum duplici fronte Ianus, & in altera parte navis, sicut idem poeta subiecit:

At bona posteritas puppim formavit in ære,

Hospitiis aduentum testificata dei.

Omnes ergo non tantum poeta, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores hominem fuisse consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoria prodiderunt: Greci Diodorus, & Thallus: Latini, Nepos & Cassius, & Varro. Nam cum a gædli quondam more in Italia viveretur,

Itè genus indocile, ac dispersum mōtib; aliis

Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari

Maluit, his quoniam tutus latuisset in oris.

Censetne aliqui deum esse, qui pulsus est, quò fugit, qui latuit? nemo tam stultus est, qui enim fugit, aut latet, & vim & mortem timeat necesse est. Orpheus, qui temporibus eius recentior fuit, aperte Saturnum in terra, & apud homines regnasse, commemorat:

Πρώτης ἔμ' ἀναοσεν ἐπιχθονίων κέρον
αὐδραῶν.

Ex ᾧ κέρον γένετ' αὐτὸς ἀναεὶ μέγας
d 3 αὐραῶ

De vobis & c.

Item Maro nos ter,

Aureus hanc vitā in terris Saturnus agebat.

Et alio loco,

Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuere

Secula. sic placida populos in pace regebat.

*Neq; superius dixit in celo egisse vitam, neque
inferius superos in pace rexisse. vnde apparet,
illum regem fuisse terrenum. quod alibi apertius
declarat :*

Aurea condet

*Secula, quæ rursus Latio regnata per arua
Saturno quondam.*

*Ennius quidem in Euhemero non primū dicit
regnasse Saturnum, sed Uranum patrem. Initio,
inquit, primus in terris imperium summum Ura-
nus habuit. is id regnum vna cum fratribus suis
instituit, atq; parauit. nō magna dissensio. si qui-
dem maximorum autorum de filio, ac patre au-
bitatio est. sed tamen vtrunq; fieri potest, vt
primus Uranus eminere inter ceteros potentia
cæperit, & principatum habere, non regnum :
postea Saturnus maiores sibi opes cōparauerit,
ac regium nomen asciuerit.*

Quid idem Ennius docet in sacra historia.

C A P. XIII.

N*unc quoniam ab ijs, quæ retulimus, ali-
quātulum sacra historia dissentit: aperia-
mus ea, quæ veris literis continentur, ne poeta-*

tum

rum ineptias in accusandis religionibus sequi,
 ac probare videamur. Hæc Enni verba sunt:
 Exin Saturnus uxorem duxit Opem. Titan,
 qui maior natu erat, postulavit ut ipse regnaret.
 Ibi Vesta mater eorum, & sorores, Ceres atque
 Ops, suadent Saturno, ut de regno non concedat
 fratri. Ibi Titan, qui facie deterior esset, quam
 Saturnus, idcirco, & quod videbat matrem,
 atque sorores suas operam dare, ut Saturnus
 regnaret, concessit ei, ut is regnaret. Itaque pa-
 ctus est cum Saturno, ut siquid liberorum viri-
 li sexus ei natum esset, ne educaret. id eius rei
 causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret.
 Tum Saturno filius qui primus natus est, cum
 necauerunt. Deinde posterius nati sunt gemini,
 Iupiter, atque Iuno. Tum Iunonem Saturno in
 conspectum dedere, atque Iovem clam abscon-
 dunt, dantq; eum Veste educandum, celantes
 Saturnum. Item Neptunum clam Saturno Ops
 parit, eumq; clanculum abscondit. Ad eundem
 modum tertio partu Ops parit geminos, Pluto-
 tonem, & Glaucom. Pluton Latine est Dispi-
 ter: alij Orcum dicunt. Ibi Glaucom filiam Sa-
 turno ostendunt, ac filium Plutonem celant, atq;
 abscondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc
 (uti scripta sunt) Ionis, fratrumq; eius stirps, at-
 que cognitio in hunc modum nobis ex sacra scri-
 ptione tradita est. Item paulò post hæc refert:
 Deinde Titan, postquam rescivit Saturno fi-
 lios procreatos, atque educatos esse clam seducit

secum filios suos, qui Titani vocantur, fratremque suum Saturnum, atque Opem comprehendit, eosque muro circumegit, & custodiam his apponit. Hac historia quam vera sit, docet Sibylla Erythraea, eadem fratre dicens, nisi quod in partibus, quae ad rem non pertinent, discrepat. Iupiter ergo liberatur summi sceleris crimine, quod patrem vincisse compedibus perhibetur. id enim Titan patruus fecit, quod ille contra patris insurrendum mares liberos sustulisset. Reliqua historia sic contexitur: Iovem adultum, eum audivisset patrem, atque matrem custodibus circumseptos, atque in vincula coniectos, venisse cum magna Cretensium multitudine, Titani quoque, ac filios eius expugnasse: parentes vinculis exemptisse, patri regnum reddidisse, atque ita in Cretam removasse. Post hac deinde Saturno sortem datam ut caueret, ne filium eum regno expelleret: illum elevanda sortis, atque effugiendi periculi gratia insidiatum Iovi, ut eum necaret: Iovem cognitis insidiis regnum sibi denuo vindicasse, ac fixasse Saturnum. Qui cum iactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum Iupiter miserat: vix in Italia locum, in quo lateret, inuenit.

Quomodo cum fuerint illi homines, dii fuerint nominati.

C A P. XV.

Quibus

Quibus ex rebus cum constet illos ho-
 mines fuisse: non est obscurum qua ra-
 tione diu cæperint nominari. Si enim nulli reges
 ante Saturnum, vel Uranum fu-erint propter
 hominum raritatem, qui agrestem vitam sine
 ullo rectore vivebant: non est dubium, quin il-
 lis temporibus homines regem ipsum, totamque
 gentem summis laudibus, ac novis honoribus
 iactare cæperint, ut etiam Deos appellarent,
 siue ob miraculum virtutis (hoc vere putabant
 rudes adhuc, & simplices) siue (ut fieri solet) in
 adulationem presentis potentie: siue ob benefi-
 cia, quibus erant ad humanitatem compositi.
 Deinde ipsi reges, cum chari fuissent ijs, quo-
 rum vitam composuerant, magnum sui deside-
 rium mortui reliquerunt. Itaque homines eos
 simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex
 imaginum contemplatione solatium: progres-
 sique longius per amorem, memoriam defun-
 ctorum colere cæperunt, ut & gratiam refer-
 re benemeritis viderentur, & successores eo-
 rum allicerent ad bene imperandi cupiditatem.
 quod Cicero de natura Deorum docet, dicens,
 Suscepit autem vita hominum, consuetudineque
 communi, ut beneficis excellentes viros in ca-
 lum fama, ac voluntate tollerent. Hinc Hercules,
 hinc Castor, hinc Pollux, hinc Esculapius,
 hinc Liber. Et alio loco, utq; alio in plurisq; civi-
 tatis intelligi potest, ac uende virtutis gratia
 aut quò libentius Reipublica cause periculum

audiret optimus quisque virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Hac scilicet ratione Romani, *Cæsares* suos consecrauerunt, & *Mauri*, reges suos. Sic paulatim religiones esse cæpere, dum illi primum, qui eos nouerant, eo ritu suos liberos, ac nepotes, deinde omnes posteros imbuerunt. Et hi tamen summi reges ob celebritatē nominis in proximis omnibus colebantur. Priuatim uero singuli populi gentis aut urbis sue conditores, seu viri fortitudine insignes erant, seu sæmine castitate mirabiles, summa ueneratione coluerunt, ut *Egyptij* *Isidem*, *Mauri* *Iubam*, *Macedones* *Cabyrium*, *Pæni* *Vranum*, *Latini* *Faunum*, *Sabini* *Saucum*, *Romani* *Quirinum*. Eodem uique modo *Athenæ* *Mineruam*, *Samos* *Iunonem*, *Paphos* *Venerem*, *Lemnos* *Vulcanum*, *Naxos* *Liberum*, *Apollinem* *Delphi*. Sic per populos, atq; regiones varia sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt, & quos alios honores uita carentibus deserant, inuenire non possunt. Præterea pietas eorum, qui successerant, plurimum contulit ad errorem; qui (ut diuina stirpe nati uiderentur) diuinos honores parentibus detulerunt, deferriq; iusserunt. An ne potest aliquis dubitare, quomodo religiones deorum sint institute? cum apud *Maronem* legat *Aeneæ* uerba socijs imperantis:

Nunc pateras libate Ioni, precibusq; uocate
Anchi

Anchisen genitorem.

Cui non tantum immortalitatem, verum etiam
ventorum tribuit potestatem:

Poscimus ventos, atque hæc mea sacra quot-
annis.

Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.

Idem scilicet de Ioue Liber, et Pan, et Mer-
curius, et Apollo, fecerunt, ac postea de his
ipsis successores eorum. Accesserunt etiam poë-
te: et compositis ad voluptatem carminibus, in
calum eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud
reges etiam malos panegyricis mendaciis adu-
lantur, quod malum à Grecis ortum est: quo-
rum leuitas instructa dicendi facultate et co-
pia, incredibile est quantis mendaciorum ne-
bulas excitauerit. Itaque admirati eos, et su-
sciperunt primi sacra illorum, et vniuersis gen-
tibus tradiderunt. Ob hanc vanitatem Sibylla
sic eos increpat:

Εκας δὴ τί πίποιθας ἐπ' αὐδράσι ἠγεμό-
νεσσ;

Πρὸς τί ἢ δῶρα μάταια κατὰφθιμένοις ἐ-
ναπίθης;

Θύς εἰδώλοισ τίς τοι πλάτω ἑάλειν ἐν νῆϊ,
Ὡς σε τάδε ποιῆν μέγαλοιο θεοῖο πρῶτα πύ-
λαι πομπῆς;

M. Tullius, qui non tantum perfectus orator, sed
etiam philosophus fuit, siquidem solus extitit Pla-
tonis imitator: in eo libro quo seipsum de morte
sibi consolatus est, non dubitans dicere, Deos,
qui

qui publicè colerentur, homines fuisse. Quod
 ipsius testimonium edebet grauiſſimum indi-
 cari, quòd & augurale habuit ſacerdotium, &
 eoſdem ſe colere, venerariq; teſtatur. Itaque in-
 tra paucos verſiculos duas res nobis dedit. Nam
 dum imaginem ſibi eodem ſe modo conſecratu-
 rum eſſe profiteretur, quo illi à veteribus fuit
 conſecrati: & illos mortuos eſſe do uit, & ori-
 ginem vanæ ſuperſtitionis oſtendit. Cùm verò,
 inquit, & mar. s & ſæminas complures ex ho-
 minibus in deorum numero eſſe videamus, &
 eorum in urbibus atq; agris auguſtiſſima delu-
 bra veneremur: aſſentiamur eorum ſapientia,
 quorum ingenijs & inuentis, omnem vitam le-
 gibus & inſtitutis exultam, conſtitutamq; ha-
 bemus. Quòd ſi vllum vnquam animal conſe-
 crandum fuit, illud profecto fuit. Si C admipro-
 genes, aut Anphitryonis, aut Tyndari in calu
 tollenda fama fuit: huic idem honos certè dican-
 dus eſt. quod quidem faciam: teq; omnium opti-
 mam, doctiſſimamq; approbatibus Djs immor-
 talibus iſſis in eorum cælu locatam, ad opinio-
 nem omnium mortalium conſecrabo. Fortaſſedi-
 cat aliquis præ nimio lætu deliraſſe Ciceronem.
 Atqui omni illa oratio, & doctrina, & exem-
 plis, & ipſo loquendi genere perfectæ, non ægri,
 ſed conſtantis animi ac iudicij fuit: & hæc ipſa
 ſenectas nullum præfert indicium doloris. Neque
 enim puto illum tam variè, tam copioſè, tam
 ornate, ſcribere potuiſſe, niſi lætum eum, & ra-

cio ipsa, & consolatio amicorum & temporis
 longitudo mitigasset. Quid, quod idem dicit in
 libris de Republica? idem de gloria? Nam de
 legibus, quo in opere Platonem secutus est, le-
 ges voluit ponere, quibus putaret usuram esse in-
 stam, & sapientem civitatem: de religione ita
 sanxit: Divos, & eos, qui caelestes semper ha-
 biti sunt, colunto: & illos, quos in caelo merita
 locaverunt, Herculem, Liberum, Aesculapium,
 Pollucem, Castorem, Quirinum. Item in Tuscu-
 lani, cum diceret totum penè caelum humano
 genere completum: Si vero, inquit, scrutari ve-
 tera, & ex illis ea, quae scriptores Graeciae pro-
 diderunt, erbere coner: ipsi illi maiorum gen-
 tium dÿi qui habentur, hinc à nobis profecti in
 caelum reperientur. Quere, quorum demonstran-
 tur sepulchra in Graecia, & immiscere quoniam
 es initiatus, quae traduntur mysterijs: cum de-
 nique, quam hoc latè pateat, intelliges. Testa-
 tus est, videlicet Attici consentiam ex ipsis
 mysterijs intelligi posse, quod omnes illi homi-
 nes fuerunt, qui coluntur. & cum de Hercule,
 Libero, Aesculapio, Castore, Polluce, immen-
 ditè puteretur: de Apolline ac Ioue patribus
 eorum, item de Neptuno, Vulcano, Marte,
 Mercurio, quos maiorum gentium deos ap-
 pellavit, inuicem aperte confiteri. Et ideo ait,
 latè hoc patere, ut idem de Ioue, ceterisque anti-
 quioribus dÿs intelligi iunctis: quorum memoriam
 si eadem ratione veteres consecraverunt, quae se
 magis

imaginem, nomenq; filie consecraturum esse dicit, ignosci morientibus potest, credentibus non potest. Quis enim tam demens, qui consensu, & placito innumerabilium stultorum, aperiri caelum mortuis arbitretur? aut aliquem, quod ipse non habeat, dare alteri posse? Apud Romanos Deus Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio: Deus Quirinus, quia hoc pastoribus visum est: cum alter germani fratris existerit, alter patrie parricida, quod si C O S. non fuisset Antonius, C. Caesar pro suis in Rempublicam meritis etiam defuncti hominis honore caruisset, & quidem consilio Pisonis sociari, & L. Casari propinqui: qui vetabant funus fieri: & Dolabella C O S. qui columnam in foro, id est, titulum eius evertit, ac forum expiavit. Nam Romulum desiderio suis fuisse, declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens haec loquitur,

O Romule Romule dic, o,

Qualem te patriae custodem dii genuerunt?

Tu produxisti nos intra luminis oras.

O pater, o genitor, o sanguen diis oriundum.

Ob hoc desiderium facile creditum est Iulio Proculo mentienti, qui subornatus à patribus est, ut vuntiatet plebi suae, vidisse se regem humano habitu augustiorem, eumque mandasse ad populum, ut sibi delubrum fieret, se Deum esse, & Quirinum vocari. Quo facto & ipsi populo persuasit, Romulum ad Deos abijisse, & se-

natum

natum suspitione cædis regie liberauit.

De deorum sexu, & ortu.

C A P. XVI

Poteram ijs, que retuli, esse contentus: sed. supersunt adhuc multa suscepto operi necessaria. Nam quamuis ipso religionum capite destructo, vniuersa sustulerim: licet tamen prosequi cætera, & redarguere plenius inueteratam persuasionem: vt tandem homines suorum pudeat ac pœniteat errorum. Magnum hoc opus, & homine dignum:

Religionum animos nodis exoluere pergo, (vt ait Lucretius) qui quidem hoc efficere non poterat: quia nihil veri assererat. Nostrum est hoc officium, qui & verum Deum asserimus, & falsos refutamus. Illi ergo, qui poetas fuisse de dÿs fabulas opinantur, deas feminas & esse credunt, & colunt: reuoluuntur imprudentes ad id, quod negauerant, coire illos, ac parere. Nec enim fieri potest, quin duo sexus generandi causa sint instituti. Recepta verò sexuum diuersitate, non intelligunt consequens esse, vt concipiant: quod in Deum cadere non potest, vt illi putant. nam & Iouis esse filios dicunt, & cæterorum deorum. Nascuntur ergo & quotidie quidem dÿ noui: nec ennumerantur ab hominibus fœcunditate. Igitur deorum innumerabilium plena sit omnia, nullo scilicet moriente. Nam cum humanum vis incredibilis,

nume

numerus sit inestimabilis, quos tamen, sicuti nascuntur, moti necesse est: quid deorum tandem esse putemus, qui tot seculis nati sunt, immortalesque manserunt? Cur ergo tam pauci coluntur? nisi forte arbitramur, non generandi causa, sed tantummodo capiende voluptatis duos esse sexus deorum, & ea exercere, quae hominibus fieri & pati pudet. Cum verò dicantur aliqui ex aliquibus nati, consequens est, ut semper nascantur, si quidem aliquando sunt nati: vel si aliquando nasci desierunt, scire nos convenit, cur, aut quando desierint. Non illepidè Seneca in libris morales philosophiae: Quid ergo si, inquit, quare apud poetas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere? Virum sexagenarius factus est, & illi lex Papia sibiulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? Aut tandem illi venit in mentem, Ab alio expectes alteri quod feceris? & timet, ne quis sibi faciat, quod ipse Saturno? At isti, qui Deos asserunt, videant quomodo respondeant huic argumento, quod inferemus: Si duo sunt sexus deorum, sequuntur concubitus: & si coeunt, & domos habeant necesse est, nec enim carent virtute, ac pudore, ut hoc promiscue, aut in propatulo faciant, sicut muta facere videmus animalia. si domos habent, consequens est, & ut vrbes habeant, & eisdem autore Nasone, qui ait:

Pluribus habitant diversi locis: à fronte potentes
 Gellicole, clarique suos posuere penates.

65 ha

Si habent vrbes, & agros igitur habebunt: tam
quia non videtur que sequantur? arare illos, &
colere: quod quidem victus causa fit. ergo mor-
tales sunt. Quod argumentum retrosum idem
valet: Si enim agros non habent, nec vrbes qui-
dem: si vrbes non habent, nec domos quidem: si
domibus carent, ergo nec concubitus, nec concubi-
tus alibi abest? & sexus igitur feminosus in
dijs autem videmus esse feminas esse: ergo dij
non sunt. Dissoluit hoc argumentum, si quis po-
test. Ita enim res res sequitur, ut hęc vltima
necesse sit confiteri. Sed vltimum quidem dissoluit
aliquis: Ex duobus sexibus alter fortior, alter
infirmitior est: robustiores enim vires sunt, femi-
ne imbecilliores: Imbecillitas autem non cadit
in Deum: ergo nec feminosus sexus. Hinc additur
superioris argumenti extrema illa conclusio, nec
dijs non sunt: quoniam in dijs esse feminas fuit.

De Stoicorum eadem sententia: & ibi de deo-
rum arumnis, & turpitudinibus.

CAP. XLII.

O B has rationes & Stoici alioarsus deos
interpretantur: & quia non peruident,
quid sit in vero, collidunt eas cum rerum natu-
ralium ratione coniungere: quas Cicero facit uan-
de dijs ac religio quibus eorum hanc sententiam
uulgo videtur igitur, ut a physicis rebus bene ac
iuditer inuentis tracta ratio sit ad commentitias,
ac fictas deos: quæ res genuit falsas opinionēs,

erroresq; turbulentos, & superstitiones penè aniles. Et formæ enim nobis decorum, & ætates, & vestitus, ornatusq; noti sunt: genera præteritis, coniugia, cognationes omnes, omniaq; traducta ad similitudinem imbecillitatis humane. Quid plæmus, quid verius dici potest? Romana Philosophia princeps & amplissimo sacerdotio præditus, commentitios, ac fictos deos arguit, quorum cultus, superstitiones penè aniles esse testatur: falsis opinionibus, erroribusq; turbulentis implicatos esse homines queritur. Nam totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones euertit, ac delet. Quid ergo à nobis expectatur amplius? Num eloquentia superare possumus Ciceronem? minimè id quidem: sed fiducia illi defuit ignorantia veritatem, quod ipse simpliciter in eodem opere consistetur. At enim facilius posse se dicere quid non sit, quàm quid sit: hoc est, falsa se intelligere, vera nescire. Clarum est igitur, homines fuisse illos, qui dii putantur, & eorum memoriam post mortem esse consecratam. Ideo etiam ætates diuerse sunt, et cerere imagines singulorum, quod in eo habitu, & ætate simulacra eorum configurata sunt, in quæ quæque mors apprehendit. Consideremus (si placeat) arumnas infelicium Deorum. Isis filium perdidit, Ceres filium expulsit, & per orbem terra iactata Latona, vix insulam paruum; in qua parceret, inuenit. Deum mater & amant formosum adolescentem, & eundem cum pellice apprehen-

prehensum, ex electis virilibus semivirum reddidit: et ideo nunc sacra eius à Gallis sacerdotibus celebrantur. Iuno pellices acerrimè persecuta est: quia parere ipsa non potuit ex siatre. Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quòd ibi Iuno adoleverit, ibiq; eam Iovis nupsset. Itaque nobilissimum, et antiquissimum templum eius est Sami, et simulacrum in habitu nubentis figuratum: et sacra eius anniversaria nuptiarum ritu celebrantur. Si ergo adolevit, si virgo fuit primò, postea mulier: hominem fuisse, qui non intelligit, peccadem se fateatur. Quid loquor absœnitatem Veneris omnium libidinibus prostituta, non deorum tantum, sed et hominum? Hac enim ex famoso Martia stupro genuit Harmoniam: ex Mercurio Herminphradicem, qui est natus Androgynus: ex Iove Cupidinem: ex Anchise Æneam: ex Bute Erycem: ex Adone quidem nullum potuit, quòd etiam tum puer ab apro ictus, occisus est. que prima (vix historia sacra continetur) artem meretriciam instituit, auctoriq; mulieribus in Cypro fuit, uti vulgò corpore questum faceret. Quid idcirco imperavit, ne sola præter alias mulieres impudica, et virorum appetens videretur. Etiamno habet hæc aliquid numinis? cuius plura numerantur adulteria, quàm partus. Sed ne ille quidem virgines illibatam castitatem firmare potuerunt. Unde enim patemas Eru. et Iouium esse na-

tum? an ex terra, ut poeta videri voluit? At
 res ipsa clamat. Nam cum Vulcanus dūs arma
 fecisset, eiq; Iupiter optionem dedisset præmiij,
 quod vellet, postulandi, irassetq; (ut solebat)
 per infernam paludem, se nihil negaturum: tum
 fiber claudus Minerua nuptias postulauit. Hic
 Iupiter Optimus Maximus tanta religione con-
 strictus, abuero non potuit: Mineruam tamen
 monuit ropugnare, pudicitiamq; defendere. tum
 in illi collocatione Vulcanum in terram profu-
 disse aiunt semen, vnde sit Erichthonius natus.
 idq; illi nomen impositum: eto tñs legid, xq;
 xhorcs, id est, ex certamine, atque humo. Cui
 igitur virgo eum puerum cum dracone conclu-
 sum, & obsecratum, tribus virginibus Cecropi-
 dis commendauit? euidens (ut opinor) incōstam,
 quod nullo modo possit colorari. Altera. cum
 penē amatorem suum perdidisset; qui erat tur-
 batis distractus equis, præstantissimam medi-
 cum Esculapium curando inueni aduocauit,
 eumq; sanatum

-secretis alma recondit

Sedibus, & symphæ Egeris, memoriq; relegat:

Solus ubi in syluis Italis; ignobili æuum

Exigeret, versoq; ubi nomine Virbius esset.

Quid sibi vult hac tam diligens, tam sollicita cu-
 ratio? quid secreta sedes? quid relegatio val-
 tam longe, vel ad mulierem, vel in solitudinem?
 quid deinde nominis commutatio? Postremo,
 quid equorum tam pertinacis boninatio? quid

signifi

significans hæc omnia, nisi conscientiam superbi, & amorem minimè virginalem? Erat pláne, cur tantum laborem pro tam fideli iuvene susciperet, qui amanti non erce obsequium pernegarat.

De deorum confectione propter beneficia.

CAP. XVIII.

Hæc in loco resollendi sunt etiam ii, qui deos ex hominibus esse factos non tantum sententur, sed, ut eos laudent, atque gloriantur, aut virtutis gratia, ut Herculem: aut munerum, ut Cererem, ac Liberum: aut artium repertarum, ut Esculapium, vel Minervam. hæc vero quàm inepta sint, quàmque non digna, propter quæ homines inexpiabile scelere contaminent, hostesque Deo vero fiant, quo contempto, mortuorum sacra suscipiunt: ex singulis rebus ostendam. Virtutem esse dicunt, quæ hominem tollat in cælum, non illam, de qua philosophi dixerunt, quæ posita est in bonis animi, sed hæc corporalem, quæ dicitur fortitudo: quæ quoniam in Hercule præcipua fuit, immortalitatem meruisse creditur. Quis tam stultè inceptus est, ut corpora vires diuinum, vel etiam humanum bonum iudicet: cum sint & maiores pecupibus attributa, & uno morbo sæpe frangantur, vel ipsa seve flute minuantur, & corruant? Itaque idem ille, cum deformari viceribus voros suos cerneret, nec sanari se voluit, nec senem fieri, nequando seipso minor, aut deformior videretur. Hunc à

rogo, quo vivum s. ipsum combusserat, ascendisse
 in celum putaverunt: eaq. ipsa, quae stultissime
 sunt admirati, simulacris, & imaginibus expres-
 sa, & consecrata posuerunt, ut in perpetuum va-
 nitatis eorum monumenta perstaret, qui ob necē
 de Itharum deos fieri credidissent. Sed hac fortas-
 se Gracorum culpa sit, qui res leuissimas pro ma-
 ximis semper habuerunt. Quid nostri, num sa-
 pientiores? qui athleticam quidem virtutem
 contemnunt, quia nihil obest: sed regiam, quia
 Latē solet nocere, sic admirantur, ut fortes,
 ac bellicosos duces in deorum caelum locari arbi-
 trentur: nec esse ullam aliam ad immortalita-
 tem viam, quam exercitus ducere, aliena va-
 stare, delere vrbes, oppida excindere, liberos po-
 pulos aut trucidare, aut subicere seruituti: vide-
 licet quō plures homines afflixerint, spoliave-
 rint, occiderint, eō se nobiliores, & clariores pu-
 tant: & inanis gloriae specie capti, sceleribus suis
 nomen virtutis imponunt. Tam malle, ut a fe-
 rarum cadibus deos sibi fingerent, quam immor-
 talitatem tam cruentā probarent. Si quis vivum
 hominem iugulauerit, pro contaminato, ac nesa-
 rio habetur: nec ad terrenum hoc domicilium
 deorum admitti eum fas putant. Ille autem, qui
 infinita hominum millia trucidauerit, cruore
 campos inundauerit, flumina infecerit, non mo-
 do in templum, sed etiam in celum admittitur.
 Apud Ennium sic loquitur Africanus:

Si fas cadendo caelestia scandere cuiquam est,

M.

Mi soli cali maxima porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani
 extinxit, ac perdidit. O quantis in tenebris Afri-
 cane versatus es: vel potius o poëta, qui per ca-
 des, & sanguinem patere hominibus ascensum
 in celum putaueris! Cui vanitati & Cicero as-
 sensit. Est verò, inquit, Africana: nam & Her-
 culi eadem ipsa porta patuit. Tanquam ipse pla-
 nè, cum id fieret, ianitor fuerit in calo. Equidem
 statuerè non possum, dolendumne potius, an ri-
 dendum putem, cum videam & graues & do-
 ctos, & (ut sibi videntur) sapientes viros, im-
 tam miserandis errorum fluctibus volitari. Sed
 hæc est virtus, quæ nos immortales facit, mori
 equidè malim, quàm exitio esse quamplurimis.
 Si aliter immortalitas parari non potest, nisi per
 sanguinem: quid fiet, si omnes in concordiam
 consenserint? Quod certè fieri poterit, si perni-
 cioso, & impio furore proiecto, innocentes esse
 ac iusti velint. Num igitur nemo erit calo di-
 gnus? num peribit virtus, quia hominibus in-
 homines scire non dabitur? Sed isti, qui euer-
 siones urbium populorumq; summam gloriam
 computant, otium publicum non ferent, rapient,
 sauent, & iniurijs insipienter illati, humana so-
 cietati sædus irrumperit, ut habere hostem pos-
 sint, quem sceleratius deleant, quàm lacessierint.
 Nunc ad reliqua pergamus. Nomen deorum Ce-
 reri, ac Libero traditis munerum fecit. Possum
 diuinis docere libris, vinum atque fruges ante

* minus

progeniem calis, atque Saturni fuisse in vfu lo-
 minum: sed ab his sanè inuenta esse fingamus.
 Num potest plus, aut * minus videri, collegisse
 fruges; huius fractis, panem facere docuisse, aut
 vvas de visibus lectis expressisse, vinumq; fecisse,
 quam fruges ipsas, aut vites generasse, ac pro-
 dūisse de terra? Reliquerto her sanè Deus hu-
 manis ingenys eruenat: tamen si ri non potest,
 quin ipsius sint omnia, qui & sapientiam tribuit
 homini, vt inuenerit: & illa ipsa, que possent in-
 ueniri, primus inuenit Artes quaque suis. inuen-
 toribus immortalitatem peperisse dicuntur, vt
 Æsculapio medicina, Vulcano fabrica. Colamus
 tñt & illos, qui silloniam, satrinamq; docue-
 runt. Cur autem si vtilitate respectu honos non ha-
 betur? An quia isti diuites vasa Samia con-
 tinent? Sunt & alle artes, quarum reperto-
 res humanis vitæ plurimum profuerunt. Cur non
 & illis attributa sunt templa? sed uimurum Mi-
 nerua est, que omnera perit: ideoq; illi opifices
 supplicant. Ergo ab his sordibus Minerva ascen-
 dit in celum. Est verd causa, cur quisquam deo-
 linquat eum, qui terrarum animantibus, ra-
 tionem cum astris & luminibus exorsus est, vt
 eam venteretur, que celum ducit ordini? Quid
 ille, qui vulnora in corporibus sanare docuit,
 uiam potest esse priestantior, quam qui corpora
 ipsa formauit, sentiendi, ac viuendi rationem
 dedit? herbas denique ipsas, & cetera, quibus
 medendi ars constat, excogitauit, atq; prouidit?

De

De cultu Dei veri & falsorum.

CAP. XIX.

AT enim dicit aliquis, & huic summo, qui fecit omnia, & illis, qui parciim profuerunt, suam venerationem esse tribuendam. Primum nec factum est unquam, ut qui hos coluit, etiam Deum coluerit, neque fieri potest: quoniam si honos idem tribuitur alijs, ipse omnino non colitur, cuius religio est, illum esse unum ac solum Deum, credere. Clamat summus poeta, eos omnes qui iuventas vitam excoluere per artes, apud inferos esse, ipsumq; illum reperiorem medicina, ruls & artis, ad Stygias undas fulmine esse detrusum: ut intelligamus, quantum valeat pater omnipotens, qui etiam deos fulminibus extinguat. Sed homines ingeniosi hanc secum habebant fortasse rationem, quia Deus fulminari non potest, apparet non esse factum. Imò verò, quia factum est, apparet hominem fuisse, non Deum. Mendacium enim poetarum non in facto est, sed nomine. Metuebant enim malum, si contra publicam persuasionem faterentur quod erat verum. Quòd si hoc constat inter ipsos, ex hominibus deus factos: cur ergo non credunt poetis, si quando illorum fugas, & vulnèra, & mortes, & bella, & adultèria describunt? Quibus ex rebus intellegi datur, non potuisse villo pacto fieri deos, qui ne homines quidem prohibuerunt: eaq; in vita sua gesserunt, quæ mortem pariunt sempiternam.

De diis Romanorum propriis, & eorum factis.

CAP. XX.

Venio nunc ad proprias Romanorum religiones: quoniam de communibus dixi. Romuli matris Lupa honoribus est affecta diuinis. Et ferrem, si id animal ipsum fuisset, cuius figuram gerit. Autor est Lilius, Larentie esse simulacrum, & quidem non corporis, sed mentis ac morum. Fuit enim Faustula vxor, & propter vulgati corporis vitiatem Lupa inter pastores, id est, meretrix nuncupata est, vnde etiam Lupinar dicitur. exemplum scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani fecuti sunt: apud quos meretrix quaedam nomine Leana, cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat. Itaque ut illi monumentum ex nomine, sic isti ex professione fierent. Huius nominis etiam dies festus dicatus est, & Larentinalis constituta. Nec hanc solum Romani meretricem colunt, sed Faustam quoque, quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit. tam quanta ista immortalitas putanda est, quam etiam meretrices assequuntur? Flora, cum magnas opes ex arte meretricia quesuisset, populum Romanum scripsit heredem, certam pecuniam reliquit, cuius ex annuo sacro suo natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia Senatus flagitiosum videbatur, ab ipso

uoma

nomine argumentum sumi placuit, ut pudende
 rei quadam dignitas adderetur. Deam fixe-
 runt esse, quæ floribus præsit, eamq; oportere
 placari, ut fruges cum arboribus, aut viti-
 bus, bene prosperiq; florescerent. Eumq; colorem
 secutus in Fæstis poetæ, nō ignobilis nymphæ
 fuisse narravit, quæ sit Chloris vocitata, eamq;
 Zephyro iutam, quasi dotis loco id accepisse
 muneris à marito, ut haberet omnium si- tum
 potestatem. Honestè quidem ista dicuntur, sed
 inhonestè turpiterq; creduntur. Nec debent,
 cum veritas queritur, huiusmodi nos velimen-
 ta decipere. Celebrantur ergo illi ludii cum om-
 ni lascivia, convenientes memoria meretrici-
 cii: Nam præter verbarum licentiam, quibus
 obscenitas omni effunditur, exiuntur etiam
 vestibus populo flagitante meretrices, quæ
 tunc minorum funguntur officio, & in conspectu
 populi usque ad satietatem impudicorum lumi-
 nimum cum pudendis motibus detinentur. Cloa-
 cina simulacrum in cloaca maxima reperit
 Tacitus consecrauit: & quia cuius esset offi-
 gies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit.
 Pavorem, Palloremq; Tullus Hostilius figu-
 ravit, & coluit. Quid de hoc dicam, nisi di-
 gnum fuisse, qui semper deos suos (sicut optari
 solet) presentes haberet? Ad hoc illud M.
 Marcelli de consecratione Honoris, atque Vir-
 tutis, honestate nominum differt, re congruit.
 Eadem vanitate Mentem quoque inter deos
 Senatus

Senatus collocavit: quam profecto si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset. Magnum Cicero, andaxq; consilium suscepisse Greciam dicit, quod Cupidinem, & amorum simulacra in gymnasijs consecrasset, adlatum est videlicet Attico, & irrisit hominem familiarem. Non enim illud magnum, aut omnino consilium dicendum fuit, sed impudicorum hominum perditum & deploratum nequitia, qui liberos suos, quos erudire ad honesta deberent, prostituunt libidinis iuuentutis: à quibus flagitiorum deos & in illis potissimum locis, ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent, & in illa coei etate voluerunt, quae simplex, & impropria prius irretiri, & in laqueos potest cadere, quam cauere. Quid mirum, si ab hac gente uniuersa flagitia manerunt, apud quam vitia ipsa religiosa sunt, eaq; non modo non vitantur, verum etiam coluntur? Et ideo huic sententiae, tanquam Gracos prudentia vinceret, adiecit: Virtutes enim oportet, non vitia consecrari. Quod si recipis, o M. Tully, non vides fare, ut irrumpant vitia cum virtutibus: quia mala bonis adherent, & in animis hominum potentiora sunt: quæ si vetas consecrari, respondit tibi eadem illa Grecia, se alios deos colere, ut profuit: alios, ne noceant. Hac enim semper excusatio est eorum, qui mala sua pro dijs habent, ut Romani Rubiginem, ac Pebrem. Si ergo vitia consecranda non sunt, in quo tibi assent

assentior : ne virtutes quidem. Non enim per
 se sapiunt, aut sentiunt : neque intra parietes
 aut ediculas luto factas, sed intra pectus collo-
 canda sunt, & interius comprehendende : ne
 sint falsa, si extra hominem fuerint collocatae.
 Itaque præclaram illam legem tuam derideo,
 quam ponis his verbis: *Asi illa propter que da-
 tur homini ascensus in calum, mentem, virtu-
 tem, pietatem, fidem, earumq; laudum delu-
 bra sũnto.* Atqui hæc separari ab homine non
 possunt. Si enim colēda sunt, in homine ipso sint
 necesse est. Si autem sunt extra hominem, quid
 opus est ea colere quibus careamus? Virtus col-
 endæ est, non imago virtutis : & colenda est
 non sacrificio aliquo, aut thure, aut precatio-
 ne saterni : sed voluntate sola, atque proposito.
 Nam quid est aliud colere virtutem, nisi eam
 comprehendere animo, & tenere? quod unus-
 quisque simul occupat velle, consequitur. Hic
 falsus virtutis est cultus : nam religio & vene-
 ratio nulla alia, nisi unius Dei tenēda est. Quid
 igitur opus est, o vir sapientissime, superuacuis
 extructisq; loca occupare, que possunt hu-
 manis visibus cedere? quid sacerdotes consti-
 tuere vana & insensibilia culturos? quid im-
 molare victimas? quid tantos sumptus vel ful-
 gendis, vel colendis imaginibus impendere? Ex-
 minus, & in corruptura templum est pædibus hu-
 manis: hoc potius orietur: hoc veru illis numi-
 nibus impleatur illis. ergo falsas consecrationes
 sequit

Requiritur, quod necesse est. Qui enim virtutes
 sic colunt, id est, qui umbras, atque imagines vir-
 tutum consecretantur, ea ipsa, que vera sunt, te-
 nere non possunt. Itaque, nulla in quoquam vir-
 tus est, virtus ubique dominantibus: nulla fides,
 omnia pro se unoquoque rapiente: nulla pietas,
 nec consanguineis, nec parentibus parcente sua-
 ritia. & cupiditate in venenum & in ferrum
 ruente: nulla pax, nulla concordia, publice bellis
 fauientibus, privatim vero inimicis usque ad
 sanguinem furentibus: nulla pudicitia, libidi-
 nibus effrenatis omnem sexum & omnes con-
 poris partes contaminantibus. nec tamen desi-
 nunt ea colere, que fugiunt & oderunt. Ca-
 lunt enim chore, ac summi dignis, que sensi-
 bus intimis horrere debuerunt: qui error omnis
 ex illius principalis, ac summi boni ignorance
 descendit. Urbe à Gallis occupata, obsessi in Ca-
 pitolio Romani, cum ex mulierum captivis con-
 temta fecissent, eadem Veneri Calua consecra-
 runt. Non igitur intelligunt, quam diuine sint
 religionis, vel ex eo ipso, quod eas his ineptis
 rauiantur. A Lacedæmoniis fortasse didice-
 rant deos sibi ex iuuentis fingere, qui cum Ates-
 senis obsiderent, & illi furtim deceptis ob-
 fessoribus ingressi, ad diripiendam Lacedæmo-
 nem cucurrissent, à Spartanis mulieribus fisci,
 fugatique sunt. Cognitis autem hostium do-
 les, Lacedæmoniis sequobantur. His aruate
 miliores obtinuit longius occiderunt. que cum vi

ros suos cernerent parare sed ad pugnam, quod putarent Messenios esse, corpora sua nudauerunt. At illi uxoribus cognitis, & aspectu in libidinem concitati, suis erant, armari permitti sunt utiq; promiscue: nec enim vacat al discernere. sic iuuenes ab ipsa ante missi, cum virginibus, ex quibus sunt Partheni nati, propter huius facti memoriã ad eam Veneri Armate, simulacrumq; posuerunt. Quod tamen si ex causa turpi, tamen honestius uideatur, armatam Venere consecrasset, quã caluam. Eodem tempore Ioui quoque Pistori ara apposita est, quod eos in quiete mouisset, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hostium castra iactarent: eoq; facto soluta esset obsidio, desperantibus Gallis inopia subigi possent Romanos. Quae ista religionum ditio est? si earum defensor essem, quid tam grauius queri possem; quam deorum numen in tantum uenisse contempum, ut turpissimis nominibus ludibrio habeatur? Quis nõ uideat Fornacem deã? uel potius doctos viros celebrandu fornacalibus operari? Quis, cum audiat deam Alutam, teneri risum queat? Hanc esse dicunt, & quã sine uali Laris: & ipsam, Larã nominant, uel Larundam. Quid prestare colenti potest, quæ loqui non potest? Colitur & Caca, quæ Herculi fr. it. indicium de furto boum, diuinitatem censeiuta. quæ prodidit fratrem: Et Crimina, quæ infantes in uenis tuetur, ac fascinum sumigonet.

Et

Et Sterculius, qui stercore ad agrum rationem pri-
 mus induxit: Et Mutunus, in cuius sinu puden-
 do nubentes presidet, ut illarum pudicitiam prior
 deus delibasse videatur. Et mille alia porten-
 ta, ut iam vaniores qui hæc colenda suscepimus
 quam Egyptios esse dicimus, qui monstrata
 & ridicula quedam simulacra venerantur, &
 colunt. Et hæc tamē habent aliquam imaginem.
 Quid qui lapidem colunt in formam, atque rudentem,
 cui nomen est Terminus? Hic est, quem pro Ioue
 Saturnus dicitur deuorasse, nec immerito illi ho-
 nos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium
 frangere vellet atque in eo loco multorum deorum
 sacella essent: cōsuluit eos per auguria, utrum
 Ioni cedere vellent: & cedentibus ceteris, solus
 Terminus mansit. Vnde illum poeta Capitolij im-
 mobile saxum vocat. Iam ex hoc ipso vides quam
 magnus Iupiter inuenitur, cui non cessit lapis,
 ea fertasse fiducia, quod illam de paternis fuit-
 cibus liberauerat. Facto itaque Capitolio, supra
 ipsum Terminum foramen est in tecto relictum:
 ut, quia non cesserat, libero celo frueretur, quo
 ne ipsi quidem siuebantur, qui lapidem sui pu-
 tauerunt. Et huic ergo publicè supplicatur, qui
 si custodi finium deo: qui non tantum lapis sed
 etiam stipex interdum est. Quid de istis dicam
 qui colunt talia? nisi ipsos potissimum lapides,
 ac stipites esse?

De diis Barbarorum quibusdam pro Agilis, & vortu
 sacris, & itidem de Rouanis. C. 1. P. 1. I. X. I.

Dixit

Diximus de dijs ipſis; qui coluntur: nunc de
 ſacris, ac myſterijs eorum pauca du-
 enda ſunt. Apud Cypri Salaminem, humanam
 hoſtiam Ioui Teucrus immolauit: idq; ſacriſi-
 cium poſteris tradidit: quod eſt nuper Hadria-
 no imperante ſublatum. Et ſi lex apud Tan-
 ros, in Amanam, & ſeram gentem, uti Dianæ
 hoſtites immolarentur: & id ſacriſicium mul-
 tis temporibus celebratum eſt. Galli Eſam, atq;
 Teutatem humano crābre placabant. Nec La-
 tini quidem huius immanitatis expertes fuerūt:
 ſiquidem Latialis Iupiter etiam nūc ſanguine
 colitur humano. Quid ab his homines precantur,
 quibus ſic ſacriſi an? Aut quid talis dij praſta-
 re hominibus poſſunt, quorum pœnis propitiantur?
 Sed de Barbaris noui eſt adrō mirandum,
 quorum religio cum moribus congruit. Noſtri
 vero, qui ſemper māſuetudinē, & humanitatis
 glōriam ſibi vendicant, nonne ſacrilegē his
 ſacris immaniores reperiuntur? Hi enim ſcele-
 rati potius ſunt hatendi, qui cum ſui libe-
 ratorum diſcipularum ſtudijs expulſi, ab huma-
 nitate deſciſiunt, quam qui rudes, & imperiti
 ad mala facinora honoris ignorantie labuntur.
 Apparet tamen, antiquum eſſe huic immolau-
 dorum hominum ritum: ſiquidem Saturnus in
 Latia eodem genere ſacriſicij utitur eſt: non qui-
 dem ut homo ad aram immolaretur, ſed ut in
 Tyberim de ponte Miluio mitteretur. Quod ex
 reſponſo quodam ſcilitatum, Varro autor eſt:

f

cuius

cuius r. sponsi ultimus versus est talis :

Καὶ κεφαλὰς κροῖδῆς Ἐπὶ παλῆι πίεπι
 φῶς.

Quod quia videtur ambiguum, & sax illi, &
 homo iaci solet. Verum id genus sacrificij ab Her-
 cule, cum ex Hispania rediret, dicitur esse subla-
 tum, ritu tamen permanente, ut pro veris homi-
 nibus imagines iacerentur ex sarpo : ut Ouid.
 in Fustis docet :

Donec in hac venit Tirythius arua, quol'avis

Tristia Lencadio sacra peracta Deo.

Illum stramineos in aquam misisse Quirites,

Herculis exemplo corpora falsa iace.

Hæc sacra Vestales virgines faciunt : ut ait
 idem :

Tum quoq; priscorū virgo simulacra vitorū

Mittere roboreo scirpea ponte solet.

Nam de infantibus, qui eidem Saturno immola-
 bantur propter odium Iouis, quid dicam, nō in-
 venio. Tam barbaros, tam immanes fuisse homi-
 nes, ut parricidium suum, id est, tetrum atq; exe-
 crabile humano generi facinus, sacrificium vo-
 carent : cum teneras, atq; innocentes animas,
 quæ maximè est ætas parentibus dulcior, sine
 ullo respectu pietatis extinguerent, immanita-
 temq; omnium bestiarum, quæ tamen fetus suos
 amant, feritate superarent. O dementiam insana-
 bilem! quid illis istis Dÿ amplius facere possent,
 si essent iracundissimi, quàm faciunt propitij? cum
 suos cultores parricidijs inquinant, orbitaribus
 mac

inactant, humanis sensibus spoliāt? Quid potest esse his hominibus sancti? Aut quid in profanis locis facient, qui iuxta aras decrum summa scelera committunt? Peseñius Festus in libris historiarum per satyrā refert, Carth. vgniensis Saturno humanas hostias solitos immolare: & cum victi essent ab Agathocle rege Siculorum, iratum sibi Deum putavisse: itaque ut diligentius piaculum soluerent, ducentos nobilium filios immolasse:

Tantum religio potuit suadere malorum :

Quae peperit saepe scelerosa, atq; impia facta.
Cui ergo dementissimi homines illo sacrificio consultabant? cum tantam partem civitatis occiderent, quantam fortasse ne Agathocles quidem victor occiderat. Ab isto genere sacrorum non minoris insanie iudicanda sunt publica illa sacra, quorum alia sunt Matris Deum, in quibus homines suis ipsi viribus litant: amputato enim sexu nec viros se, nec feminas faciunt. Alia Virtutis, quam eandem Belluam vocant. in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namq; humanis, & vtraque manu districtos gladios exercentes currunt, efferuntur, insanunt. Optime igitur Quirilianus in fanatico: Istud, inquit, si Deus cogit, iratus est. Etiam ne haec sacra sunt. Nonne sanus est peccatum mori vivere, quam deos tam impios, tam propianos, tā sanguinarios colere? Sed vide isti errores, et haec tanta flagitia ma-

uauerint, suo loco diffremus. Interim videamus
 & cetera, quae carent scelere: ne studio insectan-
 di videamur ibi prore prior. Isidis Aegyptia sa-
 cra sunt, quatenus filium paruulum vel perdidit,
 vel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius de
 glabrato corpore pectoris sua inuolant, lamenta-
 tur, sicut ipsa, cum filium perdidit, fecerat. Dein
 de puer producitur quasi inuentus, & in lati-
 tudinem luctus ille mutatur. Ideo Lucanus:

- Nunquamq; satis quaesitus Osiris.

Semper enim perdunt, & semper inueniunt. Re-
 fertur ergo in sacris imago rei, quae uere gesta
 est, quae profecto, si quid sapimus, declarat mor-
 tale mulierem fuisse, ac penè orbam, nisi unicum
 reperisset. quod illum ipsum poëtam minimè fa-
 git, apud quem Pompeius adolescens, morte pa-
 tris audita, haec loquitur:

Euoluam busto iam numen gentibus Ism,

Et lectum ligno spargam per vulgus Osirim.

Hic est Osiris, quem Serapim & Serapidem uul-
 gus appellat. Solent enim mortuis consecratis no-
 mina immutari, credo, ne quis putet homines
 eos fuisse. Nam & Romulus post mortem Quiri-
 nus factus est, & Leda Nemesis, & Circe Ma-
 rica: & Iug, postquam se praecipitauit in ma-
 re, Leucothea, maltrq; Maura, & Melicertes
 filius eius Palamon, atq; Portunus. Sarcæ ve-
 rò Cereris Eleusinae, nō sunt hu dissimilia. Nam
 sicut ibi Osiris puer planctu matris inquiritur:
 Ita hic ad incestum patris matrimonium rapta

Pr:f

Proserpina: quam quia facibus ex Ætne vertice accensis quaesisse in Sicilia Ceres dicitur: idcirco sacra eius ardentium tedrum iactatione celebrantur. Apud Lampfacum Priapo lustralis victima est asellus. Cuius sacrificij ratio in Fastis hæc redditur: Cum dii omnes ad festum Matris magnæ convenissent, epulæq; satietati, noctem lusus ducerent: quævisse I. V. Vestalibus, somnumq; cepisse: ibi Priapum somno ius, ac pudicitie infidatum: sed illam intempestivo clamore aselli, quo Silenus vehebatur, excitatam: libidinem vero infidatoris esse deceptam. Hæc de causa Lampfacenos asellum Priapo quasi in victimam mactare consuevisse: apud Romanos vero eundem Vestalibus sacris in honorem pudicitie conservate panibus coronari. Quid turpius? quid flagitiosius, quam si Vestæ beneficio asini virgo est? At poeta fabulam finxit. Num ergo illud est verius, quod referunt, qui Φαρυγγία conscripserunt? cum de duabus cancri stellis loquuntur, quas Græci δὲυε vocant, asellos fuisse, qui Liberum patrem transuerint, cum annem transire non posset: quorum alteri hoc præmium dederit, ut humana voce loqueretur: itaq; inter eum Priapumq; ortum esse certamen de membri obscenitatis magnitudine: Priapum victum et iratum interemisse victorem. Hoc verò multa magis inaptum est, sed poetis licet quicquid valint. Non excusatio iam deformis mysterium, nec Priapum deinde, ne quid appa-

reat risu dignum. Finxerunt hæc sanè poëta: sed
 necesse est, maiori alicuius turpitudinis tegeren-
 de gratia facta sunt. Quæ sit ergo queramus.
 At ea profectò manifesta est. Nam sicut Lu-
 cre taurus mactatur, quia similior habet cor-
 poribus, &

Placet equo Persis radijs Hyperionæ cinctū,

Ne detur celeri victimia tarda Deo.

Ita in hoc, quia magnitudo membri virili enor-
 mis est, non potuit ei monstro aptior victima
 reperiri, quam quæ ipsum, cui mactatur, possit
 imitari. Apud Lindum, quod est oppidum Rho-
 di, Hercules sacra sunt, quorum a ceteris longè
 diuersus est ritus. siquidē nō in p̄cipiis (ut Gre-
 ci appellant) sed maledictis, & execratione
 celebrantur: eaq; pro violatis habent, si quando
 inter solennes ritus vel imprudenti alicui exci-
 derit homini verbum. Cuius rei hæc ratio reddi-
 tur, si tamen vlla esse in rebus vanissimis po-
 tuit: Hercules, cum eò delatus esset, famemque
 pateretur, aruorem quendam aspexit operan-
 tem, ab eoq; petere cepit, ut sibi vnum bouem
 venderet. Enimvero ille negauit fieri posse, quia
 spes sua omnis colenda terra, duobus illis iumen-
 tis neteretur. Hercules solita violentiæ usus,
 quia vnum accipere non potuit, utrumq; suis lu-
 lit. At ille infelix, cum boues suos mactari con-
 spiceret, iniuriam suam maledictis vltius est: quod
 homini elegenti & urbano gratissimum fuit.
 Nam dū comissibus suis epulas apparat, dumq;
 alienos

alienos boues deuorat, illum sibi amatissime conuiciantem, cum risu & cachinnis audiebat. Sed postquam Herculi diuinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit, à civibus ei ara posita est, quam de factis, *Βουβοιον*, id est, bouis iugum nominauit: ad quam Deo iuncti boues immolarentur, sicut illi, quos abitu erat aratori: eumq; ipsam sibi constituit sacerdotem, ac præcepit, ut isdem maledictus semper in celebrandis sacrificijs ueretur, quod negaret se unquam epulatum esse iurandus. Hæc iam non sacra sunt, sed sacriligia, in quibus id sanctum ducitur, quod in alijs se fiat, etiam seuerissime vindicatur. Ipsi autem Cretici Iouis sacra quid aliud quam quomodo sit aut subtractus patri aut nutritus, ostendunt? Capella est *Amaltheæ* nympha, quæ uerberibus suis aluit infantem, de qua Germanicus Cæsar in *Aratæ* carmine sic ait:

- Illa pulatur

Nutrix esse Iouis, se verè Iupiter infans

Ubera Cretæe misit fidissima capre,

Sidere quæ claro gratû testatur alumnum.

Huius capelle corio usum esse pro scuto Iouem contra *Titanas* dumicantem, *Museus* auctor est. Unde à poetis *αιγιοχ* nominatur. Illa quicquid est gestum in abscondendo puero, id ipsum per imaginem geritur in sacris. Sed et matris eius mysterium idem continet: quod *Ouidius* exponit in *Fastis*:

f 4

ΑΡΧΗ

Ardua iandudum resonat tinnitibus Ido,

Tutus vi infante vagiat or: puer.

Pars clypeos sudibus, guleas pars euudit ma-
nes.

Hoc Curetes habent, hoc Corybætes opus.

Res latuit, priscaq; manent imitamina facti:

Æra dea comites, raucaq; terga mouet.

Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pul-
sunt:

Tibia dat Phrygios, vt dedit antè, modos.

Hanc totam opinionem, velut à poëta fictam, Sallustius respuit: voluitq; ingeniosè interpre-
tari, cur altores Iouis dicantur fuisse Curetes, &
sic ait: quia principes intelligendi diuina fue-
runt, veritatem vt cetera in manus componen-
tis, altores Iouis celebr. iuisse. Quantum erra-
uerit homo eruditus, iam res ipsa declarat. Si
enim princeps est Iupiter & deorum & reli-
gionum: si ante illum dij nulli colebantur vulgò;
quia nondum nati fuerant, qui coluntur: appa-
ret, Curetes ex diuerso principes fuisse diuina
non intelligendi, per quos error omnis inductus
est, & Dei veri memoria sublata. Ex ipsis itaq;
mysterijs, & ceremonijs intelligere debuerunt,
hominibus se mortuis supplicare. Non igitur exi-
go, vt aliquis poëtarum fictiombus credat, qui
hos mentiri putat, Pontificum ipsorum scripta
consideret, & quicquid est, literarum ad facta
pertinentium, reuoluat: plura fortasse quam nos
affirmamus, inueniet, ex quibus intelligat, inania,
impta.

ineptia, commenta esse omnia, que pro sanctis
habentur. Siquis autem percepta sapientia dispo-
suerit errorem, profecto videbit ineptias homi-
num pene dementium: illorum dico, qui vel inho-
desto saltatu eripudrant, vel qui nudi, vulsi, co-
ronati, personati, aut luto oblitui currunt. Quid
de sententiam vetustate putridam dicam? que cum
portant, deos ipsos se gestare humeris suis arbi-
trantur. Nam Furius Bibaculus inter precipua
pietatis exempla numeratur: qui cum Prætor
esset, tamen lictoribus præuntibus ancile por-
tauit, cum haberet magistratus beneficio, munus-
culi eius vacationem. Non ergo ille Furius, sed
planè furiosus fuit, qui prætoriam hoc ministe-
rio se putauit ornare. Merito igitur, cum hæc à
viris non imperitiis, ac rudibus fiant, Lucretius
exclamat:

O stultas hominum mentes, o pectora caca!

Qualibus in tenebris vite, quantisque periculis

Degitur hoc cui, quodcumque est.

Quis hæc ludibriis non rideat, qui habeat ali-
quid sanitatis? cum videat homines velut men-
te captos ea scire facere, que si quis faciat in lu-
su, nimis lasciuus & ineptus esse videntur.

De Numæ introductione religionis, Fauni,

Orphæi, Melissei.

CAP. XXII.

Hæc vanitatum, apud Romanos autor
& constitutor, Sabinus ille rex fuit. qui
maximè animos hominum rudes atque imperi-
tos nouis superstitionibus implicauit: quod re-

f s

faceret

faceret aliqua auctoritate, simulavit cum dea
 Egerea nocturnos se habere congressus. Erat spe-
 lunca quedam peropaca in monte Aricino un-
 de rivus paterni fonte manabat: huc se remotis
 arbitrii, inferre consueverat, ut mentiri posset
 monitu Dea coniugis ea sacra populo se tradere,
 quæ acceptissima eius essent. videlicet astutiam
 Minois voluit imitari, qui se in antrum Iouis
 recendebat, & ibi diu moratus, leges tanquam
 sibi à Ioue traditas afferebat: ut homines ad pu-
 rendum non modo imperio, sed etiam religione
 constringeret. Nec difficile sanè fuit persuadere
 pastoribus. Itaque pontifices, flamines, salios, au-
 gures creavit, deos per familias descripsit. Sic
 novi populi ferores animos mitigavit, & ad stu-
 dia pacis à rebus bellicis auocavit. Sed cum alios
 falleret, seipsum tamen non sefellit. Nam post
 annos plurimos, Cornelio & Bebio C O S S. in
 agro feribe Petilij sub Ianiculo arce due lapi-
 deæ sunt repertæ a fossoribus: quarum in altera
 corpus Numæ fuit. in altera septem Latini libri
 de iure pontificio: item Græci totidem, de disci-
 plina sapientiæ scripti: quibus religiones uò eas mo-
 do, quas ipse instituerat, sed omnes præterea dis-
 soluit. Quare ad Senatû delata, decretû est, ut
 hi libri abolerentur: ita eos Q. Petilius Prætor
 Urb. in concione populi concremavit. insipit uer-
 ad quidem. quid enim profuit, libros esse combus-
 tos? cum hoc ipsum, quod sunt ideo combusti,
 quia religionibus derogabant, memoriæ sit tra-
 ditum?

ditum? Nemo ergo tunc in Senatu non stultissimus. Potuerunt enim & libri aboleri, & res sacras in memoriam non exire. Ita dum volunt ariani posteris approbare, quanta pietate defriderint religiones, auctoritatem religionum ipsorum, testando minus. Sed ut Pompius apud Romanos institutor ineptiarum religionum fuit, sic ante Pompium Faunus in Latio: quia & Saturno ano nefaria sacra constituit, & Picuri patrem inter deos honoravit, & sororem suam Fatuā Faunā, eandemq; conjugem consecravit: quam C. Bassus Fatuā nominatam tradit, quod mulieribus sacra canere cōsueuisset, ut Faunus testis. Eandem Varro scribit tanta pudicitia fuisse, ut nemo eam, quoad vixerit, prater virū suum suas viderit, nec nomen eius audierit. Idecirco illi mulieres in aperto sacrificant, & Bonam deam nominant. Et Sex. Clodius in eo libro, quem Græcè scripsit, refert Faunū hanc uxorem fuisse: qua quia contra morē, decusq; regium clam viuis ollam ebiberat, & ebria facta erat, virgis myrteis à viro ad mortem usq; casu. postea verò cum eum fœli sui pœniteret, & desiderium eius ferre non posset, diuinum illi honorem decessisse. Adcirco in sacris eius obvoluta vini ampl. or. um poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoque non parum erroris, quæ tamen prudentes quiq; perspicunt. Nam Lucilius eorum stultitiam, qui simulacra deos esse putant, deridet his verbis:

Terricolæ Latine Faunū quæ Pompiūq;

Iustis

Instituere Numa, tremere has, hic omnia ponit,
Et pueri infantes credunt signa omnia abena
Vivere, & esse homines: & si isti omnia
ficta

Vera putant, credunt signis cor inesse abeni:
Pergula pictorum, veri nihil, omni i ficta.

Poeta quidem stultos homines insinibus com-
parauit: at ego multò imprudentiores esse dico.
Illi enim simulacra homines putant esse, hi deos.
Illos etas fa it putare quod non est: hos stulti-
tia. Illi utiq; breuis desunt fallis: horum vani-
tas durat, & semper crescit. Sacra Liberi p-
tris primus Orpheus induxit in Graciam, pri-
musq; celebravit in monte Eæotie Thebis, vbi
Liber na us est, proximo. Qui cum frequenter
can'u cithara personaret, Citheron appellatus
est. Et sacra etiam nunc Orphica nominantur,
in quibus ipse postea dilaceratus, & carptus
est. & fuit per eadem ferè tempora, quibus Eæ-
nus si d quis etate præcesserit, dubitari potest si
quidem per eosdem annos Latinus, Priamusq;
regnaverunt, item patres eorum Picus, & Lao-
medon, quo regnante Orpheus cum Argonautis
ad Iliensium litus accessit. Procedamus igitur
ulterius, & queramus quis omnino colendorum
deorum primus autor extiterit. Didymus in li-
bris ἱερωτικῶν & τινδάρων ait, Melissea Crète-
sium regem primum dīs sacrificasse, ac ritus
novos sacrorumq; pompas introduxisse. Huius
duas fuisse filias, Amaltheam, et Melisiam: que

ΛΟΗΥΤΗ

Iouem puerū caprimo lacte ac melle nutrierunt.
 vnde poetā illa fabula originem sumpsit, ad-
 dāisse apes, atq; os puari melle coalesse. Me-
 tessam vero & patre primam sacerdotem Matris
 magnae constitutam. vnde adhuc eiusdē Matris
 quiritates Metesse nuncupantur. Historici verò
 sacra testantur, ipsum Iouem, postquam rerum
 potitus est, in tantam insolentiā venisse, vt ipse
 sibi sanis multis in locis constitueret. Nam cum
 terras circuiret, in quamcumq; regionē venerat,
 reges, principes ve populorum hospitio sibi, &
 amicitia copulabatur, & cum a quoquam digre-
 deretur, iubebat sibi sanis creari hospitii sui no-
 mine, quasi ita posset amicitia, & facti me-
 moria cōseruari. Sic constituta sunt templa Ioui
 & Aabyrio, Ioui Labradeo. Aabyrius enim, &
 Labradeus hospites etiam, atq; adiutores in bello
 fuerunt. Item Ioui Laprio, Ioui Molioni, Ioui
 Castio, & quae sunt in eodem modum. Quod ille
 stultissimè excoGITauit, vt & sibi honorem di-
 uinum, & hospitibus suis perpetuum nomen ac-
 quireret cum religione coniunctum. Grauebant
 ergo illi, & huic imperio eius libenter obseque-
 bantur, & nominis sui gratia ritus annuos, &
 festi celebrabant. Simile quoddam in Sicilia fe-
 cit Encas, cum condita urbi, Acaste hospitii
 nomē imposuit, vt eam postmodū latus, ac libens
 Acastes diligeret, augetet, ornaret. Hoc modo
 religionem cultus sui per orbē terrae Iupiter se-
 minauit, & exemplum ceteris ad imitandum
 dedit

LACTANTI
FIRMIANI DIVI-

narum institutionum aduersus Gen-
tes, liber Secundus, de origine
erroris, ad Constantinum
Imperatorem.

✱

De Dei obliuione.

CAPVT I.



VANQVAM primo libro re-
ligiones aeorum falsas esse mon-
strauerim, quod q̄, quorum va-
rios, dissimilesq; cultus per uni-
uersam terram consensus homi-
num sicca persuasione suscepit, mortales fue-
rint, sanctiq; vita diuine necessitati morte con-
cesserint: tamē nequa dubitat o relinquantur, hic
secundus liber fontem ipsum patefaciet errorum,
causasq; omnes explicabit, quibus decepti ho-
mines & primitus deos esse crediderunt: &
postmodum inueterata persuasione in susceptis
prauissime religionibus p̄seuerarunt. Gestio
enim, Constantine Imperator, conuictis mani-
bus, & hominum impia vanitate delecta, sin-
gularis Dei assertere maiestatem, suscipiens uti-
lius, & manus officium, sicut et reuocandi ho-
mines a prauis itineribus, & in gratiam secum
ipsum ducendi: ne se (ut quidam p̄ Iosop̄ i fa-
ciunt) tantopere despiciant, uere se inhi-
micos, & superuacuos, & nihili, & si ultra omnino
natos

natos putent. que opinio plerisque ad vitia compellit. Nam dum existimant nulli Deo nos esse curæ, aut post mortem nihil nos esse futuros, totos se libidinibus addicunt: & dum licere sibi putant, hauriendis voluptatibus sumenter incumbunt, per quas imprudentes in laqueos mortis incurrunt. Ignorant enim, que sit hominis ratio: quam si tenere vellent, in primis Deum suum agnoscerent, virtutem, iustitiamque sequerentur, terrenis fumentis animas suas non subdicerent, mortiferas libidinum voluptates non appetere denique se ipsos magni estimarent, atque intelligerent, plus esse in homine, quam videtur: cuius vim, conditionemque non aliter posse retineri, nisi cultum veri parentis sui, deposita prauitate, susceperint. Equidem, sicut oportet, de summa rerum sapienter cogitans, admirari soleo. maiestatem Dei singularis, que continet regitque omnia, in tantam venisse obliuionem, ut que sola coli debeat, sola potissimum negligatur: homines autem ipsos ad tantam cecitatem esse deductos, ut vero ac viuo Deo mortuos antiferant, terrenos autem, in terraque sepultos, ei preponant, qui fundator ipsius terre fuit. Et tamen huic impietati omnium possit venia concedi, si omnino ab ignorantia diuini nominis veniret hic error. Cum verò ipsos deorum cultores sepe videamus Deum summum & confiteri, & predicare, quam sibi veniam sperare possint impietatis sue? qui non agnoscunt cultum eius, quem

§ prorsus

prorsus ignorari ab homine fas non est. Nam &
 cum iurant, & cum optant, & cum gratias a-
 giunt, non Iouem, aut deos multos, sed Deum no-
 minant, adeò veritas ipsa, cogente natura, etiam
 ab inuitis pectoribus erumpit. quod quidem non
 faciunt in prosperis rebus. Nam tum maxime
 Deus ex memoria hominum elabitur, cum be-
 neficijs eius fruantes, honorem dare diuine indul-
 gentie debent. At verò si qua necessitas grauis
 prefferit, tunc Deum recordantur: si belli terror
 infremuerit, si morborum pestifera vis incubue-
 rit, si alimenta frugibus longa siccitas denegaue-
 rit, si seuis tempestas, si grando ingructit: ad
 Deum confugiant, à Deo petitur auxilium,
 Deus, vt subueniat, oratur. Si quis in mari ven-
 to sentiente iactetur, hunc inuocat: si quis aliqua
 vi afflictaetur, hunc protinus implorat: si quis ad
 extremam mendicandi necessitatem deductus,
 victam precibus exposcit, Deum solum obtesta-
 tur, & per eius diuinum, atque vnicum numen
 hominum sibi misericordiam querit. Nunquam
 iugiter Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt.
 Postquam metus deseruit, & pericula recesserunt,
 tum verò alacres ad deorum templa con-
 currunt, his libant, his sacrificant, hos coronant.
 Deo autem, quem in ipsa necessitate implorauerant,
 ne verbo quidem gratias agunt, adeò ex
 rerum prosperitate luxuria, ex luxuria verò, vt
 vitia omnia, sic impietas aduersus Deum nasci-
 tur. Quàm istud ex causa fieri putemus? nisi
 esse

esse aliquam peruersam pot. statem, quæ veritatis sit semper inimica, quæ humanis erroribus gaudeat, cui vnicum ac perpetuum sit opus, of-
fundere tenebras & hominum cæcitate mentes, ne lucem videant, ne dentq; in celum aspiciant, ac naturam corporis sui seruent. Nam cum cætere animantes prorsus corporibus in humum spectent, quia rationem ac sapientiam non acciperunt, nobis autem statua rectus, sublimis vultus ab artifice Deo datus sit, apparet, istas religiones deorum non esse rationis humane, quia curuant cælestem animal ad veneranda terrena. Parens enim noster ille vnus & solus, cum fingeret hominem, id est, animal intelligens, & rationis capax, eum v. rō ex humo subleuatum ad contemplationem sui artificis erexit. quod optimè ingeniosus poeta signauit:

Pron. iq; cum spectet anim. i. a cætera terram:

Os homini sub. ime dedit, calumq; videre

Instit, & erectos ad sy. iera tollere vultus.

Hinc vtiq; ἀνθρῶπων Greci appellarunt, quod sursum spectet. Ipsi ergo sibi renuntiant, si q; hominum nomine abdicant, qui non sursum aspiciunt, sed deorsum. nisi forte id ipsum, quod rectū sumus, sine causa homini attributum putant. Spectare nos celum Deus voluit, vtiq; non frustra: nam & aues, & ex mutis penè omnia celum vident. sed nobis propriè datum est, celum rigidis, ac stantibus intueri, vt religionem iis quaeramus, vt Deum, cuius sedes illa est, quem oculis

§ 2 non

non possumus, animo contemnemur. quod profecto non facit, qui as, aut lapidem, quæ terrena sunt, veneratur. Est autem prauissimam, cum ratio corporis recta sit, quod est temporale: ipsum verò animum, qui est æternus, humilem fieri: cum figura & status nihil aliud significent, nisi mentem hominis eò spectare oportere, quò vultum, & animum tam rectum esse debere, quàm corpus: ne id, cui dominari debet, imitetur. Verùm homines & nominis sui, & rationis oblit, oculos suos ab alto deiciunt, soloq; defigunt, atq; timent opera digitorum suorum, quasi verò quicquam esse possit artifice suo maius.

De simulacris, & vero Dei simulacro & c^uta.

CAP. II.

Qua igitur amentia est, aut ea fingere, quæ ipsi postmodum timeant, aut timere quæ finxerunt? Non ipsi, inquit, timeamus, sed eos, ad quorum imaginem facti, & quorum nominibus consecrata sunt. Nempe ideo timeat, quòd eos in celo esse arbitramini: neque enim, si dii sunt, aliter fieri potest. Cur igitur oculos in calum non tollitis? & advocatù eorum nominibus in aperto sacris in celebratis? Cur ad parietes, & ligna & lapides potissimum, quàm illo spectatis, ubi eos esse creditis? Quid sibi templa? quid ara volunt? quid deniq; ipsa simulacra, quæ aut mortuorum, aut absentium sunt monumenta? Nam omnium fingendarum similitudinum ratio

idcirco

idcirco ab hominibus inuenta est, ut possit eorum memoria retineri, qui vel morte subtracti, vel absentia fuerant separati. Deos igitur in quorum numero reponemus? Si in mortuorum, quis tam stultus, ut colat? Si in absentium: colendi ergo non sunt, si nec vident quæ facimus, nec etiam audiunt quæ precamur. Si autem dū absentes esse non possunt, qui, quoniam diuini sunt, in quacunq; parte mundi fuerint, vident, & audiunt vniuersa: superuacua ergo sunt simulacra, illis ubiq; presentibus, cum satis sit, audientium nomina precibus aduocare. At enim presentes non nisi ad imagines suas adsunt. Ita plinè, quemadmodum vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare. Sed tamen postquam Deus ille presto esse cepit, iam simulacro eius opus non est. Quæro enim, si quis imaginem hominis peregre constructi contempletur sepius, & ex ea solatium capias absentis: num idem sanus esse videatur, si eo reuerso, atque presente, in contemplanda imagine perseueret, eaq; potius, quam ipsius hominis aspectu, suū velit? Minimè profecto. Etenim hominis imago necessaria tum videtur, cum procul abest, superuacua futura, cum presto est. Dei autem, cuius spiritus ac numen ubiq; diffusum, abesse nunquam potest, semper trique imago superuacua est. Sed verentur, ne omnis eorum religio inanis sit, & vana, si nihil in presenti videant, quod adorent: & idè simu-

lacta constituunt, quæ quia mortuorum sunt im-
 gines, similiæ mortuis sunt, omni enim sensu ce-
 rent. Dei autem in æternum viventis vivum, &
 sensibile debet esse simulacrum. quod si à simili-
 tudine id nomen accepit, qui possunt ista simu-
 lacta Deo similiæ iudicari, quæ nec sentiunt, nec
 mutantur? Itaque simulacrum Dei non illud est,
 quod digitus hominis ex lapide, aut ere, aliæque
 materiæ fabricatur, sed ipse homo: quoniam &
 sentit, & mouetur, & multas, magnasque actio-
 nes habet. Nec intelligunt homines ineptissimi,
 quod si sentire simulacra, & moveri possent, ul-
 tro adoratura homines fuissent, à quibus sunt
 exposita: quæ essent aut incultis, et horridis la-
 pis, aut materia informis, ac rudis, nisi fuissent
 ab homine formata. Homo igitur illorum quasi
 parens putandus est, per cuius manus nata sunt,
 per quem figuram, specieem pulchritudinem ha-
 bere cœperunt. Et ideo melior est qui fecit, quam
 illa quæ facta sunt. Et tamen factor in ipsum ne-
 mo suspicis, aut veretur: quæ fecit, timet, tan-
 quam plus possit esse in opere, quam in opifice.
 Rectè igitur Seneca in libris moraliibus: Simu-
 lacta, inquit, deorum venerantur, illis supplicant
 genua posito, illa adorant, illis per totum assidue
 diem, aut astant, illis stipem iaciunt, victimas
 cadunt. & cum hæc tantopere suscipiant, fabricos,
 qui illa fecere, contemnunt. Quid inter se tam
 contrarium, quam statu irium despiciere, sta-
 tuam adorare, & eum ne in conuictum quidem
 admit

admittere, qui tibi deos faciat? Quam ergo vim, quam potestatem habere possunt, cum ipse, qui Scit illa, non habeat? Sed ne hæc quidem dæra his potest, que habebat, videre, audire, loqui, moveri. Quisquam ne igitur tam ineptus est, ut putet aliquid esse in simulacro Dei, in quo non hominis quidem quicquam est præter umbram? Sed hæc nemo considerat: infecti sunt enim persuasione, ac mentes eorum penitus succum stultitiæ perbrucunt. Adorant ergo insensibilia qui sentiunt, irrationabilia qui sapiunt, exanimata qui vivunt, terrena qui oriuntur à calo. Iuvat ergo, velut in aliqua sublimi specula constitutum, vnde universi exaudire possunt, perstantem illud proclamare:

O curas hominū, O quantum est in rebus inane!
 O curvæ in terras animæ, & caelestium inanēs!
 Cælum potius intuenimi, ad cuius spectaculum
 vos excitavit ille artifex* verus Deus. Ille vobis * velle
 sublimem vultum dedit: vos in terram curva-
 mini: vos altas mentes, et ad * patrem suum cum * patrem
 corporibus suis erectas, ad inferiora deprimitis,
 tanquam vos paniteas, non quadrupedes esse
 vatos. Fas non est, caeleste animal cum ter-
 renis in terramq; vergentibus coæquare: quid
 vos beneficii caelestibus orbati, proniq; in hu-
 mum vestra sponte procumbitis? Humi enim
 in sublimi quærere debuistis. Nam ista mortu-
 alium digitorum ludicra, & fragilia fragmenta

ex quolibet materie genere formata, quid aliud sunt, nisi terra, ex qua nata sunt? quid ergo rebus inferioribus subiaceatis? quid caputibus vestris terram superponitis? Cum enim vos terre submittitis, humilioresq; factis, ipsi vos vltro ad inferos mergitis, ad mortemq; damnatis, quia nihil terra inferius, & humilius, nisi mors & inferi: quæ si effugere velletis, subiectam pedibus vestris terram contemnetis, corporis statu salvo: quod idcirco rectum accepistis, quo oculos atque mentem cum eo, qui fecit, conferre possentis. Contemnere autem, & calcare terram, nihil aliud est, quam simulacra non adorare, quia de terra facta sunt: item diuitias non concupiscere, voluptates corporis spernere: quia opes & corpus ipsam, cuius hospitio vtimur, terra est. Vivum colite, vt viuatis. Moriatur enim necesse est, qui se suauit; animam mortuis adiudicauit.

De literatorum errore.

CAP. III.

Sed quid prodest ad vulgus, & ad homines imperitos hoc modo concionari? cum videamus etiam doctos, ac prudentes viros, cum religionum intelligant vanitatem, nihilominus tamen in ijs ipsis, quæ damnant, colendis nescio qua pravitate persistere. Intelligebat Cicero falsa esse, quæ homines adorarent. Nam cum multa dixisset, quæ ad euerfionem religionum valerent, ait tamen non esse illa vulgo disputanda, ne susceptis publicè religionibus dissipatio

l. 113

malu extinguat. Quid ei facies, qui, cum errare se sentiat, vltro ipse in lapides impingat, vt populus omnis offendat? ipse sibi oculos eruat, vt omnes cecum sint? qui nec de alijs bene mereatur, quos patitur errare: nec de seipso, qui alienis accedit erroribus? nec vitur tandem sapientia sua bono, vt factis impleat, quod mente percepit, sed prudens, et sciens pedem laqueo inserit, vt simul cum ceteris, quos liberare vt prudentior debuit, & ipse capiatur? Quin potius si quid tibi Cicero virtutis est, experire populum sacre sapientem. digna res est, vbi omnes eloquentia tua vires exeras. Non enim verendum est, ne te in tam bona causa deficiat oratio, qui sepe etiam malis copiose, ac fortiter defendisti. Sed uirum Socratis carcerem times, ideoq; patrocinium veritatis suscipere non auder. At mortem, vt sapiens, contemnere debuisti. Erat quidem multo pulchrius, vt ob bene dicta potius, quam ob maledicta morereris. Nec plus tibi laudis Philippice afferre potuerunt, quam discussus error humani generis, & mentes hominum ad sanitatem tua disputatione reuocare. Sed concedamus timiditati, que in sapiente esse non debet. Quid ergo ipse in eodem versaris errore? Video te terrena, & manu facta venerari, vana esse intelligis, & tamen eadem facis, qua faciunt ipsi, quos ipse stultissimos confiteris. Quid igitur profuit, vidisse te veritatem, quam nec defensoris esses, nec secururus? Si libenter errant ij, qui

errare se sentiunt: quanto magis vulgus indo-
 Etum? quod pompæ inanibus gaudet, animus pue-
 rilibus spectat omnia, oblectatur simulis, & spe-
 cie simulacrorum capitur, nec ponderat. secum
 unam. p. unque rem potest, ut intelligat, nihil
 colendum esse, quod oculis mortalibus cernitur,
 cum mortale sit necesse est. Nec mirandum est,
 si Deum non videant. Cum ipsi ne hominem qui-
 dem videant, quem videre se credunt. Hoc enim,
 quod oculis subiectum est, non homo, sed om-
 nis receptaculum est: cuius qualitas, & figura
 non ex lineamentis vasculi, quo continetur, sed
 ex factis & moribus pervidetur. Qui ergo co-
 lunt simulacra, corpora sunt animabus carentia,
 quia se corporalibus dedunt, nec vident plus
 aliquid mente, quam corpore: cum sit animi offi-
 cium, a subtilius cernere, que acies corporalis
 non potest intueri. Quos homines idem ille philo-
 sophus, ac poeta grauter accusat, tanquam hu-
 miles, et abiectos, qui contra naturam suam rationem
 ad veneranda terrena se prosternant. ait enim:

Et faciunt animos humiles formidare Divum,
 Depressoq; premunt ad terram.

Aliud quidem ille, cum hoc diceret, seniebat,
 nihil utique esse colendum, quia deum humana
 non carent. Demique alio loco religiones & cul-
 tus deorum, inane esse officium conficitur.

Nec pietas vlla est, vlatum sepe videri
 Vertere se ad lapidem, atque omnes accedere
 ad aras,

Et

Et procumbere humi prostratum, & p[ro]strare
dere palmis

Ante Deū delubra, nec aras sanguine multo
Spargere quadrupedū, nec votis nec tererota.
Quæ profecto si cassæ sunt, nō oportet sublimes,
et excelsos animos aduocari, atq; interrim
premi, sed nihil aliud, quàm caelestia cogitare.
Impugnata sunt ergo à prudentioribus falsa re-
ligiones, quæ sentiebant esse falsas: sed non est
inducta vera, quia qualis, aut ubi esset, ignora-
bant. Itaque sic habuerunt, tanquam nulla esset
omnino, quia veram non poterant inuenire: &
eodem modo inciderunt in errorem multo maio-
rem, quàm illi, qui falsa tenebant. Nam & isti
fragilium cultores, quæcūq; sint incepti, qui ce-
lestia constituunt in rebus corruptibilibus, atq;
terrenis, aliquid tamen sapientie retinent, &
habere veniam possunt: quia summum hominis
officium etsi non re ipsa, tamen proposito tenet.
Siquidem hominum atque mortuorum, vel solum
vel certe maximum in religione discrimen est. Hæc
vero quænto fuerunt sapientiores, quod intelle-
xerunt falsæ religionis errorem, tanto facti sunt
stultius, quod esse aliquam veram non putave-
runt. Itaq; quoniam facilius est, de alienis iudi-
care, quàm de suis: dum aliorum præcipitium
vident, non perspexerunt, quid ante suos pedes
esset. In vtraque igitur parte & summa stulti-
tia inuenitur, & odor quidam sapientia: ut pos-
sit dubitare, quos dicis potissimum stultius, et-
losne

lōsne, qui falsam religionem suscipiunt, an eos, qui nullam. Sed (vt dixi) venia concedi posset imperitiis, & qui se sapientes esse non fateantur: his verò non potest, qui sapientiam professi, stultitiam potius exhibent. Non sum equidem tam iniquus, vt eos putem diuinare debuisse, vt veritatem per seipsos inuenirent (quod fieri ego non posse confiteor) sed hoc ab his exigo, quod ratione ipsa prestare potuerunt. Facerent enim prudentius, si & intelligerent esse aliquam veram, & falsis impugnatu, aperte pronuntiarent, eam, quæ vera esset, ab hominibus non teneri. Sed mouerit eos fortasse illud, quòd si qua vera esset religio, exeret se, ac vindicaret, nec pateretur esse aliud quicquam. Videre enim nullo modo poterant, quare, aut à quo, & quemadmodum religio vera opprimeretur: quod est diuini sacramenti, & celestis arcani. Id verò, nisi doceatur, aliquis scire nullo pacto potest. Summa rei hæc est: Imperiti, & insipientes falsas religiones pro veri habent, quia neque veram sciunt, neque falsam intelligunt. Prudentiores verò, quia veram nesciunt, aut in ijs, quas falsas esse intelligunt, perseverant, vt aliquid tenere videantur: aut omnino nihil colunt, ne incidant in errorem: cum id ipsum maximi sit erroris, vitam pecudum sub figura hominis imitari. Falsum verò intelligere, est quidem sapientia, sed humane. Ultra hunc gradum procedi ab homine non potest. Itaque multi philosophorum

(vt

(vt docui) religiones sustulerunt: verum autem scire, diuina est sapientia. Homo autem per se ipsum peruenire ad hanc scientiam non potest, nisi doceatur à Deo. Ita philosophi, quod summum fuit humane sapientia, affectu sunt, vt intelligerent, quid non sit: illud assequi nequiverunt, vt dicerent, quid sit. Nota Ciceronis vox est: viuinam tam facile vera inuenire possem, quam falsa conuincere. Quod quia vires humane conditionis excedit, eius officij facultas nobis est attributa, quibus tradidit Deus scientiam veritatis: cui explicande quatuor posteriores libri seruiunt. Nunc interum falsa, vt cepimus, detegamus.

De simulacris, ornamentisq; templorum, & eorum contemptu. CAP. IIII.

Quid igitur maiestatis possunt habere simulacra, qua fuerunt in homunculi potestate, vel vt aliud fierent, vel vt omnino non fierent? idcirco apud Horatium Priapus ita loquitur:

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
 Cum faber incertus, scannuū faceret ne Priapū
 Ataluit esse Deū Deus: indo ego ferū, amūq;
 Maxima formido.-

Quis non sit tanto hoc custode securus? Fures enim tam stulti sunt, vt Priapi centiguent timeant, cum aues ipse, quas terrore falci, aut inguinis abigi existimant, simulacris fabrefactis, id est, hominum plauē similibus, insideant,
 nidiſt

uidificent. inquinent. Sed Flaccus, ut satyrici carminis scriptor, derisit hominum vanitatem. Verum illi, qui faciunt, seriam rem se facere opinantur. Denique poeta maximus, homo in ceteris prudens, in hoc solo non praece, sed amuliter desipuit, cum illis emendatis libris: uiam fieri hoc iubet.

Et custos furum, atque animum cum falce saligna,
Hellespaniari seruet tutela Triapi.

Adorant ergo mortalia, ut à mortalibus facta: frangi enim, cremari, perire possunt: nam et tectis vetustate libentibus saepe comminus solent: et consumpra incendio, dilabuntur in cinerem: et plerumque (nisi sua illis magnitudo subuenierit, aut custodia diligens secesserit) in praedam furibus cedunt. Quae igitur insana est, ea timere, pro quibus aut ruina, aut ignes, aut furta timeantur? Quae vanitas, ab his aliquam sperare tutelam, quae tu:ri semetipsa non possunt? Quae peruersitas, ad eorum praesidia decurrere, quae ipsa cum violantur, inuita sunt, nisi à contentibus vindicentur? Vbi ergo veritas est? Vbi nulla vis adhiberi potest religionis, vbi nihil, quod violari possit, apparet, vbi sacrilegium fieri non potest. Quicquid autem oculis, manibusque subiectum est, id verò quia fragile est, ab omni ratione immortalitatis est alienum. Frustra igitur homines auro, bore, gemmis deos excolunt, exornant, quasi verò ex his rebus ullam possint capere voluptatē. Quis usus est pretiosorum

nummorum

munerū nīl ſentiebant? an ille, qui mortuis & pari enim ratione de ſanctorum corpora odoribus, ac pretioſis veſtibus illita, & conuoluta humi condunt, qua deos honorant: qui neq; , cū fierent, ſentiebant, neq; cū coluntur, ſciunt, nec enim ſenſum conſecratione ſumpſerunt. Non placebat Perſio, quòd aurea vaſa templi inſtrantur, ſuperuacuum putanti eſſe inter religiones, quòd non ſanctitati, ſed auaritie ſit instrumentum. Illi enim ſatius eſt Deo, quem rectè colas inferre pro munere

Compoſitu ius, ſatq; animi, ſanctosq; recessus
Mentis, & in oculū generoſo pectus honeſto.
Egregiè, ſapienterq; ſenſit. Verū illud ridiculum ſubd. dicit: hoc eſſe aurum in templis, quòd ſunt Veneri donata à virginū pupis, quas illa ob minutiam fortasſe contempſerit. Non videbat enim, ſimulacra ipſa, & effigies deorum, Polycleti & Euphranoris & Phidie manus ex auro, atque ebore perfectas, nihil aliud eſſe quàm grandes pupas, nō à virginibus, quatum luſibus venia dari poteſt, ſed à barbatiſſimis ſenibus conſecratas. Mirro igitur etiam ſonnum ſtultitiam Seneca deridet. Non, inquit, bis pueri ſumus (ut vulgo dicitur) ſed ſemper. Verū hoc intereſt, quòd maiora nos ludimus. Ergo his ludicra, & ornata, & grandibus pupis, & unguenta, & thura, & odorata intrant: hiſ opimas, & pingues beſtias immolant: quibus eſt quidem os, ſed carent officio

cio dentium : his peplos, & indumenta pretio-
 sa, quibus usus velaminis nullus est : his au-
 rum, & argentum consecranteque tam non ha-
 bent qui accipiunt, quam qui illa donarunt. Nec
 immerito Dionysius Sicilia tyrannus post vi-
 ctoriam Grecia potius, deos tales contempsit,
 spoliavit, illusit : siquidem sacrilegia sua iocul-
 laribus etiam dictis prosequabatur. Nam cum
 Iovi Olympio aureum amictum detraxisset, la-
 neum insit imponi, dicens : estate graue esse au-
 reum, hyeme frigidum : lanicum vero utriusque
 tempori aptum. Idem auream barbam detra-
 hens Esculapio, incongruens, & iniquum esse
 ait, cum Apollo pater eius imberbis esset ad-
 huc, ac leuis, priorem filium, quam patrem,
 barbatum videri. Item pateras, & exuvias, &
 parua quedam sigilla, que simulacrorum pro-
 tentis manibus tenebantur, detrahebat : & ac-
 cipere se illa, non auferre dicebat. Perquam
 enim stultum esse, & ingratum, nolle accipe-
 re ab his vitro porrigentibus, à quibus bona si-
 bi homines precarentur. Hac ille fecit impune,
 quia rex, & victor fuit : quin etiam serua est
 eum solita felicitas. vixit enim vsque ad sene-
 ctutem, regnamq; per manus filio tradidit.
 In eo igitur, quia homines sacrilegia vindi-
 care non poterant, oportuit deos ipsos sui vin-
 dices esse. At si humilis quid tale commiserit,
 huic praesto sunt flagella, ignes, eculi, cruces,
 & quicquid excogitare iratis atque fu-
 rentib

ventibus licet. Sed cum puniunt deprehensos in sacrilegio, ipsi de deorum suorum potestate diffidunt. Cur enim non illis potissimum relinquant vltiscedi sui locum, si eis posse aliquid arbitrantur? Quin etiam putant illorum numine accidisse, ut praedones rerum sacratarum deprehensi tenerentur, & seuiunt non tam ira, quam metu: ne si deorum iniuriam non vindicauerint, ipsos expetant poena, incredibili scilicet vanitate, qui nocituros sibi deos putent ob aliena scelera, qui ipsis, à quibus violati spoliatiq; sunt, per seipsos nihil nocere poterunt. At enim saepe ipsi quoq; in sacrilegas vindicauerunt: potest id vel casu accidisse, quod aliquando, non semper. Sed tamen paulo post, quomodo id acciderit, ostendam. Nunc interim quero, cum illa tot, ac tanta sacrilegia in Dionysio non vindicauerint, qui non furtim, sed palam deos lubrico habuit, cur hunc tam potentem sacrilegum à templis, à ceremonijs, ab imaginibus suis non arcuerunt? Cur etiam sacris rebus ablati prospere nauigauit? quod ioco ipse testatus est, ut solebat: Videamus, inquit comitibus suis nauis agium timentibus, quam prospera sacrilegis nauigatio ab ipsis dys immortalibus tribuatur? Sed hic fortasse a Platone didicerat, deos nihil esse. Quid C. Verres? què Tullius accusator eius eidem Dionysio, & Phalaridi, & Tyrannus omnibus comparat, nonne omnem Siciliae compitauit, sublati deorum simulacris,

h ornata

ornamentisq; finorum? Orisum est persequi singula. Vnum libet commemorare, s. quo accusator omnibus eloquentiæ viribus, omni denique conatu vocis & corporis deploravit, de Cerere Catancensi, vel Ennensi, quarum alterius tanta fuit religio, ut adire templi eius secreta penetralia, vix nefas esset: alterius antiquitas tanta, ut omnes historie loquantur, ipsam deam fruges in Enna solo primum reperisse, filiamq; eius virginem ex eodem loco raptam. Deniq; Gracchanis temporibus turbata republica & seditionibus, & ostentis, cum repertum esset in carminibus Sibyllinis, antiquissimam Cererem debere placari, legati sunt Ennam missi. Hec igitur Ceres v. l. religiosissima, quam videre maribus ne adorandi quidem gratia licebat: vel antiquissima, quam S. P. Q. R. sacrificijs, donisq; placauerat: ex arcanis, & vetustis penetralibus, à C. Verre immisissis lacronibus seruis, impauè sublata est. Idem verò, cum affirmaret, se à Sicilia, ut causam provincie susciperet, oratum, his usus est verbis, sese iam ne deos quidem in suis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod deorum simulacra sanctissimi C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset: quasi verò se Verres ex urbibus delabrisq; sustulerat, de celo quoq; sustulerat. Unde apparet, istos deos nihil habere in se amplicius, quam materiam, de qua sunt fabricati. Nec immerito ad te, M. Tulli, hoc est ad hominem Sicilia confugerunt, quomam

niam triennio sunt experti, deos nihil valere.
 Essent enim stultissimi, si ad eos ob defenden-
 das iniurias hominum confugissent, qui C. Ver-
 ri nec pro seipsis iras esse poterunt. At enim
 Verres ob hæc facinora damnatus est. Non ergo
 dii vindicauerunt, sed Ciceronis industria, qua
 vel defensores eius oppressit, vel gratia resti-
 tit. Quid, quod apud ipsum Verrem nõ fuit illa
 damnatio, sed vacatio? quemadmodum Dio-
 nysio deorum spolia gestanti, Diæ immortales
 bonam dederant navigationem: sic etiam Ver-
 ri bonam quietem tribuisse videantur, in qua
 sacrilegus suus tranquille suui posset. Nam fre-
 mentibus bellis civilibus, sub obtentu damna-
 tionis ab omni periculo & metu remotus,
 aliorum graues casus, & miserabilem exitum
 mandiebat: & qui cecidisse solus vniuersis stan-
 tibus videbatur, in viro vniuersis cadentibus
 solus stetit, donec illum & opibus sacrilegio
 & partibus, & vita satiatum, ac senectute conse-
 ctum proscriptionis triumphalis auferret, eadem
 scilicet que Tullum violata deorum maiestatis
 ultorem abstulit. Quinetiã felix in eo ipso fiat,
 quod ante suam mortem crudelissimum exitum
 sui accusatoris audiuit, diis videlicet providen-
 tibus, ut sacrilegus, ac prædo ille religionum
 suarum non ante moreretur, quam solatium de
 ultione cepisset.

De Dei vero cultu, deque elementis, &c.

altis

CAP. V.

h 2

Quint

Quanto igitur rectius est, omisſis inſenſi-
bilibus, & vanis, oculos eò iecudere, ubi
ſedes, ubi habitatio eſt Dei veri? qui terram ſta-
bili firmitate ſuſpendit, qui celum diſtinxit
aſtris fulgentibus, qui ſolem rebus humanis cla-
riſſimum, ac ſingulare lumen, in argumentum
ſue vnice maiestatis accendit, terris autem ma-
ria circumſudit, flumina ſempiterno lapſu ſue-
ra præcepit:

*Iuſſit & extendi campos, ſubſidere valles,
Fronde tegi ſylvæ, lapidoſos ſurgere montes.
Que vtiq; omnia nou Jupiter fecit, qui ante an-
nos mille *ſeptingentos natus eſt. ſed idem*

*Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
qui vocatur Deus: cuius principium quoniam
non poteſt comprehendere, ne queri debet qui-
dem. Satis eſt homini, ad plenam, perfectamq;
prudenciam, ſi Deum eſſe intelligat. Cuius in-
telligentie vis & ſumma hæc eſt, vt ſuſpiciat,
& honorificet communem parètem generis hu-
mani, & rerum mirabiliam fabricatorè. Vnde
quidam hebetis, obuſiq; cordis, elementa que
& facta ſunt, & carent ſenſu, tanquam deos
adorant: qui cum Dei opera miremur, id eſt,
celum cum varijs luminibus, terram cum cam-
pis & montibus, maria cum fluminibus, &
ſtaguis, & fontibus: earum rerum admira-
ne abſtupefacti, & ipſius artifici obliti, quem
videre non poterant, opera eius venerari, &
colere cæperunt, nec vnquam intelligere quere-
runt,*

runt, quanto maior, quantoq; mirabilior sit, quæ illis fecit ex nihilo: quæ cum videant divinis legibus obsequentia, & commodis atq; vñibus hominum perpetua necessitate famulari: tamen illa deos esse existimant, ingrati adversus beneficia divina, qui Deo & patri indulgentissimo sua opera pratulerunt. Sed quid mirum, si aut barbari, aut imperiti homines errat? cum etiã ipsi philosophi Stoicæ disciplinæ in eadem sint opinione, ut omnia caelestia, quæ moventur, in deorum numero habenda esse censeant? siquidem Lucilius Stoicus apud Ciceronem sic loquitur: Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam in tam varijs cursibus in omni æternitate convenientiam temporum, non possum intelligere sine mente, ratione, consilioq; regi: quæ cum in syderibus esse videamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero ponere. Item paulo superius: Restat, inquit, ut motus ætheriorum sit voluntarius: quo qui videat, non indoctè solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget. Nos verò & quidè constantè negamus, ac vos, o philosophi, non solum indoctos, & impios, verum etiam cecos, & ineptos, delirosq; probamus, qui ignoratiam imperitorum vanitate vicistis. Illi enim Solem & Lunam, vos etiam sydera deos putatis. Tradita igitur nobis stellarum mysteria, ut aras, & templa singulis erigamus, ut sciamus, quo quoque ritu, quo die colamus, quibus nominibus, quibus precibus aduocemus: nisi forte nullo discrimine

h 3 iam

tam innumerabiles, tam minutos deos acce-
 ram colere debemus. Quid quòd argumen-
 tum illud, quo colligunt vniuersa caelestia deos
 esse, in contrarium valet? nam si deos esse, idcir-
 co opinantur, quia certos & rationabiles cur-
 sus habent, errant. Ex hoc enim apparet deos
 non esse, quòd e corbitare illis à præstitutis rite-
 ribus non licet. Ceterum si Dii essent, huc atque
 illuc passim sine ulla necessitate ferrentur, sicut
 animantes in terra, quarum quia liberae sunt vo-
 luntates, huc atque illuc vagantur, vt libuit, &
 quòd quanque mens duxerit, eò fertur. Non est
 igitur astrorum motus voluntarius, sed necessa-
 rius: quia præstitutis legibus, offi. usq; deser-
 uunt. Sed cum disputaret de cursibus syderum,
 quos ex ipsa rerum ac temporum congruentia
 intelligebat non esse fortuitos, existimauit vo-
 luntarios esse, tanquam nò possent tam dispo-
 sitò, tam ordinate moueri, nisi sensus in illis esset
 officij sui sciens. O quam difficilis est ignorantibus
 veritas, & quam facilis scientibus! Si mo-
 tus, inquit, astro: immutabiles non sunt, nihil aliud
 restat, nisi vt voluntarij sint. Imò vero vt non
 esse fortuitos manifestum est, ita nec voluntaria-
 rios. Quomodo igitur in consuetudinibus
 constantiam suam seruant? Nimirum Deus vni-
 uerse artifex sic illi disposuit, sic machinatus
 est, vt per spatia caeli diuina & admirabili
 ratione decurrerèt ad efficiendas sibi temporum
 succedentium varietates. An Archimedes Si-
 culus

eulus concauo aere similitudinem mundi, ac figu-
 ram potuit machinari, in quo ita Solem Lun-
 amq; composuit, vt inequales motus et celesti-
 bus similes, conuersionibus singulis quasi diebus
 efficerent: & non modo accessus Solis, ac recessus,
 vel incrementa, diminutionesq; Lune, ve-
 rum etiam stellarum vel errantium, vel vagan-
 tium disparis. versus, orbis ille dicitur vertitur, ex-
 hiberet? Deus ergo illa vera non potuit machi-
 nari, et efficere, quae potuit solertia hominum imi-
 tatione simulare? Virumne igitur Stoicus, se
 astrorum figuras in illo aere pictas, efficit, q; vi-
 disset, suo illa consilio moueri diceret, ac non po-
 tuis artificis ingenio? Inest ergo syderibus ratio,
 ad peragendas meatum suas apta: sed Dei est illa
 ratio, qui & facit, & regit omnia, uen ipsorum
 syderum, quae mouentur. Nam si solem stare vo-
 luisse, perpetuus utiq; dies esset. Item si motus
 astra non haberent, quis dubitet sempiternam
 noctem fuisse futuram? Si dicitur dii, ac n. Etis vi-
 ces essent, moueri ea voluit: et tam v. rie mone-
 ri, vt non modo lucis, ac tenebrarum mutua vi-
 cissitudines fierent, quibus & laboris, et quietis
 alterna spatia constarent, sed etiam frigoris, &
 caloris: vt diuersorum temporum vis ac potestas
 vel generandi, vel maturandi si agibus conue-
 niret. Quam solertiam diuina potestatis in ma-
 chinandis itineribus astrorum quia philosophi
 non videbant, animalia esse sydera putauerunt,
 tanquam pedibus et sponse, non diuina ratione

procederēt. Cur autem illa excogitauerit Deus; quis non intelligit? Scilicet ne Solis lumine decedente, nimium caca nox tetris, atq; horrentibus tenebris ingravesceret; noceretq; viuētibz. Itaq; & celum simul mira varietate distinxit, & tenebras ipsas multis. minutiq; luminibus temperauit. Quanto igitur Naso prudentius, quam illi, qui sapientie se studere putant, qui sentit à Deo lamina illa, ut horrorem tenebrarum depellerent, instituta? It cum librum, quo *Quoyouua* breuiter comprehendit, his tribus versibus terminauit:

Tot numero, cali; Deus simulacra figura
Imposuit celo: perq; atras sparsa tenebras
Clara prunosa iussit dare lumina nocti.

Quod si fieri non potest, ut stelle dī sint: ergo nec Sol quidem, ac Luna dī esse possunt, quoniam à luminibus aëtorum non ratione differunt, sed magnitudine. Quod si hi dī non sunt: ergo nec celum quidem, in quo illa omnia continentur.

De Deo, mundo, elementis, & homine.

C A P. VI.

Simili modo si terra, quam calcamus, quam subigimus, & colimus ad victum, Deus non est: nec campi quidem, ac montes dī erunt. si dī hi nec sunt: ergo ne tellus quidem vniuersa Deus videri potest. Item si aqua, que seruit animantibus ad usum bibendi, aut luuandi, Deus nō est: ne fontes quidem, ex quibus aqua profuit.

profluit. Si fontes nō sunt: nec flumina quidem;
 quae de fontibus colliguntur: si flumina quoq; dī
 non sunt: ergo & mare, quod ex fluminibus
 constat, Deus haberi non potest. Quod si neque
 caelum, neque terra, neque mare, quae mundi
 partes sunt, dī esse non possunt: ergo ne mundus
 quidem totus Deus est: quem quidem ipsi Stoicū
 & animantem & sapientem esse contendunt,
 & propterea Deum: in quo tam inconstantes
 fuerunt, ut nihil ab his dictum sit, quod non ab
 ipsā fuerit euersum. Sic enim argumētantur:
 Fieri non posse, ut sensu careat, quod sensibilia
 ex se generat. Mundus autē generat hominem,
 qui est sensu praeitus: ergo & ipsum esse sensi-
 bilem. Item, sine sensu esse non posse, cuius pars
 habeat sensum: igitur quia homo sensibilis est,
 etiam mundo, cuius pars homo est, inesse sen-
 sum. Propositiones quidem verae sunt, & sensi-
 bile esse, quod sensu praeditum gignat: & habe-
 re sensum, cuius pars sensu aucta sit: sed assump-
 ptiones falsa, quibus argumenta concludunt,
 quia neque mundus generat hominem: neque
 mundi homo pars est. nam hominem à principio
 idem Deus fecit, qui & mundum: & non est
 mundi pars homo, sicut corporis membrum: po-
 test enim mundus esse sine homine, sicut &
 vrbs, & domus. Atqui ut domus vnius homi-
 nis habitaculum est, & vrbs vnius populi: sic
 & mundus domicilium totius generis humani.
 Et aliud est, quod incolitur, aliud quod incolit.

Sed illi, dum student id, quod falso susceperant, confirmare, & sensibile esse mundū, et Deum, argumentorum suorum consequentiam non viderunt. Nam si mundi pars est homo, et sensibilis est mundus, quia homo sentit; ergo quia mortalis est homo, mortalis sit & mundus, necesse est: nec tantum mortalis, sed & omnibus morbu, passionibusq; subiectus. Et è contrario, si Deus est mundus, & partes eius vique immortales sunt: ergo & homo Deus est, quia pars est (ut dicitis) mundi. Si homo, ergo iumenta, & pecudes, & cetera genera bestiarum, & avium, & piscium: quoniam & illa eodem modo sentiunt, & mundi partes sunt. At hoc tolerabile est: nam & hæc colunt Egyptij. Sed res eò peruenit, ut rana, & culices, & formica dī esse videantur, quia & ipsis inest sensus, & partes mundi sunt. Ita semper argumenta ex falso petita inceptos, & absurdos exitus habent. Quid, quod idem ipsi aiunt, deorum & hominum causa mundum esse constructum, quæsi communem domum? ergo mundus nec Deus est, nec animans, si constructus est: animans enim non constructur, sed nascitur. Et si est a edificatus, sic vique tanquam domus, tanquam navis: est ergo aliquis artifex mundi Deus: & scorsum erit mundus qui factus est: scorsum illi, qui fecit. Im illud quàm repugnans & absurdum? quod cum celestes ignes, & ceteraque mundi elementa deos esse affirmant: item ipsum Deum mundum

Adm dicunt: quomodo potest ex deorum multo-
rum aceruo vnus Deus confici? Si astra dij sunt:
mundus ergo non Deus, sed domicilium deorum
est. Si vero Deus mundus est: ergo omnia illa,
que sunt in eo, dij non sunt, sed Dei membra,
que vtique solius Dei nomen accipere non pos-
sunt. Nec enim rectè quis dixerit, membra ho-
minis vnus, multos homines esse, sed tamè non
est similis comparatio animalis, & mundi. Ani-
mal enim quia sensu præditum est, etiam mem-
bra eius habent sensum, nec nisi à corpore di-
uisa, * putrescunt. Cuius igitur rei similitudi-
nem gerit mundus? Nimirum ipsi docent, cum
fæctum esse non differuntur, vt esset dijs, & ho-
minibus quasi communis domus. Si ergo est
constructa, vt domus, nec ipse Deus est, nec ele-
menta, que sunt partes eius: quia neque domus
habere dominium sui potest, neque illa, de qui-
bus domus constat. Non tantùm igitur veritate,
sed etiam * verbis suis reuincuntur. Sicut enim
domus in usum habitandi facta, per se nihil sen-
tit, dominoq; subiecta est, qui eam facit, aut in-
colit: ita mundus per se nihil sentiens, factori
Deo subiacet, qui eum in usum sui facit.

De Deo, & religionibus insipientium, &
maiorum auctoritate. C A P. VII.

Duplici ergo ratione peccatur ab insipien-
tibus. Primum, quòd elementa, id est, Dei
opera Deo præferunt: Deinde, quòd elemètorum
ipsorum

* brute-
sunt.

* rebus

ipsorum figuras humana specie comprehensas
 colunt. Nam Solis, Lunaq; simulacra humanum
 in modum formant: item ignis, & terra, & ma-
 ris, quae illi Vulcanum, Vestam, Neptunum vo-
 cant, nec elementa ipsis in aperto litant. Tanta
 homines imaginum cupiditas tenet, ut iam vi-
 liora ducantur illa, quae vera sunt: auro scilicet,
 gemmis, & ebore delectantur. Horum pulchri-
 tudo, ac nitor praefringit oculos: nec ullum reli-
 gionem putant ubicumq; illa non fulserint. Itaq;
 sub obtentu deorum, auaritia, & cupiditas co-
 litur. Credunt enim deos amare quicquid ipsi
 concupiscunt, quicquid est, propter quod furta,
 & homicidia, & latrocinia quotidie faciunt,
 propter quod bella per totum orbem populos, vr-
 besq; subuertunt. Consecrant ergo deus manu-
 bias, & rapinas suas, quos certe necesse est im-
 becilles esse, ac summam virtutis expertes, si sub-
 iecti sunt cupiditatibus. Cur enim caelestes eos
 putemus, si desiderant aliquid à terra? vel bea-
 tos, si aliqua re indigent? vel incorruptos, si vo-
 luptati habent ea, in quibus appetèdis cupiditas
 hominū non immerito damnatur? Veniunt igitur
 ad Deos non tam religionis gratia, quae nul-
 la potest esse in rebus male partu, & corruptibi-
 libus, quam ut aurum oculis hauriant: nito-
 rem leuigati marmoris aut eboris aspiciant, ut
 insignes lapillis & coloribus vestes, vel distin-
 cta gemmis fulgentibus pocula insatiabili con-
 templatione contrectent. & quanto fuerint or-

-tiora templa, & pulchriora simulacra, tanto
 plus maiestatis habere creduntur. Ad hoc religio
 deorum nihil aliud est, quam quod cupiditas
 humanam miratur. Haec sunt religiones, quas sibi à
 maioribus suis traditas, pertinacissime tueri, ac
 defendere perseverant: nec considerant quales
 sint, sed ex hoc probatas, atque veras esse confi-
 dunt, quòd eas veteres tradiderunt: tantaque est
 autoritas vetustatis, ut inquirere in eam, scelus
 esse ducatur. Itaque creditur ei passim, tanquam
 cognita veritati. Denique apud Ciceronem sic
 dicit Cotta Lucilio: Habes Balbe, quid Cotta,
 quid pontifex sentiat: sic nunc ego intelligam,
 quid tu sentias. à te enim philosopho rationem
 religionis accipere debeo. Maioribus autem
 nostris, etiam nulla ratione reddita, rationis est
 credere. Si credis: cur ergo rationem requiris,
 quae potest efficere, ne credas? Si rationem que-
 ris, & querendam putas: ergo non credis. Ideo
 enim quaris, ut eam sequaris, cum inueneris.
 Docet ecce te ratio non esse veras religiones deo-
 rum. Quid facies? maiores ne potius, an ratio-
 nem sequeris? quae quidem tibi non ab alio in-
 stituata, sed à teipso inuenta, & electa est, cum
 omnes religiones radicitus eruisisti. Si rationem
 inuenis, discedere te necesse est ab institutis, &
 auctoritate maiorum: quoniam id solum rectum
 est, quod ratio praescribit. Sin autem pietas ma-
 iores sequi suadet, fateris igitur & stultos illos
 fuisse, qui excogitatis contra rationem religionibus
 serui

seruierint, & te ineptum, qui id colas, quod falsum esse conuinceris. Sed tamen quoniam nobis tantopere maiorum nomen opponitur: uidemus tandem, qui fuerint maiores illi, a quorum autoritate discedi nefas ducitur. Romulus urbem conditurus, pastores, inter quos adoleuerat, conuocauit. Cùmque is numerus colenda urbi parum idoneus uideretur, constituit asyllum. Eo passim confugerunt ex finitimis loca pessimi quique sine ullo conditionis discrimine. Ita constituit ex hiis omnibus populum: legi in Senatum eos, qui etate anteibant, & patrum appellauit, quorum consilio gereret omnia: de quo Senatus Propertius Elegiarum scriptor haec loquitur:

Curia, pretexto que nunc nitet alta Senatus,
Pellicos habuit, rustica corda, patres.

Buccina coquebat priscos ad uerba quirites:

Lenium illi in prato saepe Senatus erat.

Hi sunt patres, quorum decretis eruditi, ac prudentes uiri deuotissimè seruiunt. Idèq; uerum ac immutabile omnis posteritas iudicet, quod centum peccati senes statutum esse uoluerunt, quos tamen (ut in primo libro dictum est) Populium illexit, ut uera crederent esse sacra, quae ipse iradebat. Est uero, cur illorum autoritas tanti habeatur à posteris, quos nemo, cùm uiderent, neque summus, neque infimus affinitatè dignos iudicant.

De

De rationis usu in religione, deq; somnis, augu-
ris, oraculis, talibusq; portentis. CAP. VIII.

Quare oportet, in ea re maxime, in qua
vita ratio versatur, sibi quenque consi-
dere, suoq; iudicio, ac proprijs sensibus niti, ad
investigandam, & perpendendam veritatem,
quam credentem alienis erroribus, decipi, tan-
quam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus
Deus pro virili portione sapientiam, ut & in-
audita investigare possent, & audita perpende-
re. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt,
sapientia quoque antecesserunt: quæ si omnibus
æqualiter datur, occupari ab antecedentibus
non potest. Illibabilis est tanquam lux, & cla-
ritas solis: quia ut sol oculorum, sic sapientia ia-
men est cordis humani. Quare cum sapere, id est
veritatem querere, omnibus sit innatum, sapien-
tiam sibi adimunt, qui sine vltio iudicio inuenta
maiorum probant, & ab alijs pecudum more
ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod maiorum no-
mine posito, non putant fieri posse, ut aut ipsi
plus sapiant, quia minores vocantur: aut illi de-
sperant, quia maiores nominantur. Quid ergo
impedit, quin ab ipsis sumamus exemplum, ut
quomodo illi, qui falsa inuenerunt, posteris tra-
diderunt: sic nos qui verum inuenimus, posteris
meliora tradimus? Superest ingens questio, cu-
ius disputatio non ab ingenio, sed à scientia ve-
nit: quæ pluribus explicanda erit, ne quid omni-
no dubium relinquatur. Nam fortasse aliquis
ad

ad illa confugiat, quæ à multis, & non dubijs
 traduntur autoribus. Eos ipsos, quos docui-
 mus deos non esse, maiestatem suam persæpe
 ostendisse & prodigijs, & somnijs, & augu-
 rijs, & oraculis. Et sanè multa enumerari
 possunt miracula: in primis illud, quòd Ac-
 cius Navius summus Augur, cum Tarqui-
 nium Priscum commoneret, ut nihil noui face-
 re inciperet, nisi prius esset inauguratus, eiq;
 rex artis eius eleuans fidem diceret, ut consultis
 aurbus renunciarer sibi, utrumne fieri posset id,
 quod ipse animo concepisset: affirmaretq; Na-
 uuius posse: Cape igitur, inquit, hanc cotem, eamq;
 nouacula dissecas. At ille incunctanter accepit,
 ac secuit. Deinde illud, quòd Castor, & Pol-
 lux bello Latino apud lacu * Iuturna visi sunt
 equorum sudorem abluentes, cum ades eorum,
 que iuncta fonti erat, sua spòte patuisset. ijdem
 bello Macedonico equis albis insidentes P. Va-
 lino Romam nocte venienti, se obtulisse dicun-
 tur nuntiantes, eo die Regem Persen victum, at-
 que captum. quod paucis post diebus literæ Pan-
 verum esse docuerunt. Illud etiam mirabile,
 quòd simulicrum Fortiue muliebris non semel
 locutum esse traditur. Item Iunonis Moneta,
 cum captis Vejsurms ex militibus ad eam trās-
 ferendam missus iocabundus, ac ludens inter-
 rogaret, utrumne Romam migrare veller: re-
 spondit, velle. Claudia quoque proponitur in
 exemplo miraculi. Nam cum ex libris Sibyllinis

* Micur.
 ac

Idea

Ideo mater esset accita, et in vado Tyberini flu-
 minis, navis qua veheretur, lacesisset, nec villo mo-
 do, aut vili vi commoveretur: Claudiam ferunt,
 que semper impudica esset habita ob nimios
 corporis cultus, ac iam submissis genibus orasse, ut
 sese castam indicaret, suum cingulum sequi re-
 tur: ita navim, que ab omni iuventute non va-
 luit commoveri, ab una muliere esse comotam.
 Illud aequè mirum, quòd lue saviente Escula-
 pius Epidauro accitus, urbem Romam diuturna
 pestilentia liberasse perhibetur. Sacrilegi quoque
 numerari possunt, quorum presentibus poenis in-
 iuriam suam deum vindicasse creduntur. Appius
 Claudius Censor, cum aduersus responsum sacra
 Heculei translisset ad seruos publicos, lumi-
 nibus orbatu est: et Potitiorum gens, que pro-
 didit, intra vnius anni tempus extincta est. In
 Censor Fuluius, cum ex Iunonis Lacinia templo
 marmoreis tegulis abstulisset, quibus eadem
 Fortune equestris, quam Romæ fecerat, tegeret:
 et mente captus est, et amissis duobus filiis in
 Illyrico militantibus, summo animi dolore con-
 sumptus est. Præfectus etiam M. Antoni [¶] Tu-
 tullus, cum apud Coos enersso Esculapij luo-
 classem fecisset, eodem postea loco à militibus Ce-
 sari est interfectus. His exemplis adiungitur
 Pyrrhus, qui sublata ex thesauro Proserpine
 Iuerculis pecunia naufragium fecit, ac vniuis
 dec litioribus illi res est, ut nihil, præter eum pe-
 niuriam, incolume reperiretur. Ceres quoque
 Milesia

Milesia multum sibi apud homines veneratio-
nis adiecit. Nam cum ab Alexandro capta civi-
tas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupis-
sent, omnium oculos repente obiectus fulgor igni
extinxit. Reperiuntur etiam somnia, quae vim
deorum videantur ostendere. Tiberio namque
Attinio homini plebeio per quietem obuersatus
esse Iupiter dicitur, & precepisse, ut C O S S. &
senatus nuntiaret, ludis Circensibus proximis
praesultorem sibi displicuisse, quod Antonium
Maximus quidam diuerberatum seruum sub
furca medio circo ad supplicium duxerat, iaceoq;
ludos inlaurari oportere. Quod cum ille negle-
xisset, eodem die filium perdidisse, ipsum autem
gravi morbo esse correptum: & cum rursus ean-
dem imaginem cerneret, quatenus, satisne pa-
narum pro neglecto imperio pependisset: lectica
delatus ad C O S S. & omni re in senatu expo-
sita, recepit corporis firmitatem, suisq; pedibus
domum rediit. Illud quoque somnium non mi-
noris fuit admirationis, quo Caesar Augustus di-
citur esse servatus. Nam cum bello civili Bru-
tiano implicatus gravi morbo, abstinere praelio
statuisset: medico eius Artorio Minerua species
obuersata est, monens, ne propter corporis imbe-
cillitatem castris se contineret Caesar. Itaque in
aciem lectica perlatus est: & eodem die a Bruto
castra capta sunt. Multa praeterea similia pos-
sunt exempla proferri: sed vereor, ne, si fuero in
propositione rerum contrariarum diutius im-

MORA

moratus, aut oblitus esse propositi videat, aut
crimen loquacitatis incurram.

De diabolo, mundo, Deo, providentia, homi-
ne, & eius sapientia. CAP. IX.

EXponam igitur omnium istorum rationem:
Equò facilius res difficiles, & obscura intel-
ligantur, & has omnes simulati numinis presti-
gias tenelabo, quibus inducti homines à verita-
tis via longius recesserunt. Sed repetam longe
altius, ut si quis ad legendum veri expertus, &
ignarus accesserit, induatur, atque intelligat
quod tandem sit caput horum, & causa malo-
rum: & lumine accepto, suos, ac totius generis
humani perspicat errores. † Sicut mater sine
exemplo genuit autorem suum: sic ineffabiliter pa-
ter genuisse credendus est coeternum. De matre
natus est, qui antè iam fuit: de patre, qui ali-
quando non fuit. Hoc fides credat, intelligentia
non requirat: ne aut non inuentum putet incre-
dibile, aut repertum non credat singulare. † Cum
esset Deus ad excogitandum prudentissimus, ad
faciendum solertissimus, antè quàm ordiretur
hoc opus mundi, † fecit in principio bonum, &
malum. Id planè quid sit, apertius explicabo, ne
quis me ita loqui arbitretur, ut poète solent, qui
res incorporaleis quibusdam figuris quasi inuisi-
bilibus cōprehendit: cū præter ipsum nihil adhuc
esset, † quoniam pleni, & consummati boni fons
in ipso erat, sicut est semper, ut ab eo bonū tan-
quam rivus oriretur, longeq; profunderet, produxit

Que ab
nac nota
† ad hanc
† in exp.
nunusct.
non ha-
beretur.

similem sui spiritum, qui esset virtutibus Dei patris praeclivus. Quomodo autem id voluerit, in quarto libro docere conabimur. Deinde fecit alteram, in quo indoles divina stirpis non permanfit. Itaque suscepta invidiosa tanquam veneno infecta est, & ex bono ad malum transcendit, suoque arbitrio, quod illi à Deo liberum datum fuit, contrarium sibi nomen asciuit. Vnde apparet, cauctorum malorum fontem esse linorem. Invidit enim illi antecessori suo, qui Deo patri perserverando, tum probatus, tum etiam charus est. Hanc ergo ex bono per se malum effectum Graeci διάβολος appellant: nos criminatorem vocamus, quòd crimina, in quae ipse illicit, ad Deum deferat. Cur autem iustus Deus talem voluerit esse, quantum sensus nostri mediocritas preterit, explanare conabor. Fabricaturus Deus hunc mundum, qui constaret in rebus inter se contrariis, atque discordibus, constituit antè diversa, fecitque ante omnia duos fontes rerum sibi adversantium, inter seque pugnantium, illos videlicet duos spiritus, rectum atque pravam: quorum alter est Deo tanquam dextera, alter tanquam sinistra, ut in eorum essent potestate contraria illa, quorum mixtura & temperatione mundus, & quae in eo sunt, uniuersa constarent. Item facturus hominem, cui virtutem ad viuendum proponeret, per quam immortalitatem assequeretur, bonum & malum fecit, ut posset esse virtuosus: quae nisi malis ageretur, aut vim suam perdet,

quae à de-
ferat ad
Exorsus
non repe-
riuntur in
exempla-
man.

det, aut omnino non erit. Nam ut opulencia bonum videatur, acerbitas egestatis facit: & gratiam lucis commendat obscuritas tenebrarum: valetudinis & sanitatis voluptas, ex morbo ac dolore cognoscitur. Ita bonum sine malo in hac vita esse non potest: & utrunque, licet contrarium sit, tamen ita coheret, ut alterum si tollas, utrunque sustuleris. nam neque bonum comprehendi, ac percipi potest, sine declinatione, ac fuga mali: nec malum caneri ac vinci sine auxilio comprehensi, ac percepti boni: necesse igitur fuerat et malum fieri, ut bonum fieret. Et quoniam fas non erat, ut à Deo proficisceretur malum, neque animi contra se ipse faceret, illum constituit malorum inventorem, quem cum faceret, dedit illi ad mala excogitanda ingenium, & astutiam: ut in eo esset & voluntas prava, & perfecta nequitia: et ab eo contraria virtutibus suis voluit orti, eumque secum contendere: Vtrumne ipse plus bonorum daret, an ille plus malorum. Sed rursus quoniam Deo summo repugnari non potest, bonorum suorum potestatem illi vltori assignavit: quem supra, bonum ac perfectum esse diximus. Ita duos ad certamen composuit, & instruxit. Sed corum alterum dilexit, ut bonum filium, alterum abdicavit, ut malum. Postea autem multos genuit alios operum suorum ministros, quos Graeci ἀγγέλους nominant, & illos vnius, sed repugnantis naturae, qualis deorum. Sed pars illa corruptibilis, non utique stultum corrupta est in

ortus sui principio. Sed post compositum, ordinatumq; mundum, sicut mox docebimus, a substantie celestis vigore perversa voluntate descendit. Ceterum in principio pares uniuersi, æqua conditione apud Deum fuere, & idcirco angeli omnes, quorum principes erant illi duo. Cum autem Deus ex his duobus alterum bono præposuisset, alterum malo, exorsus est fabricam mundi omnibus his, quos creauerat ministrantibus, & per certa officia dispositis. † Exorsus igitur Deus fabricam mundi, illum primum, & maximum filium præfecit operi immenso, eoque simul & consiliario usus est et artifice in excogilandis, ornandis, perficiendisque rebus: quoniam is & prudentia, & ratione, & potestate perfectus est, de quo nunc patens, quod alio loco & virtus eius, & nomen, & ratio enarranda nobis erit. Nemo querat, ex quibus ista materijs tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit, omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poëtae, qui aiunt chaos in principio fuisse, id est, confusionem rerum, atque elementorum postea vero Deum diremisisse omnem illam congeriem singulisq; rebus ex confuso aceruo separatis, in ordinemq; descriptis, intulxisse mundum pariter & ornasse. Quibus facile est respondere potestatem Dei non intelligentibus, quem credunt nihil efficere posse, nisi ex materia subiacente, ac parata, in quo errore etiam philosophi fuerunt. Nam Cicero de natura deorum disputans, sic ait: Primum igitur

tur non est probabile, eam materiam rerum, unde orta sunt omnia, esse divina providentia effectam, sed et habere, et habuisse vim, et naturam suam. Ut igitur faber, cum quid edificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea vitatur, quae sit parata, sicut et item cera: sic illi providentiae divinae materiam praesto esse oportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Quod si non est à Deo materia facta, ne terra quidem, et aqua, et aër, et ignis à Deo factus est. O quam multa sunt vitia in his decem versibus! Primum, quod is, qui in alijs disputationibus, et libris ferè omnibus providentiae fuerit assertor, et qui acerrimis argumentis impugnaverit eos, qui providentiam non esse dixerunt: idem nunc quasi proditor aliquis, aut transfuga providentiam conatus est tollere: in quo si contradicere velis, nec cogitatione opus est, nec labore: sua illi dicta recitanda sunt. Nec enim poterit ab ullo Cicero, quam à Cicerone vehementius refutari. Sed concedamus huic mori, et instituto Academicorum, ut liceat hominibus valde liberis dicere, ac sentire quae velint: sententias ipsius consideremus. Non est, inquit, probabile materiam rerum à Deo factam. Quibus hoc argumentis doces? Nihil enim dixisti, quare hoc non sit probabile. Itaque mihi è contrario vel maximè probabile videtur: nec tamen temerè videtur cogitari plus esse aliquid in deo: quem profecto ad imbecillitatem homi-

ni redigis, cui nihil aliud quam opificium con-
 cedis. Quomodo igitur ab homine diuina illa vis
 differet, si ut homo, sic etiam Deus ope indiget a-
 liena? indiget autem si nihil moliri potest, nisi ab
 altero illi materia ministraretur: quod si fit, imper-
 fecta utique virtutis esset erit iam potentior in-
 dicandus materia ministrator. Quo igitur nomine
 appellabitur, cui potentia Deum vincit? si qui-
 dem maius est, propria facere, quam aliena dis-
 sponere. Si autem fieri non potest, ut sit potentius
 Deo quicquam, quem necesse est perfecte esse
 virtutis, potestatis, rationis: idem igitur materia
 fictor est, qui et rerum ex materia constantium.
 Neque enim Deo non facienti, aut inuito, esse ali-
 quid aut potuit, aut debuit. Sed probabile est, in-
 quit, materiam rerum & habere, & habuisse,
 vim & naturam suam. Quam vim potuit habe-
 re, nullo dante? quam naturam, nullo generan-
 te? Si habuit vim, ab aliquo eam assumpsit. A
 quo autem sumere, nisi à Deo, potuit? Si habuit
 naturam, quæ utiq; à nascendo dicitur, nata est.
 A quo autem, nisi à Deo, potuit procreari? Na-
 tura enim qua dicitur orta esse omnia, si consi-
 lium non habet, efficere nihil potest: si autem ge-
 nerandi, & faciendi potens est: habet ergo con-
 silium, & propterea Deus sit necesse est. Nec alio
 nomine appellari potest ea vis, in qua inest &
 providentia excogitandi, & solertia potestatisq;
 faciendi. Melius igitur Seneca omnium Stoico-
 rum acutissimus: qui vidit nil aliud esse natu-

tam, quam Deum. Ergo, inquit, Deum non laudabimus, cui naturalis est virtus? nec enim illam didicit ex villo. Imò laudabimus, quamuis enim naturalis illi sit, sibi illam dedit, quoniam Deus ipse natura est. Cum igitur ortum rerum tribuis naturæ, ac detrahis Deo, in eodem lato hesitans, versuram soluis. A quo enim fieri mundum negas, ab eodem planè fieri mutato nomine confiteris. Sequitur ineptissima comparatio: Ut faber, inquit, cum quid edificaturus est, non ipse facit materiam, sed vitur ea quæ sit parata, factorq; ite m cera: sic isti providentiæ diuinæ materiam esse presto sportuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. Imò vero non oportuit. Erit enim Deus minoris potestatis, si ex parata faciat, quod est hominis: faber enim sine ligno nihil edificat: quia lignum ipsum facere nõ potest: non posse autem, imbecillitatis est humane. Deus vero facit sibi ipse materiam, qui potest. Posse enim Dei est. nam si non potest, Deus non est. Homo facit ex eo, quod est: quia per mortalitatem imbecillus est: per imbecillitatem, definitæ, ac modicæ potestatis. Deus autem facit ex eo, quod non est: quia per eternitatem fortis est: per fortitudinem, potestatis immense, quæ sine ac modo caret, sicut vita factoris. Quid ergo mirum, si facturus mundum Deus, prius materiam de qua faceret præparauit, præparauit ex eo quod non erat? quia nefas est Deum aliunde aliquid mutuari, cum in ipso, vel ex ipsa sint omnia.

Nam si est aliquid ante illum factum, & quicquam non ab illo factum est: potestatem Dei, & nomen amittet. At enim materia nunquam facta est, sicut Deus, qui ex materia fecit hunc mundum. Duo igitur constituuntur eterna, & quidem inter se contraria: quod fieri sine discordia, & perniciæ non potest. Collidant enim necesse est ea, quorum vis, & ratio diuersa est: sic utraque eterna esse non potuerunt. Si repugnant: quia superare alterum necesse est. Ergo fieri non potest, quin æternæ natura sit simplex, ut omnia inde, velut ex fonte, descendant. Itaque aut Deus ex materia ortus est, aut materia ex Deo. quid horum sit verius, facile est intelligi. Ex his enim duobus alterum sensibile est, alteri caret sensu. Potestas faciendi aliquid non potest esse, nisi in eo, quod sentit, quod sapit, quod cogitat, quod mouetur. Nec incipi, aut fieri, aut consummari quicquam potest, nisi fuerit ratione præuisum, & quemadmodum fiat autè quàm est, & quemadmodum cõstet postquam fuerit effectum. Denique facit aliquid, qui habet voluntatem ad faciendum, & manus ad id, quod voluit, implendum. Quod autem insensibile est, iners, & torpidum semper iacet: nihil inde oriri potest, ubi nullus est motus voluntarius: nam si omne animal ratione constat, certè nasci non potest ex eo, quod ratione præditum non est: nec aliunde accipi potest id, quod ibi, vnde peritur, non est. Nec tamen commoneat aliquem, quod animalia quedam

de terra nasci videntur. Hæc enim non terra per se gignit, sed spiritus Dei sine quo nihil gignitur. Non ergo Deus ex materia, quia sensu præditum ex insensibili, sapiens ex bruto, impatiibile de passibili, expers corporis de corporali minus quam potest oriri: sed materia potius ex Deo est. Quicquid enim est solido, & contrectabili corpore, accipit externam vim: quod accipit vim, dissolubile est: quod dissolvitur, interit: quod interit, ortum sit necesse est: quod ortum est, habuit fontem, unde oriretur, id est, factorem aliquem sentientem, providum, peritumque faciendis est profecto, nec ullus alius, quam Deus. Qui quoniam sensu, ratione, providentia, potestate, virtute præditus est: & animantia, & inanimata creare, & efficere potest: quia tenet, quomodo sit quicquid faciendum. Materia verò semper fuisse non potest: quia mutationem non caperet, si fuisset. Quod enim semper fuit, semper esse non desinit: & unde absuit principium, abesse hinc etiam finem necesse est. Quin etiam facilius est, ut id, quod habuit initium, sine careat: quam ut habeat finem, quod initio caruit. Materia ergo si facta non est, nec fieri ex ea quicquam potest. Si fieri ex ea non potest, nec materia quidem erit. Materia enim est, ex qua fit aliquid. Omne autem, ex quo fit, quia recepit opificis manum, destruitur, & aliud esse incipit. Ergo quoniam finem habuit materia, tum cum factus est ex ea mundus: & initium quoque habuit. Nam quod destr

destruitur, edificatum est: quod soluitur, alligatum: quod finitur, inceptum. Si ergo ex commutatione ac fine, materia colligitur habuisse principium, à quo alio fieri. nisi à Deo potuit? Solus igitur Deus est, qui factus non est, & idcirco destruere alia potest, ipse destrui non potest. permanebit semper in eo, quod fuit: quia non est aliunde generatus, nec ortus, nec natiuitas eius ex aliqua alia re pendet, quæ illum mutata dissoluat. Ex seipso est, ut in primo dicimus libro. & ideo talis est, qualem esse se voluit, impassibilis, immutabilis, incorruptus, beatus, æternus. tam verò illa conclusio, qua sententiam terminauit Tullius, multo absurdior. Quòd si materia, inquit, à Deo non est facta, nec terra quidem, & aqua, & aer, & ignis à Deo factus est. Quàm callide periculum præternolam! Sic enim superius illud assumpsit, tanquàm probatione non indigeret: cum id multo esset incertius, quàm illud propter quod assumptum est. Si non est, inquit, à Deo facta materia: nec mundus à Deo factus est. Ex falso maluit colligere, quod falsum est, quàm ex vero, quod verum. Et cum debeant incerta de certis probari, hic probationem sumpsit ex inerto, ad euertendū quod erat certum. Nam diuina providentia effectum esse mundū, ut taceā de Trismegisto, qui hoc prædicat, taceā de carminibus Sibyllarū, quæ idem nuntiant, taceā de Prophetis, qui opus mūdi, ac opificium Dei vno spiritu, ac pari voce testantur:

Tur: etiam inter philosophos penè vniuersos com-
 uenit. Id enim Pythagorici, Stoici, Peripate-
 tici, qui sunt principes omnis discipline. Deniq;
 à primis illis sapientibus, à Socrate vsq; ad Pla-
 tonem pro confesso, & indubitato habitus est: do-
 nec vnus nullus post seculis extitit delirus Epi-
 curus, qui auderet negare id, quod est euidentis-
 simum, studio scilicet inueniendi noua, vt nomi-
 ne suo cõstitueret disciplinam. Et quia nihil no-
 ni potuit reperire, vt tamen dissentire à ceteris
 videretur, vetera voluit euertere, in quo illi cir-
 culatorates philosophi omnes coarguerunt. Cer-
 tius est igitur, mundi providentia instructum,
 quàm materix providentia conglobatum. Qua-
 re non oportuit putare idcirco mundum non esse
 diuina providentia factum, quia materia eius di-
 uini & providentia facta non sit: sed quia mun-
 dus diuina providentia sit effectus eius, materiã
 esse factum diuinitus. Credibilis est enim ma-
 teriam potius à Deo factam, quia Deus potest
 omnia, quàm mundum à Deo non esse factum:
 quia sine matre, ratione, consilio nihil fieri potest.
 Verùm hæc non Ciceronis est culpa, sed seltæ.
 Cùm enim suscepisset disputatione, qua deorum
 naturam tolleret, de qua philosophi gurrerant,
 omnem diuinitatem ignorantiã veri putauit esse
 tollendam. Itaque deos tollere potuit, qui non
 erant. Cùm autem providentiã diuinam, que est
 in vno Deo, conaretur euertere, quia contra ve-
 ritatem uisi cæperat, deficientibus argumentis,
 in

in hanc fossam necessario decidit, unde se extricare non posset. Hic ergo illum teneo heretum, teneo defixum, quo Lucilius, qui contra differabat obmutuit. Hic est ergo cardo rerum, hic vertuntur omnia. Explicet se Cotta si potest, ex hac voragine: proferat argumenta, quibus doceat, semper fuisse materiam, quam nulla providentia effecerit. Ostendat, quomodo quicquam ponderosum, & graue aut esse potuerit sine autore, aut immutari valuerit, ac aetherit esse, quod semper fuit, ut inciperet esse quod nunquam fuit. Quae si docuerit, tum demum assentiar ne mundum quidem diuina providentia constitutum: & tamen sic assentiar, ut alijs illum laqueis teneam. Eodem enim, quod nollet, reuoluetur, ut dicat & materiam, de qua mundus est, & mundum qui de materia est, natura extitisse: cum ego ipsam naturam Deum esse contendam. Nec enim potest facere mirabilia, id est, maxima ratione constantia, nisi qui habet mentem, providentiam, potestatem. Ita fiet, ut Deus fecerit omnia, nec quicquam esse possit omnino, quod non originem a Deo traxerit. At idem quoties Epicureus est, & non vult a Deo factum esse mundum, quarere solet, quibus manibus, quibus machinis, quibus rectoribus, qua molitione hoc tantum opus fecerit. Videret fortasse, si eo tempore potuisset esse, quo Deus fecit. Sed ne perspiceret homo Dei opera noluit eum inducere in hunc mundum, nisi perfectis omnibus, sed ne induci quidem poterat. quomodo enim sub

sister

sideret, cum fabricaretur desuper calum, terra
 subtus fundaretur, cum foris esse humida vel nimis
 corporata rigoribus concreverent, vel igneiscal-
 loribus incocta, & solidata, dureverent? Aut
 quomodo viveret, sole nondum instituto, nec fugi-
 bus, aut animalibus natis? itaque, necesse fuit, ho-
 mine postremo fieri, cum iam mundo, ceterisque re-
 bus manus summa esset imposita. Denique, sancte
 litera docent, hominem fuisse ultimum Dei opus,
 & sic inductum fuisse in hunc mundum, quasi
 in domum iam paratam, & instructam. Illius
 enim causae facta sunt omnia. Idem etiam poeta
 facientur. Ovidius perfecto iam mundo, & uni-
 versis animalibus figuratis, hoc addidit:

Sanctius huic animal, mentisq; capacius alte
 Decrat adhuc, & quod dominari in cetera
 posset,

Natus homo est. - Adeo nefas existimandum
 est, ea scrutari, quae Deus voluit esse celata. Virum
 ille non audiendi, aut discendi studio requirebat,
 sed refellendi: quia confidebat, neminem id posse
 dicere. Quasi vero ex hoc putandum sit non esse
 haec diuinitus facta, quia quomodo facta sint,
 non potest pervideri. An tu, si educatus in domo
 fabrefacta, & ornata, nullam unquam fabricam vi-
 didisses, domum illam putasses non ab homine esse
 adificatam, quia quomodo fabricatur, ignorares?
 idem profecto de domo queres, quod nunc de
 mundo requiris, quibus manibus, quibus ferra-
 mentiis homo tanta opera esset molitur, maximè
 si

*si faxa ingētia: immensa camenta, vastis colu-
 nas, opus totum sublime, & excelsum videre,
 nōne hæc tibi humanarū virū modū videre
 tur excedere, quia illa non tam viribus, quā r-
 tione, atq; artificio facta esse nescires? Quod si
 homo, in quo nihil perfectū est, tamē plus efficit
 ratione, quam vires eius exigue patiuntur, quid
 est, cur incredibile tibi esse videatur, cū mundus
 dicitur factus à Deo? in quo, quia perfectus est,
 nec sapientia potest habere terminū, nec fortitu-
 do mensuram. Opera ipsius videtur oculis: quo-
 modo autem illa fecerit, ne mente quidem vide-
 tur, quia (vt Hermes ait) mortale immortalī,
 temporale perpetuo, & corruptibile incorrupto
 propinquare non potest, id est propius accedere,
 & intelligenti subsequi, & ideo terrenum ad-
 huc animal rerum celestium perfectionem non
 capit: quia corpore quasi custodia septum tene-
 tur, quò minus soluto ac libero sensu cernat o-
 mnia. Sciat igitur quā ineptē faciat, qui res
 inenarrabiles querit. Hoc est enim modū cōditio-
 nis sue transfredi, nec intelligere, quousq; homi-
 ni liceat accedere. Deniq; cū aperiret homini
 veritatē Deus, ea sola scire nos voluit, que inter
 fuit hominē scire ad vitam consequendā: que re-
 rō ad curiosam & profanam cupiditatē pertine-
 bant, reliquit, vt arcana essent. Quid ergo que-
 ris, que nec potis scire, nec, si scias, beator fias?
 Perfecta est in homine sapientia, si & Deum es-
 se vnū, & ab ipso esse facta vniversa cognoscat.*

De

De mundo, eiusq; partibus, elementis, &
tempeltatibus. CAP. X.

Nunc quoniam refutauimus eos, qui de mun-
do, & factore eius Deo aliter sentiunt,
quam veritas habet: ad diuinam mundi fabri-
cam reuertamur: † de qua in arcanis sancte re-
ligionis literis traditur: ‡ Fecit igitur Deus primò
omnium celum, & in sublimè suspendit: quod
esset sedes ipsius Dei conditoris. Deinde terram
fundauit, ac celo subdidit, quam homo cum ce-
teri animalium generibus incoleret. Eam voluit
humore circumfusi, & contineri. Suum verò ha-
bitaculum distinxit claris luminibus, & imple-
uit, sole scilicet, lunæq; orbe fulgemi, & astro-
rum incantibus splendentibus signis adornauit:
tenebris autem, quod est his contrarium, con-
stituit in terra. nihil enim per se continet lumi-
nis, nisi accipiat à celo, in quo p̄sicit incem per-
ennem, & superos & vitā perpetuant: & con-
tra in terra tenebras, inferas, & mortem. Tanto
enim hæc ab illis superiori us distant, quantum
mala à bonis, & vitia à virtutibus. Ipsius quo-
que terre binas partes contrarias inter se di-
uersaq; constituit, orientem scilicet occiden-
temq;: ex quibus oriens Deo accensetur, quia
ipse luminis fons, & illustrator est rerum, &
quod oriri nos faciat ad vitam sempiternam.
Occidens aut in conturbate illi, prauæq; menti
ascribitur, quòd lumē abscondit, quòd tenebras
semper maneat, & quòd homines faciat occide-

k re,

re, ac interire peccatis. Nam sicut lux orientis est, in luce autem vite ratio versatur, sic occidentis tenebrae sunt, in tenebris autem et mors, et interitus continetur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est, meridiem, ac septentrionem, quae partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim, quae est solis calore flagrantior, proxima est, et cohaeret orienti. At illi, quae frigoribus, et perpetuo gelu torpet, eiusdem est, cuius extremus occasus. Nam sicut contrariae sunt lumini tenebrae, ita frigus calori. Ut igitur calor lumini est proximus, sic merides orienti, ut frigus tenebris, ita plaga est septentrionis occasui. Quibus singulis paribus suum tempus attribuit. Ver scilicet orienti, aetas meridionali plaga, occidenti autumnus est septentrioni hyems. In his quoque duabus partibus, meridionali, et septentrionali, figura vita et mortis continetur: quia vita in calore est mors in frigore: sicut autem calor ex igne est, ita frigus ex aqua. Secundum harum partium dimensionem, diem quoque fecit, ac noctem, quae spatia, et orbis temporum perpetuos, ac volubiles, quos vocamus annos, aeterna per vices successione conficiat. Dies, quem primus oriens subministrat, Dei sit, necesse est, ut omnia, quaecumque meliora sunt. Nox autem, quam occidens extremus inducit, eius scilicet quem Dei esse emuli diximus. Quae duo etiam in hoc praescius futurorum Deus fecit, ut ex his et aeternae religionis, et sancti satrum superstitioinum imago

imago quedam ostenderetur. Nam sicut sol qui
 oritur in die, licet sit vnus (vnde solē esse appel-
 latum Cicero vult videri, quod obscuratis sive
 nubibus, solus appareat) tamen quia verum, ac per-
 fecta plenitudinis lumē est, & calore potissimo,
 & fulgore clarissimo illustrat omnia, ita in Deo;
 licet sit vnus, & maiestas & virtus, & clari-
 tudo perfecta est. Nox autem, quam prauo anti-
 theo illi dicimus attributā, eius ipsius multas, et
 varias religiones per similitudinem demonstrat.
 Quāuis enim stelle innumerabiles micare, ac ra-
 diare videantur, tamen quia non sunt plena, ac
 solida lumina nec calorem præferunt quicquā, nec
 tenebras multitudine sua vincunt. Duo igitur
 illa principali inueniuntur, quæ diuersam, &
 contrariam habent potestatem, calor, & hu-
 mor: quæ mirabiliter Deus ad sustentanda, & gi-
 gnēda omnia exogitauit. Nam cum virtus diei
 sit in calore, & igni, nisi ardorem, vimq; eius
 admista humoris, ac frigoris materia temperas-
 set, nec nasci quicquam, nec coherere potuisset,
 quin statim cōflagratione interiret, quicquid esse
 cepisset. Vnde & philosophi quidam, & poete
 discordi concordia mundum constare dixerunt,
 sed rationem penitus non videbant. Heraclitus
 ex igne nata esse omnia dixit, Thales Milesius
 ex aqua. Vterq; vidit aliquid, sed errauit tamē
 vterq; quod alterutrum si solū fuisset, neq; aqua
 nasci ex igne potuisset, neque rursus ignis ex
 aqua. Sed est veritas, simul ex vtroq; permixto

cuncta generari: ignis quidem permisceri cum aqua non potest, quia sunt utraque inimica: et si comminus venerint, alterutrum, quod superaverit conficiat alterum necesse est: sed eorum substantiæ permisceri possunt. Substantia ignis calor est, aqua humor. Recte igitur Ovidius:

Quippe ubi reperit sumpsere humorque calorque,
Concipiunt, et ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumque sit ignis aqua pugnax, vapor humidus
omnis

Res creat, et aiscors cœordia fœtibus apta est.
Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi femininum, alterum ætium, alterum patibile. Ideoque à veteribus institutum est, ut sacramento ignis et aqua nuptiarum fœdera sanciantur, quod fœtus animantium calore, et humore corporentur, atque animentur ad vitam. Cum enim cœstet omne animal ex anima et corpore, materia corporis in humore est, anima vero in calore. Quod ex anima fœtibus datur scire, quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fovuerit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exalibus quoque igni et aqua interdici solebat, adhuc enim videbatur nefas quamvis malos, tamen homines supplicio capiti afficere. Interdicto igitur usu earum rerum, quibus vita hominum constat, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam exceperat, morte multatus: adeo ista duo elementa prima sunt habita, ut nec ortum hominis sine his, nec vi-

tam crediderint posse constare. Horum alterum nobis commune cum ceteris animantibus est, alterum soli homini datum. Nos enim quoniam caeleste, atq; immortale animal sumus, igne utimur, qui nobis in argumentum immortalitatis datus est: quoniam ignis à celo est, cuius natura, quia nobilis est, & sursum nititur, vitæ continet rationem. Cetera verò animalia, quoniam tota sunt mortalia, tātūmodo aqua veniunt, quod est elementum corporale, atq; terrenum. Cuius natura, quia mobilis est, ac deorsum vergens, figuram mortis ostendit. Ideo pecudes neq; in caelum suspiciunt, neque religiones sentiunt: quoniam ab his usus ignis alienus est. Vnde autem, vel quomodo Deus hæc duo principalia, ignem, & aquam vel accenderit, vel eliquauerit, solus scire potest, qui fecit.

De animantibus, homine, Prometheo, Deucalione, Paris. CAP. XI.

Consummato igitur mundo, animalia varij generis, dissimilibus formis, & magna, & minora ut fierent, imperavit. Ea facta sunt bina, id est, diuersi sexus singula: ex quorum sætibus & aër, et terra, & maria completa sunt. Deditque Deus omnibus generatim alimenta de terra, ut usui esse homini possent: alia nimirum ad cibos, alia verò ad vestimentum: quæ autem magnarum virium, ut in excolenda terra iuuantent: vnde dicta sunt iumenta. Ita rebus omnibus mirabili discretionem

compositis regnū sibi æternum parare constituit,
 et innumerabiles animas procreare, quibus im-
 mortalitatem daret. Tum fecit sibi simulacrum
 sensibile atq; intelligens, id est, ad imaginis sue
 formā, qui nihil potest esse perfectius: hominem
 figuravit ex limo terræ: unde homo nūcupatus
 est quòd sit factus ex humo. Deniq; Plato hu-
 manā formā Προειδέν esse ait, et Sibylla: que di-
 cit Εικόν τῆς ἀνθρώπου ἐκ τῶν λόγων ὁρῶν ἐχρῆ-
 σθαι. De hac hominis fictione poëta quoq; qua-
 m corrupte, tamen non aliter tradiderunt. nāq;
 hominem de luto à Prometheus factum esse dix-
 erunt. Res eos non fecellit, sed nomen artificis.
 Nullus enim literas veritatis attigerāt: sed que
 prophetarum vaticinio tradita, in sacrario Dei
 coninebantur, ea de fabulis et obscura opi-
 nione collecta, et depravata, ut veritas à vul-
 go solet varijs sermonibus dissipata corrupti,
 nullo non addente aliquid ad id, quod audie-
 rant, carminibus suis comprehenderunt: et hoc
 quidem inepre, quòd tam mirabili, tamq; divi-
 num opificium homini dederunt. Quid enim o-
 pus fuit hominem de luto fingi, cum posset ea-
 dem ratione generari, qua ipse Prometheus ex
 Iapeto natus est? qui si fuit homo, generare
 hominem potuit, facere non potuit. De dijs au-
 tem illū non fuisse, pœna eius in Caucaſo mon-
 te declarat. Sed neque patrem ipsius Iapetum,
 patremq; Titana quāquam deos nuncupavit,
 quia regni sublimitas penes Saturnum solum
 fuit,

fuit, per quam diuinos honores cum omnibus
 suis posteris consecutus est. Multis argumentis
 hoc figmentum poetarum coargui potest. Factum
 esse diluuium ad perdendam, tollendamque ex
 orbe terra malitiam, constat inter omnes. Idem
 enim & philosophi, & poëtae, scriptoresque re-
 rum antiquarum loquuntur, in eoque maxime
 cum prophetarum sermone consentiunt. Si ergo
 catachysmus ideo factus est, ut malitia, quae per
 nimiam multitudinem increuerat, perderetur:
 quomodo fictor hominis Prometheus fuit? cuius
 filium Deucalionem quidem ipsi ob iustitiam so-
 lum esse dicunt seruatum. quomodo unus gra-
 dus, & una progenies orbem terra tam celeri-
 ter potuit hominibus implere? Sed videlicet hoc
 quaquam sic corruerunt, ut illud superis, cum
 ignorarent, & quo tempore catachysmus sit fa-
 ctus in terra, & quis ob iustitiam meruerit ge-
 nere humano perente saluari, et quomodo, aut
 cum quibus seruatus sit. quae omnia propheticæ
 literæ docet. Apparet ergo falsum esse, quod de
 officio Promethei narrant. Verum (quia poëtas
 dixeram non ornato mentiri solere, sed figuris
 inuolueri, & obscurare quæ dicant) non dico
 esse mentitos, sed primum omnium Prometheus
 simulacrum hominis formasse de molli & pin-
 gui limo, ab eoque primo natam esse artem, &
 statuas, & simulacra fingendi. Siquidem Ionie
 temporibus fuit, quibus primum templi constitui,
 & noui deorum cultus esse coeperunt. sic veritas
 k + ficta

ficata mendacio est, & illud, quod à Deo factum fer-
 batur, homini, qui opus diuinum imi-
 tatus est, cœpit ascribi. Cat. rûm fictio veri, ac
 viui hominis è limo Dei est. Quod Hermes quo-
 que tradit, qui non tantùm hominem ad ima-
 ginem Dei factum esse dixit à Deo, sed etiam
 illud explanare tentauit, quàm subli ratione
 singula quæque in corpore hominis membra
 formauerit, eum eorum nihil sit, quod non tan-
 tundem ad vsus necessitatem, quantum ad pul-
 chritudinem valeat. Id verò etiam Stoici, cum
 de providentia disserunt, facere conantur: & se-
 culus eos Cicero pluribus quidem locis, sed ta-
 men materiam tam copiosam, et vberem stri-
 ctim contingit, quam ego nunc idcirco prætereo,
 quia nuper proprium de ea re librum ad Deme-
 trianum auditorem meum scripsi. illud hoc
 loco prætere non possum, quod errantes qui-
 dam philosophi aiunt, homines, ceteraq; ani-
 malia sive vlllo artifice orta esse de terra: vnde
 illud Virgilianum est:

Terrea progenies duris caput extulit aruis.
 Et ÿ maxime in ea fuere sententia, qui esse
 providentiam negant. Nam Stoici animantium
 fabricam diuine solertia tribuunt. Aristoteles
 autem labore se, ac molestia liberauit, dicens,
 semper fuisse mundum, itaq; & humani genus,
 & cetera, que in eo sunt, initium non habere,
 sed fuisse semper, ac fore. Sed cum videamus, sin-
 gulis quæq; animalia, que ante non fuerat, inci-
 pte

pere esse, & esse desinere, necesse est totū genus
 aliquando esse cōpisse, & aliquando desitutum
 esse, quia cōperit. Omnia enim tribus tempori-
 bus contineri necesse est, præterito, præsentis, fu-
 turo. Præteritū est origo, præsentis substantia, fu-
 turi dissolutio. Quæ omnia in singulis homini-
 bus apparent: incipimus enim cū nascimur: &
 sumus, cū vivimus: & desinimus, cū inte-
 rimus. Unde etiam tres Parcas esse voluerunt:
 unam, quæ vitā hominibus ordiatur: alteram,
 quæ contexit: tertiam quæ rumpat ac finiat. In
 toto autem genere hominum quia solum præsens
 tempus apparet: ex ea tamen & præteritum, id
 est, origo colligitur, & futurum, id est, dissolutio.
 Nam quoniam est, apparet aliquando cōpisse:
 esse enim nulla res sine exordio potest, & quia
 cōpissit, apparet quandoq; desitura. Nec enim po-
 test id totū esse immortale, quod ex mortalibus
 cōstat. Nā sicut universi per singulos interimus,
 fieri potest, ut aliquo casu omnes simul, vel ste-
 rilitate terrarum, quæ accidere vel particulatim
 solet: vel pestilentia ubiq; diffusa, quæ singulas
 vrbes, atq; regiones plerunq; populatur: vel in-
 cendio in orbe misso, quale iam fuisse sub Phraë-
 thonte dicitur: vel diluvio aquarum, quale sub
 Deucalione traditur, cū præter unum omni-
 nem genus omne deletum est. Quod diluvium se
 casu accidit, profecto potuit occidere, ut & ille
 vnus qui superfuit, interiret. Si autē divina pro-
 videntia nūta, quod negari non potest, ad repa-
 randos

randos homines reservatus est, apparet, in Dei potestate esse vel vitam, vel interitum generis humani. quod si potest occidere in totum, quia per partes occidit: apparet, aliquando esse ortum, & ut fragilitas initium, sic declarabit & terminum. Quae si vera sunt, non poterit defendere Aristoteles, quò minus habuerit & mundus ipse principium, quod si Aristoteli Plato, et Epicurus extorquent, & Platoni, & Aristoteli, qui semper fore mundum putauerunt, licet sint eloquentes, ingratis tamen idem Epicurus eripiet, quia sequitur, ut habeat & finem. Sed haec in ultimo libro pluribus. Nunc ad hominis originem recurramus.

De animalium ortu, & hominū. CAP. XII.

Aunt, certis conversionibus calis, & astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium ferendorum, itaq; terram novam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse. de quibus Lucretius:

Crescebant veteri terrae radicibus apti.

Eorūq; cum maturassent, natura cogente ruptos animalia tenera profudisse. Deinde terrā ipsam humore quodam, qui esset lactis similis, exuberasse, eoque alimento animantes esse nutritos. Quomodo autem vim frigoris, aut caloris ferre, aut vitare potuerunt, aut omnino nasci, cum sal exiret, frigus astringeret? Non erat, inquirunt, in principio mundi hyems, nec aestas, sed perpetua

tra temperies, & ver equabile. Cur ergò nihil
 horum fieri etiam nunc videmus? Quia semel,
 aiunt, fieri necessarium fuit, vt animalia nasce-
 rentur: postquam verò esse cœperunt, concessa
 his facultate generandi, & terra parere desijt,
 & temporis conditio mutata est. O quàm facile
 est, redarguere mendacia! Primum, quòd nihil
 potest esse in hoc mûdo, quod non sic permaseat,
 vt incœpit. Nec enim Sol & Luna, & astra
 tunc non erant, aut cùm essent, meatus non ha-
 bebant, aut non diuina moderatio, quæ cursus
 eorum temperat, & gubernat, cum ipsis simul
 cœperit. Deinde, quòd si ita sit, vt dicunt, prou-
 dentiam esse, necesse est: & in id ipsum incidunt,
 quod maximè fugiunt. Nondũ enim natis anima-
 libus, aliquis utiq; prouidit vt nasceretur: ne or-
 bis terra desertus, atq; incultus horretet: vt autẽ
 è terra sine officio parentum nasci possent, ne-
 cesse est magna ratione esse prouisum: deinde
 vt humor ille concretus è terra in varias imagi-
 nos corporum fingeretur, item vt è folliculis, qui-
 bus tegebatur, accepta^a viuendi sentiendiq; ratio-
 ne, tanquam ex aluo matrũ profunderetur. Mi-
 ra inextricabilisq; prouisio est. Sed putamus id
 quoque casu accidisse: illa certè, quæ sequuntur,
 fortuita esse non possunt, vt terra continuo lacte
 manaret, vt aëris tẽperies esset equalis. Quæ si
 constat idcirco esse facta, vt animalia recẽs edi-
 tu vel haberent alimentũ, vel non haberent pe-
 riculum: necesse est, vt aliquis diuina nescio qua
 ratione

* videndũ

ratione prouiderit. quis autem potest prouidere, nisi Deus? Videamus tamen, an id ipsum, quod discitant, fieri posuerit, ut homines nascerentur à terra. Si consideret aliquis, quandiu, & quibus modis educetur infans, intelliget profectò, non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. fuit enim necesse, quampluribus mensibus iacere profectos, donec confirmati neruis mouerentur, locumq; mutare possent: quod vix intra vnus anni spatium fieri potest. Iam vide verumne infans eodem modo, & eodem loco, quo est effusus, iacere per multos menses valuerit. An non humore illo terre, quod alimenti gratia ministrabat, & sui corporis purgamentis in vnum mistis obrutus, corruptusq; moreretur? Itaq; nullo modo fieri potest, quin ab aliquo fuerit educatus: nisi forte animalia omnia non tenera nata sunt, sed excreta. quod vt dicerent, nunquam illis venit in mentem. Omnis ergo illa ratio impossibilis, & vana est. si tamẽ ratio dici potest, qua id agitur, vt nulla sit ratio. Qui enim diu omnia sua sponte esse nata, nihilq; diuine prouidentie tribuit: hic profectò rationem non asserit, sed euertit. Quòd si nec fieri quicquam sine ratione, neq; nasci potest: apparet diuinam esse prouidentiam, cuius est proprium, quod dicitur ratio. Deus igitur rerum omnium machinator fecit homine, quod Cicero quatinus expeis celestium literarum, vidit tamen, qui libro de Legibus primo, hoc idem tradidit, quod Propheta:

phete: cuius verba subieci: Animal hoc trovium, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominem, præclaris quadam conditione generatum esse à supremo Deo: solum est enim ex tot animantium generibus, atq; naturis, pariceps rationis, & cogitationis, cum cætera sint omnia expertia. Vidēsne hominem quamvis longè à veritatis notitia remotum, tamen quoniam imaginem sapientie tuebatur, intellexisse non nisi à Deo hominem potuisse generari? Sed tamen divinis opus est testimonij, ne minus humana sufficiant. Si vulla hominem Dei opus esse testatur:

Ὁς μόνος ἐστὶ θεὸς ἄλλοις ἀρετῶν ἰσχυρῶν
 Ἄλλοις δ' ἐπέχει τὸ πᾶν μορφῆς κερβάντι,
 Ἄλλοις ἐπέχει φύσιν πάντων γένους βίωτοιο.

Eadem tamen sanctæ literæ continent. Deus ergo veri patris officio functus est. Ipse corpus effluxit, ipse animam, qua spiramus, infudit. Illius est totum, quicquid sumus. Quomodo id effecerit, si nos oporteret scire, docuisset, sicut docuit cætera, quæ cognitionem nobis & pristini erroris, & veri luminis attulerunt.

De hominis ortu, morte, cælo & terra, & peccato primorum parentum, & annis, & mensibus.

CAP. VIII.

Quem ergo marem primum ad similitudinem suam finxisset, tum etiā sæmiam configuravit ad ipsius hominis effigiem, ut dum inter se permixti sexus propagare sobolem possent,

& omnia

et omnem terram multitudinem complere. In ipsius
 autem hominis fictione, illarum duarum mate-
 riarum, quas inter se diximus esse contrarias,
 ignis, et aqua conclusit, perfectamque rationem. Fi-
 cto enim corpore spiravit ei animam de vitali
 fonte spiritus sui, qui est perennis: ut ipsius mun-
 di ex contrariis constantis elementis similitudi-
 nem generet. Constat enim ex anima et corpo-
 re, id est, quasi e celo et terra: quandoquidem
 anima qua vivimus, velut e celo oritur a Deo,
 corpus e terra, cuius e limo diximus esse forma-
 tum. Empedocles, quem nescias virumne inter
 poetas, an inter philosophos numeres, quia de
 terrae natura versibus scripsit, ut apud Romanos
 Lucretius et Varro, quatuor elementa constituit,
 id est, Ignem, Aerem, Aquam, et Terram fortasse
 Trismegistum seculus, qui nostra corpora ex his
 quatuor elementis constituta esse dixit a Deo: ha-
 bere namque in se aliquid ignis, aliquid aeris, ali-
 quid aquae, aliquid terrae: et neque ignem esse, neque
 aerem, neque aquam, neque terram, quae quidem falsa
 non sunt: Nam terra ratio, in carne est humoris,
 in sanguine: aeris, in spiritu: ignis, in calore vi-
 tali. Sed neque sanguis a corpore secerni potest, si-
 cut humor a terra: neque calor vitalis a spiritu, si-
 cut ignis ab aere: adeo terrae omnium duo sola re-
 peiuntur elementa, quorum omnis ratio in nostri
 corporis fictione conclusa est. Ex rebus igitur di-
 versis, ac repugnantibus homo factus est: sicut
 ipse mundus ex luce ac tenebris, ex vita et morte
 qua

que duo inter se pugnare in homine precepit, ut
si anima superauerit, que oritur ex Deo, & im-
mortalis, & in perpetua luce versetur: si autem
corpus vicerit animam, ditionisq; subiecerit, sic in
tenebris sempiternis, & in morte. Cuius non ea
vis est, ut victas animas extinguat omnino, sed
ut puniat in eternum. Eam pœnam, secundam mor-
tem nominamus, que est & ipsa perpetua, sicut
& immortalitas. Primam sic definimus, Mors est
nature animantium dissolutio. Vel ita, Mors est
corporis animeq; seductio. Secundam verò sic,
Mors est eterni doloris perpesio. vel ita: Mors
est animarum pro meritis ad eterna supplicia
damnatio. Hac multas pecudes non attingit, qua-
rum anime non ex Deo constantes, sed ex com-
muni aere, morte soluantur. In hac igitur socie-
tate cali, atq; terre, quorum effigies expressa est
in homine superiore partem tenent ea, que sunt
Dei, anima scilicet, que dominium corporis ha-
bet: inferiore autem, ea que sunt diabolici corporis
utiq; quod quia terrenum est, anime debet esse
subiectum, sicut terra calo. Est enim terra quasi
vasculum, quo tanquam domicilio temporali spi-
ritus hic celestis utitur: utriusq; officia sunt, ut
hoc, quod est ex calo et Deo, imperet, illud verò
quod ex terra est, diabolo seruiat. Quod quidem
non fugit hominem nequam Sallustium, qui ait: Sed na-
stra omnia vis in animo ac corpore sita est, animi
imperio, corporis seruitio, magis utimur. Recte,
si ita vixisset, ut locutus est. Seruiuit enim se-
disimis

dissimilis voluptatibus, suamque ipse sententiam
 vite primitate dissoluit. Quod si anima ignis
 est, ut ostendimus, in celum debet eniti, sicut ignis,
 ne extingatur, hoc est, ad immortalitatem, que
 deo in celo est. Et sicut ardere ac vivere non potest
 ignis, nisi aliqua pingui materia teneatur, in qua
 habeat alimentum, sic anime materia et ci-
 bus, est sola iustitia, qua teneretur ad vitam. Post
 hac Deus hominem qua exposui ratione gene-
 ratum, posuit in Paradiso, id est, in horto fecun-
 dissimo, et amenissimo, que in partibus Orien-
 tis omni genere ligni arborumque conseruit, ut ex
 earum variis fructibus aleretur, expersque omnium
 laborum, Deo patri summi deuotione seruiret.
 Tum dedit ei certa mandata, que si obserua-
 set, immortalis maneret: si transiendisset, mor-
 te afficeretur. Id autem preceptum fuit, ut ex
 arbore una, que fuit in medio Paradiso, non gu-
 staret, in qua posuerat intelligentiam boni ac
 mali. Tum criminator ille inuides operibus Dei,
 omnes fallacias, et calliditates suas ad di-
 ciendum hominem inuenit, ut ei adimeret im-
 mortalitatem. Et primo mulierem dolo illexit,
 ut vetitum cibum sumeret: et per eam ipsi quoque
 homini persuasit, ut transcenderet Dei legem.
 Percepta igitur scientia boni et mali, pudere
 eum nuditatis sue cepit, absconditque se a facie
 Dei: quod antea non solebat. Tum Deus senten-
 tia in peccatores data, eiecit eum omnem de Para-
 diso, ut victum sibi labore conquireret, ipsumque

PARA

Paradisum igni circumvallauit, ne homo possit accedere, donec summum iudicium faciat in terra, & iustos viros suos cultores in eundem locum reuocet morte sublata, sicut sacrae voces docent, & Sibylla Erythraea cum dicit:

Οὐδὲ θεὸν τιμᾶν τις ἀλλὰ θεὸν, αἰνεῖν γὰρ

Ζωὴν κληρονομήσει τὸ αἰὼν. Ὁ γρόνον, αἰ πὶ

Οὐκ ἔστιν τις παρὰ θεῶν ὁμῶς ἐπιθελία κῆπος.

Verum quoniam haec extrema sunt, tota in extrema operis huius parte tractabimus. Nunc ea, quae prima sunt, explicemus. Mors itaque secuta est hominem secundum Dei sententiam: quod etiam Sibylla in carmine suo docet, dicens:

Ἀνθρώπου πεπλάσθη θεῶν παλάμους ἐνὶ αὐτῷ

Ὅντε κλάνησεν ὄφεις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν

Τῆ θανάτου, τῶσιν ἴε λαβεῖν ἀγαθῆ τε κακῆτε.

Si facta est vita l'omnis temporalis, sed tamen

longa, quae in mille annos propagaretur, quod di-

uinis literis proditum, & per omnium scientiam

publicatum, cum Varro non ignoraret, aëritia

uari nixus est, cui putarentur antiqui mille an-

nos uisitasse. Ait enim apud Aegyptios pro-

annis mensis haberi, ut non solis per xii. signa

circuitus faciat annum, sed luna, quae orbem il-

lum signiferum x x x. dierum spatio illustrat:

quod argumentum perspicue falsum est. Nemo

enim tunc millesimum annum transgressus est.

Nunc uero qui ad centesimum perueniunt, quod

fit sapissime, mille tertè ac ducentis mensibus

uiuunt. Et auctores sidones tradunt, ad c x x. an-

nos perueniri solere. Sed quia ignorabat Varro, cur, aut quando vita hominis esset diminuta, ipse diminuit, cum sciret mille & quadringentis mensibus posse vivere hominem.

De Noë, & cursibus syderum, & ortu falsarum religionum. CAP. XIII.

DEus autem postea, cum videret orbem terre malitia & sceleribus oppletum, statuit humanum genus diluuiio perdere: sed tamen ad multitudinem reparandam delegit vnum, quod corruptis omnibus singulare iustitia supererat exemplum. Hic cum sexcentorum esset annorum, fabricauit arcam, sicut preceperat ei Deus: in qua ipse cum coniuge, ac tribus filijs, totidemq; nurius reseruatus est, cum aqua vniuersos montes altissimos operuisset: Deinde orbe siccato, execratus iniustitiam prioris seculi Deus, ne rursus longitudo vite causa esset excogitandorum scelerum, paulatim per singulas progenies diminuit hominis aetatem, atque in centum & viginti annis metam collocauit, quam transgredi non liceret. Ille vero cum egressus esset ex arca, ut sancte litera docent, terram studiosè coluit, ac vineam sua manu sedit. Vnde arguuntur, qui autorem vini Liberum putant. Ille enim non modo liberum, sed etiam Saturnum, atque Vt vnum multis antecessit aetatibus: qua ex vinea cum primum fructum cepisset, lactus factus, bibit usque ad ebrietatem, iacuitq; nudus. Quod cum

atque liberius intuerentur. Postea deinde portentificis animalium figuras, quas colerent, comenti sunt, quibusdam prodigijs inducti: quorum mox autores aperiemus. Ceteri autem, qui per terram dispersi fuerunt, admirantes elementa mundi, celum, solem, terram, mare, sine ullis imaginibus ac templis venerabantur, & his sacrificia in aperto celebrabant, donec processu temporum potentissimis regibus templa, & simulacra fecerunt, eaq; victimis, & odoribus colere instituerunt: sic aberrantes à notitia Dei, gentes esse cœperunt. Errant igitur, qui Deorum cultus ab exordio rerum fuisse contendunt, & priorem esse gentilitatem, quam Dei religionem, quam putant posterius inuentam: quia fontem, atq; originem veritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

De Dæmonibus.

CAP. XV.

Cautiū gen dū hoc ca pit.
 Cum ergo numerus hominum cœpisset increfcere, prouidens Deus, ne fraudibus suis diabolus, cui ab initio terra dederat potestatem, vel corrumperet, vel dispergeret homines, quos in exordio fecerat, misit angelos ad tutelam cultumq; generis humani. Quibus, † quia liberum arbitrium erat datum, ‡ præcepit ante omnia, ne terra contagione maculati substantia celestis amitterent dignitatem: scilicet id eos facere prohibuit, quod sciebat esse facturos, ut veniam sperare non possint. Itaque illos cum hominibus commorantes, dominator ille terra fallacissimus,

consuetudine ipsa paulatim ad vitia pellexit, & mulierum congressibus inquinavit. Tum in celum ob peccata, quibus se immerferant, non recepti, ceciderunt in terram: sic eos diabolus ex angelis Dei suos fecit satellites ac ministros. Qui autem sunt ex his procreati, quia neque angeli, neque homines fuerunt, sed mediam quandam naturam gerentes, non sunt ad inferos recepti, sicut in celum parentes eorum. Ita duo genera demonum facta sunt, unum celeste, alterum terrestre. Hi sunt immundi spiritus, malorum, que geruntur, autores: quorum idem diabolus est princeps. Unde Trismegistus illum δαίμονα vocat. Demones autem Grammatici dictos aiunt quasi δαίμονας, id est, peritos, ac rerum scios. Hos enim putant deos esse. Sciunt illi quidem futura multa, sed non omnia, quippe quibus penitus consilium Dei scire non licet: & ideo solent responsa in ambiguos exius temperare. Eos poeta & sciunt esse demones, & loquuntur. Hesiodus ita tradit:

Τοὶ μὲ δαίμονες εἰσὶ δῖος μεγάλης Διὸς ἑταῖρος
 Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.
 Quod idcirco dictum est, quoniam custodes eos humano generi Deus miserat: sed & ipsi, cum sunt perditores hominum, custodes tamen se videri volunt, ut ipsi colantur, & Deus non colatur. Philosophi quoque de his dixerunt. Nam Plato etiam naturas eorum in Symposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se assiduum da-

mona loquebatur, qui puero sibi adhaesisset, cuius nutu & arbutio, sua vita regeretur. At agorum quoque ars omnis ac potentia, horum aspiracionibus constat, à quibus inuocati, visus hominum praestigijs obcecantibus fallunt, ut non videant ea quae sunt, & videre se putent illa quae non sunt. Hi, ut dico, spiritus contaminati ac perditii per omnem terram vagantur, & solitium perdicionis suae perdendis hominibus operantur. Itaque omnia insidijs, fraudibus, dolis, erroribus complent. Adhaerent enim singulis hominibus, & omnes ostiatim domos occupant: ac sibi geniorum nomen assumunt: sic enim Latino sermone demones interpretantur. Hos in suis penetralibus consecrant: bis quotidie merum profundunt, et scientes demones venerantur, quasi terrestres deos, & quasi depulsores malorum, quae ipsi faciunt, & irrogant. Qui quoniam spiritus sunt tenues, & incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, & occultè in visceribus operati, valetudinem vitiant, morbos citant, somnys animos terrent, mentes furoribus quatunt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

De demonum potestate, usque superandis.

CAP. XVI.

Quarum omnium fallaciarum ratio exper-
tibus veritatis obscura est. Prodesse enim
putant eos, cum nocere desinunt, qui nihil aliud
possunt, quam nocere. Dicat fortasse aliquis, con-
tendos esse ergo, ne noceant, si quidem possunt
nocere

nocere. Nocent illi quidem, sed ijs, à quibus ti-
 mentur, quos manus Dei potens & excelsa non
 protegit, qui profani sunt à sacramento verita-
 tis. tuos autem, id est, cultores Dei, metuunt:
 cuius nomine adiurati, de corporibus excunt:
 quorum verbis, tanquam flagris verberati, non
 modo demonas esse se consentiunt, sed etiam no-
 mina sua edunt, illa, que in templis adorantur,
 quod plerumque coram cultoribus suis faciunt,
 non vtiq; in opprobrium religionis, sed honoris
 sui: quia nec Deo, per quem adiurantur, nec iu-
 stis, quorum voce torquentur, mentiri possunt.
 Itaque maximis sepe vulnibus editis, verbe-
 rari se, & ardere, & iam, iamq; exire proci-
 mant. Tantum habet Dei cognitio, ac iustitia
 potestatis. Cui ergo nocere possunt, nisi ijs, quos
 habent in sua potestate? Denique affirmat eos
 Hermes, qui commemoravit Deum, non tantum ab
 incursionibus demonum tuos esse, verum etiam
 ne fato quidem teneri. *μία, inquit, φυλακή,
 Διόςτινα. Διόςτινα γὰρ ἀνδράπων ἔτι δαίμων
 κακός, ἔτι αἰμαρροίην κρατῶ. θεός γὰρ ῥύεται
 τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντός κακῆ. τὸ γὰρ ἐν καὶ μόνον
 ἐν ἀνδράπων ἐστὶ, ἀγαθὸν Διόςτινα. Quid sit
 autem Διόςτινα, ostendit alio loco his verbis
 ἢ γὰρ Διόςτινα γυνῶσις ἐστὶ τῆς θεῆς. Asclepius
 quoque auditor eius, eandem sententiam latius
 explicavit in illo sermone perfecto, quem scripsit
 ad regem. Uterque virò demonas esse affir-
 mat inimicos, & vexatores hominum: quos*

ideo Trismegistus ἀγγέλους πονηρούς appellat: adeo non ignorauit ex caelestibus deprauatos terrenos esse coepisse.

De daemonum fallacibus inuentis, & portentis.

CAP. XVII.

Eorum inuenta sunt astrologia, & uispi-
cina, & auguratio, & ipsa, quae dicuntur
oracula, & necromantia, & ars magica, &
quicquid praeterea malorum exercent homines
uel palam, uel occultè: quae omnia per se falsa
sunt, & Sibylla Erythraea testatur:

Ἐπεὶ πλοῦν πρώτα πᾶσι ἐστίν,

Ἀπὸ τῶν ἀφρογῶν ἀνδρῶν ἐρῶν ὠσὶ κατ' ἡμέρας.
Sed haec ipsi auctores praesentia sua faciunt, ut
vera esse credantur. Ita hominum credulitatem
mentita diuinitate deludunt, quod illis uerum
aperire non expedit. Hi sunt, qui fingere imagi-
nes & simulacra docuerunt, qui, ut hominum
mentes à cultu ueri Dei auerterent, & fideles
mortuorum regum uultus, & ornatos, exquisita
pulchritudine statui, consecrariq; fecerunt, &
illorum sibi nomina quasi personis aliquas in-
duerunt. Sed eos magi, & ij, quos uerè malefici
eos uulgus appellat, cum artes suas execrabiles
exercent, ueris suis nominibus ciunt, illis caelesti-
bus, quae in literis sanctis leguntur. Hi porro in-
cesti, ac uagi spiritus, ut turbent omnia, & er-
rores humani pectoribus infundant, serunt, ac
miscent falsa cum ueris. I si enim caelestes mul-
tos esse sinxerunt, unumq; omnium regem lo-
uem,

nem, eò quòd multi sicut spiritus angelorum in
 celo, & vultus dominus ac pater omnium Deus:
 sed veritatem mentitis nominibus inuolutam ex
 oculis abstulerunt. Nam Deus (vt principio do-
 cuit) nãq; nomine, eòd solus sit, eget: nãq; angeli,
 cùm sint immortales, dicat se deos aut patiuntur,
 aut volunt: quorum vnum, solumq; est officium
 seruire nutibus Dei, nec omnino quicquam, nisi
 iussum faceret. Sic enim mundum regi à Deo di-
 cimus, vt à rectore provinciam, cuius apparito-
 res nemo socios esse in regenda provincia dixe-
 rit, quamuis illorum ministerio res geratur. Et
 hi tamen possunt aliquid præter iussa rectoris,
 per ipsius ignorantiam, que est conditionis hu-
 mane: ille autem præses mundi, & rector uni-
 uersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil
 septum est, solus habet rerum omnium cum filio
 suo potestatem: nec est in angelis quicquam, nisi
 parendi necessitas. Itaque nullum sibi honorem
 tribui volunt, quorum honor in Deo est. Illi au-
 tem, qui deseruerunt à Dei ministerio, quia sine
 veritatis inimici, & preuaricatores, Dei nomen
 & cultum sibi vendicare conantur: non quòd
 vllum honorem desiderent (quis enim perditis
 honor est?) nec vt Deo noceant, cui nocere non
 possunt, sed vt hominibus, quos nituntur à cultu
 & nobilitate vere maiestatis auertere, ne immor-
 talitatem possint adipisci, quam ipsi sua nequi-
 tia perdidit. Offundunt itaque tenebras, &
 veritatem caligine obducunt, ne dominum, ne

patrem suum norint: et ut illiciant, facile in tem-
 plis se occultant, & sacrificijs omnibus prestis ad-
 sunt, eduntq; saepe prodigia, quibus obstupescit
 homines, fidem commodent simulacris diuinita-
 tis, ac numinis. Inde est, quod ab augure lapu
 nouacula incisus est: quod Iuno Veiensis migra-
 re se Romam velle respondit: quod Fortuna mu-
 lieribus periculum denuntiavit: quod Claudia
 manum nauis secuta est: quod in sacrilegos &
 Iuno nudata, & Locrensis Proserpina & Ceres
 Malesia vindicavit: & Hercules de Appio, &
 Iacino, Iupiter de * Atinio, & Minerva de Casarea.
 Hinc, quod serpens urbem Romam pestilentia
 liberauit Epidaurio accersitus. Nam illic duum-
 uiræus ipse in figura sua sine dissimulatione
 perductus est: siquidem legati ad eam rem missi,
 draconem secum miræ magnitudinis attulerunt.
 In oraculis autem vel maximè fallunt, quorum
 prestigios profani à veritate intelligere non
 possunt. Ideoq; ab illis attribui pulant imperia,
 & victorias, & opes, & euentus prosperos ter-
 rum. Denique ipsorum nutu saepe rempublicam
 periculis imminemibus liberatam: que pericu-
 la & responsis denuntiauerunt, & sacrificijs
 placati auerterunt. Sed omnia ista fallacie sunt.
 Nam cum dispositiones Dei presentiant, qui-
 pe qui ministri eius fuerunt, interponunt se
 in his rebus, ut quecumque à Deo vel facta
 sunt, vel fiunt, ipsi potissimum facere, aut fecis-
 se videantur. Et quoties alicui populo, vel urbi
 secun

secundum Dei statutum boni quid impendet, illi se id facturos vel prodigijs, vel somnijs, vel oraculis pollicentur, si sibi templa, si honores, si sacrificia tribuantur: quibus datis, cum illud acciderit, quod necesse est, summam sibi pariunt veneratione. Hinc templa deuouentur, & noua imagines consecrantur, mactantur greges hostiarum. Sed cum haec facta sunt, nihilominus tamen uita, & salus eorum, qui haec fecerint, immolantur. Quoties autem pericula impendent, ob aliquam ineptam, & leuem causam se profitentur iratos: sicut Iuno Varroni, quod sermosum puerum in templo Iouis ad excubias tenendas collocarat: & ob hanc causam Romanum nomen apud Cannaense deletum est. Quod si Iuno alterum Ganymedem verebatur, cur iuuentus Romana luit poenas? Vel si deum tantummodo duces curant, ceteram multitudinem negligunt, cur Varro solus euasit, qui hoc fecit? & Paulus, qui nihil meruit, occisus est? Videlicet nil tunc Romanis accidit fati Iunonis iniquae, cum Annibal duos exercitus populi Romani & astu, & virtute confecit. Nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere, ubi arma eius, & curuus fuit, aut Romanis nocere, quia progeniem

- Troiano à sanguine duci

Audierat, Tyrias olim quae uerteret arces.
Sed illorum sunt isti lusum, qui sub nominibus mortuorum delitescunt, uicibus plagas tendunt. Itaque siue illud periculum, quod imminet, vitare

vitari potest, videri volunt id placati auertisse: siue non potest, id agunt, vt propter illorum contemptum accidisse videatur. Ita sibi apud homines, qui eos nesciunt, auctoritatem, ac timorem pariunt. Hac versutia, & his artibus notitiam veri Dei, ac singularis apud omnes gentes inueterauerunt. Suis enim vitis perditis seuiunt, & grassantur, vt perdant. Idcirco etiam humanas hostias excogitarunt, ipsi hostes humani generis, vt quam multas deuorarent animas.

De Dei patientia & ultione: armonum cultu, & falsis religionibus. CAP. XVIII.

Dicet aliquis: Cur ergo Deus hæc fieri patitur, nec tam malis succurrit erroribus? Vt mala cum bonis pugnet: vt vitia sint aduersa virtutibus: vt habeat alios, quos puniat, alios quos honoret. Vltimis enim temporibus statuit de viuis, ac mortuis iudicare: de quo iudicio mihi erit in vltimo libro disputatio. Differt ergo, donec veniat temporum finis, quo effundat iram sua in potestate, ac virtute caelesti, sicut Vatum prædicta priorum terribili monitu horrificant. Nunc autem patitur homines errare, & aduersum se quoque impios esse, ipse iustus, & mitis, & patiens. Nec enim fieri potest, vt non is in quo perfecta sit virtus, sit etiam perfecta patientia. Vnde quidam putant, ne irasii quidem Deum omnino, quod affectibus, qui sunt perturbationes animi, subiectus non sit: quia fragile est omne animal, quod afficitur, & commouetur. Quæ persuasio

sua a veritate atq; religionē funditus tollit. Sed
 seponatur interim nobis hic locus de ira Dei
 differendi, quod & vberior est materia, & ope
 re proprio latius exequenda. Illos ergo nequissi-
 mos spiritus quisquis veneratus fuerit, & secu-
 tus, neq; celo, neq; luce potietur, quae sunt Dei; sed
 in illa decidet, quae in distributione rerum attri-
 buta esse ipsi malorum principi disputauimus,
 in tenebras scilicet, & inferos, & supplicium
 sempiternum. Docui, religiones deorum triplici
 modo vanas esse: Vna, quod simulacra ipsa,
 quae coluntur, effigies sint hominum mortuo-
 rum. Est autem peruersum, & incongruum, vt
 simulacrum hominis à simulacro Dei colatur:
 colit enim quod est deterius, & imbecilius. Tū
 inexplabile facinus est, d. serere viuentem, vt
 aefunctorum monumētū seruias, qui nec vitam,
 nec lucem dare cuiquā possunt, quae ipsi carent:
 nec esse quēquam aliū Deum, prater vnum, cui-
 us iudicio ac potestati omnis anima subiecta
 sit. Altera, quod ipse imagines sacrae, quibus
 homines vanissimi seruiunt, omni sensu carent,
 quoniā terra sunt. Quis autē nō intelligat, nefas
 esse, r. etū animal curuari, vt adoret terrā: quae
 idcirco pedibus nostris subiecta est, vt calcanda
 nobis, non adorāda sit: qui sumus id o excitati
 ex ea, statūq; sublime praer ceteras animantes
 accepimus, vt nō reuoluamur deorū: nec hūc ce-
 lestem vultū proiciamus ad terram, sed oculos
 eo dirigamus, quo illos natura suae, conditio dire-

acit, nihilq; aliud adoremus, nihil colamus, nisi
 solius artificis, parentisq; nostri, vnicum nomen:
 qui propterea hominem rigidū figuravit, ut scia-
 mus nos ad superna, & caelestia prouocari. Ter-
 tia, quod spiritus, qui presunt ipsis religionibus,
 condemnati, & abiecti à Deo, per terram volu-
 tentur: qui nō tantum nihil prestare cultoribus
 suis possunt, quoniam rerū potestas penes vnum
 est, verum etiam mortiferus eos illecebris, & er-
 roribus perdunt: quoniam hoc illis quotidianū
 sit opus, tenebras hominibus obduere, ne que-
 ratur ab illis verus Deus. Nō igitur collēdi sunt,
 quia sententiae Dei subiacent. Est enim piaculū
 maximum, addicere se potestati eorum, quibus,
 si iustitiam sequare, potentior esse possis, & eos
 adiuratione diuini nominis expellere, ac fugare.
 Quod si apparet religiones istas tot modis esse
 vanas, quibus docui: manifestum est, eos qui vel
 mortuū supplicat, vel terram venerantur, vel
 spiritibus impuri animas suas mancipat, ratio-
 nem hominū non tenere: eosq; impietatis, ac sce-
 leris sui supplicia pensuros, qui rebelles aduer-
 sus parentem generis humani Deum, susceptis
 inexpugnabilibus sacris fas omne violauerint.

De simulacrorum, & retenturam rerum
 cultu. CAP. XIX.

Quicumq; igitur sacramentum hominis tue-
 ri, rationemq; naturae suae nititur obin-
 re, ipse ab humo suscitetur, & erecta mente ocu-
 los suos tendat in caelum: nō sub pedibus, quareat
 Deum;

Deum, nec à vestigijs suis eruat, quod adoret:
 (quia quicquid homini subiacet, infra homi-
 nem sit necesse est) sed querat in summo: quia
 nihil potest esse homine maius, nisi quod fuerit
 supra hominem. Deus autem maior est homine:
 supra ergo, non infra est: nec in ima potius, sed in
 summa regione querendus est. Quare non est du-
 bium, quin religio nulla sit, ubicunq; simulacri-
 o est. Nam si religio ex diuinis rebus est, diuini au-
 tem nihil est, nisi in celestibus rebus: carèt ergo
 religione simulacra: quia nihil potest esse cele-
 ste in^{te} ea re, qua fit ex terra: quod quidem de
 nomine ipso sapienti apparere potest. Quicquid
 enim simulatur, id falsum sit necesse est: nec po-
 test vnquam veri nomen accipere, quod verita-
 tem fucò, & imitatione mentitur. Si autè omnis
 imitatio, non res potissimum seria, sed quasi lu-
 dus ac iocus est: non religio in simulacris, sed
 mimus religionis est. Praefendum est igitur fal-
 sis omnibus verum: calcanda sunt terrena, vt
 celestia consequamur. Ita enim res se habet, vt
 quisquis animam suam, cuius origo de celo est,
 ad inferna & ima prostrauerit, eo cadat, quo se
 ipse deiecerit: ideoq; oportet rationis, ac status
 suu memorem, non nisi ad superna viti semper ac-
 tendere: quod qui fecerit, hic planè sapiens, hic
 iustus, hic demum celo, Deoq; dignus iudica-
 bitur: quem summus parens non humilem, nec
 ad terr. im more quadrupedù abiectum, sed stan-
 tem potius, ac rectum, sicut eum fecit, agnouerit.

De

Peracta est igitur (ni fallor) magna & difficilis suscepti operis portio: & maiestate caelesti suggerente nobis dicendi facultatem, inueteratos depulimus errores. Nunc verò maior nobis, ac difficilior cum philosophis proposita luctatio est: quorum summa doctrina, & eloquentia, quasi moles aliqua mihi opponitur.

* pene Nam vt illic multitudine, ac * prope consensu omnium premebamur, ita hic auctoritate prestantium omni genere laudis virorum. Qui autem nesciat, plus esse momenti in paucioribus doctis, quam in pluribus imperitis? Sed non est desperandum, istos quoque de sententia, Deo, ac veritate ductibus, posse depelli: nec tam pertinaces fore arboror, vt clarissimum sol. in sanis ac patentibus oculis videre se negent. Modò illud verum sit, quod ipsi solent profiteri, studio inuestigande veritatis se teneri: efficiam profecto, vt quasi iam veritatem diu & aliquando inuentam esse credant, & humanis ingenijs inueniri non potuisse, fateantur.

FINIS.

LACTANTI

FIRMIANI DIVI-

narum institutionum adversus Gen-
tes, liber Tertius, de falsa Sa-
pientia, ad Constantinum
Imperatorem.

*

De veritate, & eloquentia. CAP. I.

VELLEM mihi, (quando veri-
tas in obscuro latere adhuc exi-
stimatur, vel errore, atque imperi-
tia vulgi, varijs & ineptis su-
perstitionibus rudentis, vel phi-
losophis praustate ingeniorum turbantibus eam
potius, quam illustrantibus) esse non qualis in-
M. Iulij fuit, quia praecipua, & admirabilis fuit,
aliquam tamen proximam eloquentiae contingere
facilitatem: ut quantum veritas vi sit & propria
valeat, tantum ingenij quoque virtus mixta, exce-
reret se aliquando: & discussis, convictisque tam
publicis, quam eorum, qui sapientes putantur, er-
roribus, humano generi clarissimum lumen in-
firret. Quod quidem duabus ex causis fieri velle:
vel quod magis possent credere homines ornata
veritati, qui etiam mendacio credunt, capti ora-
tionis ornatu, lenocinioque verborum: vel certe,
ut ipsi philosophi suis armis potissimum, quibus
placere sibi, & considerare soleant, opprimerentur a
nobis

nobis. Sed quoniam Deus hæc voluit reisse na-
 turam, ut simplex, & nuda veritas esset lucule-
 tior, quia satis ornata per se est, ideoq; orna-
 menti extrinsecus fucata, corrumpitur: men-
 dacium vero specie placet aliena, quia per se cor-
 ruptum vanescit, ac defluit, nisi aliunde ornato
 quesito circumlitum fuerit ac politum: equo ani-
 mo fero, ingenium mihi mediocre fuisse concessum.
 Verum ego non eloquentie, sed veritatis fiducia
 suscepi hoc opus, maius fortasse, quam ut possit
 meis viribus sustineri, quod tamen, etiam si ego
 defecerim, Deo, cuius hoc manus est, adiuvante,
 veritas ipsa complebit. Etenim cum sciam ma-
 ximos quosq; oratores à causidicis mediocribus
 sæpe victos, quòd tanta est potentia veritatis, ut
 seipsam, quamvis in rebus exiguis, sua claritate
 defendat: cur hanc ego in maxima causa ab in-
 geniosis quidem illis, ac disertis viris, sed tamen
 falsi dicentibus oppressum iri putem? ac nõ illa,
 si minus oratione nostra, que de tenui fonte ad-
 modum exilis manat, lumine tamen suo clara
 & illustris appareat? Nec si philosophi doctri-
 na literarum mirabiles exortuerunt, ego illis etiã
 scientiã veri, cognitionemq; concesserim: quam
 nemo cogitando, aut disputando à sequi potest.
 Neque enim nunc reprehendo eorum studium,
 qui veritatem scire voluerunt, quia nat. nrã
 hominis Deus veri adipiscendi cupienti suã fe-
 cit: sed id arguo, id reuincio, quòd honestam illo-
 rum, & optimam voluntatem non sit secussa
 effect

effectus: quia neq; quid esset verum ipsum, scie-
 bant, neq; quomodo, aut vbi, aut qua mēte que-
 rendum. Ita dum succurrere humanis erroribus
 cupiunt, ipsi se in plagas, & errores maximos
 induxerunt. Ad hoc igitur me opus coarguendi
 philosophiam, suscepta materie ordo ipse dedu-
 xit. Nam cum error omnis aut ex religione falso
 oriatur, aut ex sapientia: in eo conuincendo ne-
 cesse est utrunq; subuertere. Cum enim sit nobis
 diuine literis traditum, cogitationes omnium
 philosophorum stultas esse, id ipsum re, & argu-
 menti docendum est: ne quis honesto sapien-
 tiæ nomine inductus, aut inanis eloquentiæ spū
 dore deceptus, humanis malit, quam diuinis,
 credere: quæ quidem tradita sunt breuiter, ac
 nudè. Nec enim decebat, ut cum Deus ad homi-
 nem loqueretur, argumentū assereret suis voces,
 tanquam aliter fides ei non haberetur: sed, ut
 oportuit, est locutus, quasi rerum omnium maxi-
 mus index, cuius est non argumentari, sed pro-
 nuntiare veram. Ipse ut Deus nos autem, cum
 ad res singulas testimonia diuina vocis habea-
 mus, profecto monstrauimus, quanto certiori-
 bus argumentis possint vera defendi, cum etiam
 falsa se defendatur, ut vera soleant videri. Quæ
 re non est, quod philosophis tatum honorem ha-
 beamus, aut eorum eloquentiam pertimescamus.
 Loqui enim bene potuerūt, ut hominis erudit-
 tere autem loqui nullo modo, quia veritate non
 didicerant ab eo, qui eius potens est. Nec sanè

magnum aliquid efficiemus, quod illos ignoran-
 tie redarguamus : quam ipsi sapientiae confi-
 tentur in eo solo, quoniam non eis creditur, in
 quo solo credi debuit : conabor ostendere nun-
 quam illos tam veridicos fuisse, quam cum sen-
 tentiam de sua ignoratione dixerunt.

De philosophia, eaque reprehenta.

C. A. P. I I.

Nunc quoniam duobus superioribus libris
 religionum falsitas demonstrata est, necnon
 origo ipsa totius erroris exposita: huius libri mu-
 nus est philosophiam quoque ostendere, quam
 inanis, & falsa sit ut omni errore sublato, ve-
 ritas patefacta clarescat. Ordiamur itaq; a com-
 muni philosophiae nomine, ut ipso capite destru-
 cto, facilius nobis aditus pateat ad excindendum
 omne corpus : si tamen potest corpus vocari, cu-
 ius partes ac membra discordent, nec ulla com-
 paze inter se cohereant, sed quasi distincta, &
 dissipata, palpitare potius videantur, quam vi-
 uere. Et philosophia est (ut nomen indicat, ipsiq;
 definiunt) studium sapientiae. Unde igitur magis
 probem philosophiam non esse sapientiam, quam
 ex ipsius nominis significatione ? Qui enim sa-
 pientiae studet, utique nondum sapit : sed, ut
 sapere possit, studet. In ceteris artibus, studium
 quid efficiat, & quod tendat, apparet : quas
 cum discendo aliquis affectus est, iam non stu-
 diosus artificis, sed artifex nominatur. At enim
 verecundiae causa studiosos se sapientiae, non sa-
 pient

pientes vocauerunt. Imò verò Pythagoras, qui
 hoc primus nomen inuenit, cum paulo plus sa-
 peret, quam illi priores, qui se sapientes puta-
 uerunt, intellexit nullo humano studio posse ad
 sapientiam perueniri, & ideo non oportere in-
 comprehensa, atque imperfecta rer perfectum
 nomen imponi. Itaque cum ab eo quaeretur
 quemnãse profiteretur? respondit, philosophum,
 id est, quasitorem sapientia. Si ergo philosophia
 sapientiam querit, nec ipsa sapientia est: quia
 necesse est aliud esse, quod querit, aliud, quod
 queritur: nec quasitio sapientia recta est, quia
 nihil potest inuenire. Ego verò ne studiosos qui-
 dem sapientia philosophos esse cõcesserim: quia
 illo studio ad sapientiam non peruenitur. Nam
 si facultas inueniende veritatis huic studio sub-
 iaceret, & si esset id studium tanquam iter ad
 sapientiam, aliquando esset inuenta. Cum verò
 tot temporibus, tot ingenijs in eius inquisitione
 contritus, non sit comprehensa, apparet, nullam
 esse ibi sapientiam. Non ergo sapientia student,
 qui philosophantur, sed ipsi studere se putant:
 quia illud, quod querunt, ubi, aut quale sit, ne-
 sciunt. Siue igitur sapientia student, siue nõ stu-
 aent, sapientes non sunt: quia nunquam reperiri
 potest, quod aut non recte queritur, aut omnino
 non queritur. Videamus tamen id ipsum, pos-
 sit ne hoc studio aliquid reperiri, an nihil.

De Philosophia, & Academia.

CAP. III.

m 3

Duab

Dubius rebus videtur philosophia consti-
 re, scientia, & opinione, nec vlla alia re.
 Scientia venire ab ingenio non potest, nec cogi-
 tatione comprehendi: quia in seipso habere pro-
 priam scientiam, non hominis, sed Dei est. Mor-
 talis autem natura non capit scientiam, nisi que
 veniat extrinsecus. Idcirco enim oculos, & au-
 res, & ceteros sensus patefecit in corpore huma-
 no divina solertia, vt per eos aditus sciētia per-
 ueniret ad mentem. Nam causas naturalium
 rerum disquirere, aut scire velle, Sol vtrumne
 tantus, quantum videtur, an multis partibus ma-
 ior sit, quam omnis hæc terra: item, luna globosa
 sit, an cōcaua: et stelle vtrumne adhaereant celo,
 an per aërem libero cursu frātur: celum ipsum
 qua magnitudine, qua materia constet, vtrum
 quietum sit, & immobile, an incredibili celeri-
 tate voluatur: quāta sit terre crassitudo, aut qui-
 bus fundamentis librata, & suspensa sit. Hæc,
 inquam, disputando, & coniecturis velle com-
 prehendere, tale est profectō, quale si differere
 velimus, qualem esse arbitremur cuiuspiam re-
 motissime gentis urbem, quam nunquam vidi-
 vimus, cuiusq; nihil aliud, quam nomen, audiu-
 imus. Si nobis in ea re scientiā vendicemus, qua
 non potest sciri, nōne insanire videmur, qui af-
 firmare id audeamus, in quo reuinci possumus?
 Quāto magis, q̄ naturalia, quæ sciri ab homine
 non possunt, scire se putāt, furiosi, demētesq; sunt
 iudicandi? Recte ergo Socrates, & eum securi

Acad

Academici scientiam sustulerunt, quæ non disputantur, sed diuinantis est. Superest, ut opinatio in philosophia sola sit. Nam vnde abest scientia, id eorum possidet opinatio. Id enim opinatur quisq; quod nescit. Illi autem, qui de rebus naturalibus disputant, opinantur ita esse, ut disputant. Nesciunt igitur veritatem: quoniam scientia, certum est: opinatio, incertum. Redeamus ad superius illud exemplum. Age, opinemur de statu, & qualitate urbis illius, quæ nobis rebus omnibus præter nomen ignota est. Versimile est, in plano sitam lapideis mœnibus, ædificijs sublimibus, ruis pluribus, magnificis, ornatisq; delubris. Describamus, si placet, mores habitumq; ciuium. Sed cum hæc dixerimus, alius contraria disputabit: & cum hic quoque perorauerit, surget & tertius, & alij deinceps, & opinabuntur multo disparia, quam nos opinati sumus. Quid ergo erit ex omnibus certius? fortasse nihil. At omnia dicta sunt, quæ in rerum naturam cadunt, ut necesse sit aliquid horum esse verum. At nescietur, quis verum dixerit. Potest fieri, ut omnes ex parte aliqua errauerint, ex parte attigerint veritatem. Stulti ergo sumus, si hoc disputatione queramus. Potest enim superuenire aliquis, qui opiniones nostras derideat, nosq; pro insanis habeat, qui velimus id, quod nescimus, quale sit opinari. Verum non opus est longè posita conquirere, vnde nemo fortasse veniat, qui nos redarguat. Age, opinemur quid nunc in foro ge-

ratur, quid in curia : longum est id quoque, dicantur, interposito vno pariter quid fiat : nemo potest id scire, nisi qui audierit, aut viderit. Nullus enim audet id dicere : quia statim non verbis, sed re ipsa presenti refutabitur. Atqui hoc idem faciunt philosophi, qui disputant, in caelo quid argatur : sed eo se impune id facere arbitrantur, quia nullus existit, qui errores eorum coarguat. Quod si existimarēt descensurum alii, quem quae eos delirare, ac mentiri doceret, nunquam quicquam de ijs rebus, quas scire non possunt, disputarēs. Nec tamen id eo felicitior turbanda est eorum impudentia, et audacia, quia non redarguuntur: red. arguit enim Deus, cui soli veritas nota est, licet conuincere videatur: eamq; hominum sapientiam pro summa stultitia computat.

De philosophorum varietate. CAP. IIII.

REctē igitur Zeno, ac Stoici opinionem repudiarunt. Opinari enim te scire, quod nescias, non est sapientis, sed temerarij potius ac stulti. Ergo si neque sciri quicquam potest, (vt Socrates docuit) nec opinari oportet, (vt Zeno) tota philosophia sublata est. Quid, quod non rātum ab his duobus evertitur, qui philosophie principes fuerūt, sed ab omnibus? vt iam videatur, iam pridem suis armis esse contractā. In multas sectas philosophia diuisa est, et omnes varia sentiunt. In qua ponimus veritatē? in omnibus certē non potest. Designemus quamlibet:

nemp

nempe in ceteris omnibus sapientia non erit.
 transeamus ad singulas. Eodem modo, quicquid
 vni dabimus, ceteris aufertur. Vnaqueque enim
 secta omnes alias evertit, ut se, suamque confirmet,
 nec ulli alteri sapere concedit, ne se desipere fa-
 teatur: sed sicut alias tollit, sic ipsa quoque ab aliis
 omnibus tollitur. Nihilominus enim philosophi
 sunt, qui eam stultitiae accusant. Quamcumque
 laudaueris, veramque dixeris, a philosophis vitu-
 peratur, ut falsa. Credemusne igitur vni sese
 suamque doctrinam laudanti, an multis vnius al-
 terius ignorantiam culpantibus? Rectius ergo
 sit necesse est, quod plurimi sentiunt, quam quod
 vnus. Nemo enim de se potest recte iudicare:
 quod nobilis poeta testatur. Ita comparatam
 esse hominum naturam omnium, alterna ut me-
 lius videant, et diiudicent, quam sua. Cum
 igitur omnia incerta sint, aut omnibus creden-
 dum est, aut nemini. Si nemini, sapientes ergo
 non sunt: quia singuli, sapientes esse se putant. Si
 omnibus, equè non sunt sapientes: quia singuli
 ab omnibus negantur esse sapientes. Pereunt igitur
 vniuersi hoc modo: et tanquam Spartiatae
 illi poetarum, sic se inuicem iugulant, ut nemo
 ex omnibus restet: quod eo fit, quia gladium ha-
 bent, scutum non habent. Si ergo singula sectae
 multarum si clarum iudicio stultitiae conuincun-
 tur: omnes igitur vanae, atque inanes reperiun-
 tur. Ita seipsam philosophia consumit, et confi-
 cit. Quod cum intellexeret Arcefilas Academia
 m s condit

conditor, reprehensiones omnium inter se collegit, confissionemq; ignorantia clarorum philosophorum, armavitq; se aduersus omnes, itaque constituit nouam non philosophandi philosophiam. Eo igitur autore duo philosophie genera esse ceperunt. Vnum, illud vetus, quod scientiam sibi vendicat: Alterum, nouum, repugnans, quod eam distrahit. In his duobus generibus video dissidium, & quasi civile bellum. Sapientiam, que distrahi non potest, in qua parte ponemus? Si natura rerum sciri potest, haec tyronum ceterua interibit: si non potest, veterani conficientur. Si pares fuerint, nihilominus peribit dux omnium philosophia, quia distracta est: nihil enim potest sine interitu suo sibi esse contrarium. Si autem (vt docui) nulla in homine potest esse scientia interna et propria, ob fragilitatem conditionis humane, Arcesila manus vicit. Sed ne ipsa quidem stabit, quia non potest omnino nihil sciri.

De vsu, & Academicis.

CAP. V.

Sunt enim multa, que natura ipsa nos sciri & vsus frequens, & vite necessitas cogit. Itaque pereundum est, nisi scias, que ad vitam sunt vitia, vt appetas: que periculosa, vt fugias & vites. Præterea multa sunt, que vsus inuenit. Nam Solis ac Lune varij cursus & meatus syderum, & ratio temporum deprehensa est, & uatura corporum à medicis, herbarumq; vires & ab agricolis natura terrarum, necnon im-

brium

brum futurorum, ac tempestatum signa collecta sunt. Nulla deniq; ars est, qua non scientia constet. Debit ergo Arcefilas, si quid sciret, distinguere, quae sciri possent, quae ve nesciri. Sed si id fecisset, ipse se in populum redezisset. Nam vulgus interdum plus sapit: quia tantum, quantum opus est, sapit. A quo si queras, utrum sciat aliquid an nihil, dicet se scire, quae sciat: fatebitur nescire, quae nesciat. Recte ergo aliorum sustulit disciplinas, sed non recte fundavit suam. Ignoratio enim rerum omnium non potest esse sapientia, cuius est scire proprium. Ita cum philosophos expugnaverit, ac docuerit eos nihil scire, ipse quoq; nomen philosophi perdidit: quia doctrina eius est, nihil scire. Nam qui alios reprehendit, quod nesciat, debet ipse sciens esse. Cum autem nihil sciat, quae peruersitas, quae ve insolentia est, ob id ipsum se philosophum constitucere, propter quod ceteros tollat? Possunt enim sic respondere: Si nihil nos scire convincis, & ideo non esse sapientes, quia nihil sciamus: ergo ne tu quidem es sapiens, quia te quoq; confiteor nihil scire. Quid ergo promouit Arcefilas, nisi quod confectis omnibus philosophis, se ipsum quoq; eodem mucrone transfixit?

De Sapientia, & Academicis, & Physicis.

CAP. VI.

Nvsquamne igitur sapientia est? Imò verò inter * Philosophos fuit: sed nemo vidit. * ipsos Alij putaverunt, sciri posse omnia: hi sapientes
 rtique

utique non fuerant. Alij nihil: ne hi quidem sa-
 pientes fuerunt. Illi, quia plus homini dederunt:
 hi, quia minus. Virisq; in vitanq; partem modus
 defuit. Vbi ergo sapientia est? Vt neque te omnia
 scire putes, quod est Dei: neque omnia nescire,
 quod pecudis. Est enim aliquid medium, quod sit
 hominis: id est, scientia cum ignoratione coniun-
 cta, & temperata. Scientia in nobis ab animo
 est, qui oritur à celo: ignotatio à corpore, quod
 est à terra. Vnde nobis & cum Deo, et cum ani-
 malibus est aliqua communitas. Ita quoniã ex
 his duobus constamus elementis, quorum alte-
 rum luce præditum est, alterum tenebris: pars
 nobis data est scientia, pars ignorantia. Per huc
 quasi pontem transire sine cadendi periculo li-
 cet. Nam illi omnes, qui se in alterã partem incli-
 nauerunt, aut dextro, aut sinistro versus cecide-
 runt. Vtraq; autem pars quomodo errauerit, di-
 cam. Academici contra Physicos ex rebus ob-
 scuris argumetati sunt, nullam esse scientiam:
 & exemplis paucarum rerum incomprehensi-
 bilium cõtenti, amplexi sunt ignorantiam, tan-
 quam scientiã totam sustulissent, quia in parte
 sustulerãt. Physici contra, ex ijs, quæ aperta sunt,
 argumentũ traherant, & omnia & sciri posse: con-
 sentiãq; perspicuit, retinebant scientiam tanquam
 totam defendissent, quia ex parte defenderant.
 Itaq; neq; hi clara, neq; illi obscura viderũt: sed
 vtriq; dum solam scientiam confertis manibus
 vel retinent, vel eripiunt, non viderũt, in medio
 consti

constitutam fore, quæ illos ad sapientiam trans-
mitteret. Erum Arcesilas ignorantia magister,
cum Zenoni obtreclaret principis Stoicorum, et
totam philosophiam euerteret, auctore Socrate
suscepit hanc sententiam, ut affirmaret nihil sciri
posse. Itaque coarguit ætimationem philosopho-
rum, qui putassent ingenijs suis eruiam esse, atq;
inuentam veritatem: videlicet, quia mortalis fue-
rat illa sapientia, paucisq; ante temporibus in-
stituta, ad summum iam incrementum peruene-
rat, ut iam necessario consenesceret, ac periret:
exiit repente Academia tanquam senectus
philosophiæ, quæ illam conficeret iam destore-
scentem. Rectèque vidit Arcesilas, arrogantes,
vel potius stultos esse, qui putent scientiam ve-
ritatis cõiectura posse comprehendere. Sed tamen
falsa discentem redarguere non potest, nisi qui
scierit antè, quid verum sit. Quod Arcesilas ve-
ritate non cognita facere conatus, introduxit ge-
nus philosophiæ ætósator, quod Latine instabi-
le, vel inconstans possumus dicere. Ut ergo ni-
hil sciendum sit, sciri necesse est. Nam si nihil
ominino scias, id ipsum, nihil sciri posse, tollitur.
Itaque qui hæc velut sententiæ loco pronunciat,
nihil sciri, tanquã percepti proficetur, & cogni-
tum, ergo aliquid sciri potest. Huic illud simile
est quod in scholis proponi solet in asystati gene-
ris exemplum, somniasse quendam, ne somnijs
crederet. Si enim crediderit, tum sequitur, ut cre-
dendum non sit. Si autem non crediderit, tunc
sequit

sequitur, ut credendum sit. Ita si nihil sciri potest, necesse est id ipsum sciri, quod nihil sciatur. Si autem scitur, posse nihil sciri: falsum est ergo quod dicitur, nihil posse sciri. Sic inducitur dogma sibi ipsi repugnans, sequiturque dissolvens. Sed homo versutus ceteris philosophis voluit scientiam eripere, ut eam domi absconderet. Nam illam sibi profecto non adimit, qui aliquid affirmat, ut ceteris adimat: sed nihil agit: apparet enim, ac furtum suum prodit. Quanto faceret sapientius, ac verius, si exceptione facta diceret causas, rationesque duntaxat rerum caelestium, seu naturalium, quia sunt ab eis, nesciri posse, quia nullus doceat: nec queri oportere, quia inueniri querendo non possunt. Quae exceptione interposita, et physicos admonuisset, ne quaerent ea, quae modum excederent cogitationis humanae; et seipsam calumnie invidia liberasset, et nobis certe dedisset aliquid, quod si quaeremus. Nunc autem cum ab alijs sequendis nos retraxerit, ne velimus plus scire, quam possumus: non minus quoque a se ipso retraxit. Quis enim velit laborare, ne quicquam sciat? aut huiusmodi suscipere doctrinam, ut etiam communem scientiam perdat? Quae si doctrina est, scientia constat necesse est. Si non est, quis tam stultus, ut distendum id patet, in quo aut nihil addiscitur, aut

* etiam

* omnino dediscitur? Quare si non omnia sciri possunt, quod Physici putauerunt: neque nihil, quod Academici: philosophia omnis extinguitur.

De

De Philosophia Ethica, & summo-bono.

CAP. VII.

TRanſeamus nunc ad alteram philoſophie.
 partem, quam ipſi moralem vocant, in
 qua totius philoſophie ratio continetur. Siqui-
 dem in illa phyſica, ſola oblectatio eſt, in hac
 etiam utilitas. Et quoniam in diſponendo vite.
 ſtatu, formandūq; moribus-periculo maiori pec-
 catur, maiorem diligentiam neceſſe eſt adhibe-
 ri, ut ſciamus quomodo nos oporteat vivere.
 Illic poteſt venia concedi: quia ſiue aliquid di-
 cunt, nihil proſunt: ſiue delirant, nihil nocent.
 Hic verò nullus deſidio, nullus errori eſt locus:
 vnum ſentire omnes oportet, ipſamq; philoſo-
 phiam vno quaſi ore præcipere: quia ſiquid ſue-
 rit erratum, vita omnis evertitur. In illa prioris
 parte ut periculi minus, ita plus difficultatis eſt,
 quòd obſcura rerum ratio cogit diuerſa, & va-
 ria ſentire. Hic ut plus periculi, ita difficultatis
 minus, quòd ipſe uſus rerum, & quotidiana
 experimenta poſſunt docere, quid ſit verius,
 & melius. Videamus ergo utrūque conſen-
 tiant, aut quid nobis afferant, quo rectius in
 vita degatur. Non neceſſe eſt omnia circuire:
 vnum eligamus, ac potiſſimum, quod eſt ſum-
 mum, ac principale, in quo totius ſapientia car-
 do verſatur. Epicurus ſummum bonum in vo-
 luptate animi eſſe cenſet: Ariſtippus in volu-
 ptate corporis. Callippon, & Dinomachus Cy-
 renaici, honeſtatem cum voluptate iunxerunt.
 Diode

Diodorus in privatione doloris summum bonum posuit, Hieronymus in non dolendo: Peripatetici autem in bonis animi, & corporis, & fortunæ. Herilli summum bonum est scientia, Zenonis, cum natura congruenter vivere, quorundam Stoicorum, virtutem sequi. Aristoteles in honestate, ac virtute summum bonum collocavit. Hæ sunt ferè omnium sententiæ. In tanta diversitate quem sequimur? cui credimus? Par est in omnibus authoritas. Si eligere possumus quod est melius, iam non est philosophia nobis necessaria, quia sapientes iam sumus, qui de sapientium sententijs iudicemus. Cum verò discenda sapientiæ causa veniamus, quæ possimus iudicare, qui nondum sapere cœperimus? maxime cum præsto adsit Academicus, qui nos pallio retrahat, ac vetet cuiquam credere, nec tamen affirmat ipse quod sequamur.

De summo bono, & animi, & corporis voluptatibus, & virtute. C A P. VIII.

Quid ergo superest, nisi ut omissis litigatoribus furiosis, ac pertinacibus, veniamus ad iudicem illum, scilicet datorem simplicis, & quietæ sapientiæ? qua non tantum formare nos, ac inducere in vitam possit, verumetiam de contrarijs istorum ferre sententiã. Hæc nos docet, quid sit hominis verum, ac summum bonum. De quo prius quàm dicere incipiam, hæc omnes sententiæ resellende sunt, ut appareat, neminem istorum scisse sapientem. Cum de officio
homi

hominis agatur, oportet summum summi anima-
 lis bonum in eo constitutum, quod commune cum ce-
 teris animalibus esse non possit. Sed et firi dentes,
 armentis cornua, volucribus penna, proprias
 sunt: sic homini aliquid suum debet adscribi, sine
 quo ratione suae conditionis amittat. Nam quod
 vivendi, aut generandi causa datum est omni-
 bus, est quidem bonum naturale, summum tamen
 non est, nisi quod est unicuique generi proprium.
 Sapiens ergo non fuit, qui summum bonum cre-
 didit animi voluptatem: quoniam siue illa secu-
 ritas, siue gaudium est, communis est omnibus.
 Aristippo ne responderendum quidem ducit, quod
 in corporis semper voluptates tuentem, nihilq;
 aliud quam venter, et veneri servientem, nec mi-
 dubium est, hominem non fuisse. sic enim vixit,
 ut nihil inter eum periret, nisi vnu,
 quod loquibatur. Quod si asinus, aut sui, aut canis,
 facultas loquendi tribuatur, quaeque ex his quid
 sibi relint, cum feminas tam rabide consectan-
 tur, ut vix diuelli queant: cibos etiam, potumq;
 negligant: cur aut alios mares viclem er abigant,
 qui ne velli quidem abstinent, sed à fortioribus
 saepe contriti, eo magis insistentur: cur nec im-
 bres, nec frigora percontescant, laborum susci-
 piam, periculū non recusent. Quid aliud respon-
 debunt, nisi summum bonum esse corporis et volu-
 ptatem? eam se appetere, ut officiantur suavis-
 simis sensibus: eosq; esse tanti, ut assuetudinum
 causa nec laborem sibi ullum, nec vulnera, nec

mortem ipsam recusandam putent. Ab hisne igitur precepta vivendi peitemus, qui hoc idem sentiunt, quod anima rationis expertes? Aiunt Cyrenaeici, virtutem ipsam ex eo ipso esse laudandam, quod sit efficiens voluptatu. Verum inquit obscenus canis, aut sui ille luculentus. Nam id eum aduersario summa virium contentione depugno, ut virtus mea pariat mihi voluptatem: cuius erpersum necesse est, si victus* abscessero.

Ab his ergo sapere discemus, quos à pecudibus, ac belluis non sententia, sed lingua discernit? Per uationem doloris summum bonum putare, non plene Peripateticorum, aut Stoicorum, sed Cynicorum philosophorum est. Quis enim non intelligat, ab aegrotis, et in aliquo dolore positus, esse hoc disputatum? Quid tam ridiculum, quam id habere pro summo bono, quod medicus possit dare? Dolendum est ergo, ut fruamur bono, et quidem grauius, ac sepius: ut sit postea, non dolere, incundius. Miserrimus est igitur, qui nunquam doluit, quia bono caret: quem nos felicissimum putabamus, quia malo caruit. Ab hac vanitate non longe absuit, qui omnino nihil dolere, summum bonum dixit. Nam praeter quod omne animal doloris est fruentis, quis potest sibi hoc bonum praestare, quod nobis ut eueniat, nihil aliud possumus quam optare? Summum autem bonum non potest efficere quicquam, nisi semper fuerit in ipsius potestate. Hoc autem non virtus homini, non dominus, non labor, sed natura ipsa cunctis animantibus

tibus præstat. Qui voluptatem cum honestate
 iunxerunt, communionem hanc effugere volue-
 runt. Sed effecerunt repugnans bonum: quoniam
 qui voluptati deditus est, honestate careat ne-
 cesse est: qui honestati studet, voluptate. Peripa-
 teticorum bonū nimium multiplex, exceptis ani-
 mi bonis, quæ ipsa quæ sint, magna contentio est,
 cōmune cum bellus potest videri. Nam corporis
 bona, id est, incolumitas, indolētia, valetudo non
 minus sunt mutis, quàm homini necessaria: ac
 nescio, an etiam magis: quia homo et medelis,
 et ministris subleuari potest, muta non pos-
 sunt. Item, quæ appellantur formæ bonæ? nam si-
 cut hominū opibus ad vitam tuendam, ita illis
 præda, et pabulis est opus. Ita inducendo bonum,
 quod non sit in hominū potestate, totū hominem
 aliene ditioni subiungunt. Audimus etiam
 Zenonem: nam is interdum virtutem formiat.
 Summum, inquit, est bonum, cum natura consen-
 taneè vivere. Belluari igitur nobis more viuen-
 dum est. Nam quæ abesse debent ab homine, in-
 his omnia deprehenduntur, voluptates appe-
 tunt, metunt, fallunt, insidiuntur, occidunt: et,
 quod ad rem maximè attinet, dum nesciunt.
 Quid ergo me docet, ut vitam secundum natu-
 ram, quæ ipsa in deterius prona est, et quibus-
 libet blandimentis lenioribus in vitia præcipitat?
 vel si aliam mutorum, aliam hominū dicit esse
 naturam, quod homo ad virtutem sit genitus,
 non nihil dicit: sed tamen non erit definitio sum-
 mi

mi boni : quia nullum est animal, quod non secundum naturam suam vivat. Qui scientiam summum bonum fecit, aliquid homini proprium dedit : sed scientiam alterius rei gratia homines appetunt, non propter ipsam. Quis enim scire contentus est, non expetens ab quem fructum scientiae? Artes ideo discuntur, ut exerceantur : exercentur autem vel ad subsidia vitae, vel ad voluptatem, vel ad gloriam. Non est igitur summum bonum, quod non propter se expetitur. Quid ergo interest, virum scientiam summum bonum putemus, an illa ipsa, quae scientia ex se parit, id est, victum, gloriam, voluptatem? quae non sunt homini propria, & ideo ne summa quidem bona. Nam voluptatis, & victus appetentia non homini solum sed etiam multis best. Quid cupiditas gloria? nonne in equis deprehenditur, cum victores exultant, victi dolent?

Tantus amor laudum, tante est victoria cure. Nec immerito summus poeta experiendum esse ait:

Et quis cuique dolor victo, quae gloria palma.
Quod si ea, quae parit scientia, communia sunt cum alijs animalibus, non est ergo summum bonum scientia. Praeterea non mediocriter huius* defensionis est vitium, quod scienti invida ponitur. Incipient enim beati omnes videri, qui artem aliquam scierint, imò verò qui & res malas scierint : ut tam beatus sit, qui venena didicerit temperare, quam qui mederi. Quæro ergo ad quam rem scientia referenda sit? si ad causas re-

*disputa-
tionis

rum naturalium: quæ beatitudo erit mihi propo-
 sita, si si vero unde Nilus oriatur, vel quicquid de
 celo Phisici delirant? Quid, quod earum rerum
 non est scientia, sed opinio, quæ pro ingenijs va-
 ria est. Restat ut scientia bonorum ac malorum,
 summum bonum sit. Cur ergo scientiam maluit,
 quam ipsam sapientiam summum bonum dice-
 re, cum sit utriusque significatio, & vis eadem?
 Nemo tamen usq; adhuc summum bonum dixit
 esse sapientiam, quod melius dici potuit. Nam
 scientia parum est ad bonum suscipiendum, ma-
 lumq; fugiendum, nisi accedat & virtus. Multi-
 sum philosophorum, cum de bonis, malisq; disse-
 perent, aliter tamen, quam loquebantur, natura
 cogente vixerunt, quia virtute caruerunt. Virtus
 autem cum scientia coniuncta, est sapientia. Su-
 perest, ut eos etiam refellamus, qui virtute ipsam
 summum bonum putauerunt. In qua opinione etiam
 M. Tullius fuit. In quo multum inconsiderati fue-
 runt. Non enim virtus ipsa est summum bonum,
 sed effectrix, & mater est summi boni: quoniam
 perueniri ad illud sine virtute non potest. Vtrūq;
 intellectu est facile. Quæro enim, utrumne ad præ-
 clarum illud bonum facile perueniri putent, an
 cum difficultate, ac labore? Expediant acumen
 suum, erroremq; defendant. Si facile ad illud, ac
 sine villo labore perueniri potest, summum bo-
 num non est. Quid enim nos cruciemus, quid con-
 ficiamus enitendo diebus ac noctibus? quan-
 doquidem tam in promptu id, quod quaerimus,
 n 3 iacet,

iaret, ut illud quilibet sine vlla contentione ani-
 mi comprehendat. Sed si commune quoq; ac me-
 disocre quodlibet bonum non nisi labore assequi-
 mur, quoniam bonorum natura in arduo posita
 est, malorum in precipiti: summum igitur bonum
 summo labore assequi necesse est. Quod si verissi-
 mum est, ergo altera virtute opus est, ut perue-
 niamus ad eam virtutem, quae dicitur summum
 bonum: quod est incōgruens et absurdum, ut vir-
 tus per seipsam perueniat ad seipsam. Si non po-
 test ad vllum bonum nisi per laborem perueniri,
 apparet virtutem esse, per quā perueniatur: quo-
 niam in suscipiendis, perfrendisq; laboribus, vi-
 officiumq; virtutis est. Ergo summum bonum vō
 potest esse id, per quod necesse est ad aliud perue-
 niri. Sed illi, cū ignorarent quid efficeret vir-
 tus, aut quō tēderet: honestius autē nihil reperi-
 rent, substituerūt in ipsius virtutis nomine, quam
 nullo proposito emolumento appetendam esse di-
 xerunt: & bonum sibi constituerunt, quod bono
 indigeret. Aristoteles ab ijs non longe recessit,
 qui virtutem cum honestate summū bonum pu-
 tauit: quasi vlla virtus possit esse nisi honesta, ac
 non si quid habuerit turpitudinis, virtus esse de-
 finiat. Sed vidit fieri posse, ut de virtute pravo
 iudicio male sentiatur: & ideo existimationi ho-
 minum seruendum putauit. Quod qui facit, à re-
 cto, bonoq; discedit: quia non est in nostra pote-
 state, ut virtus pro suis meritis honestetur. Nam
 quid est honestas, nisi honor perpetuus, ad ali-
 quem

quem secundo populi rumore delatus? Quid ergo fiet, si errore, ac fraudate hominū, mala existimatio subsequatur? abijciemusne virtutem, quia flagitiosa, & turpis ab insipientibus iudicetur? Quae quoniam invidia premi, ac vexari potest: ut sit ipsum proprium, ac perpetuum bonum, nullo extrinsecus adiumento indigere debet, quin suis* per se viribus nitatur, & constet, pio
Itaque nec ullum ei ab homine bonum sperandum, nec ullum malum recusandum.

De summo bono, & cultu Dei veti. CAP. IX.

V / ENO nunc ad verae sapientiae summum bonum, cuius natura hoc modo determinanda est: Primum, ut solius hominis sit: nec cadat in ullum aliud animal: Deinde, ut solius animi, nec communicari possit cum corpore: Postremo ut non possit cuiquam sine scientia, & virtute contingere. Quae circumscriptio illorum omnes sententias excludit, ac soluit. Eorum enim, quae dicebantur, nihil tale est. Dicam nunc, quid sit: ut doceam (quod institui) philosophos omnes caecos, atque insipientes fuisse: qui, quod esset homini summum bonum constitutum, nec videre, nec intelligere, nec suspicari aliquando potuerunt. Anaxagoras, cum ab eo quareretur, cuius rei causa natus esset: respondit, caeli ac Solis videnti. Hanc vocem admirantur omnes, ac philosopho dignam iudicant. At ego hunc puro non invenientem quid responderet, effudisse hoc passim, ne taceret. Quod quidem secum, si sapiens fuisset,

fuisset, commentatum, meditatamq; habere de-
 buisset: quia si quis ratione sui nesciat, non homo
 sit quidem. Sed putemus non ex tempore dictum
 illud effusum. Videamus, in tribus verbis quot et
 quanta peccauerit. Primum, quod omne hominis
 officium in oculis posuit, nihil ad mentem refe-
 rens, sed ad corpus omnia. Quid si cecus fuisset,
 officiumne hominis amitteret? quod fieri sine
 occasu anime non potest. Quid cetera corporis
 partes? num carcbant suis quoque muneribus?
 Quid quod plus est in auribus, quam in oculis
 factum? quoniam doctrina, & sapientia percipi
 auribus solis potest, oculis solis non potest. Celi,
 ac Solis videndi causa natus es? Quis te in hoc
 spectaculum induxit? aut, quid celo, rerumq; na-
 turæ visio tua confert? Nimirum ut hoc immen-
 sum, & admirabile opus laudes. Consi-tere igitur
 rerum omnium esse constitutorem Deum, qui te
 in hunc mundum quasi testem, laudatoremq;
 tanti sui operis induxit. Magnum esse credis, vi-
 dere celum, ac solem: cur ergo gratias non agis
 ei, qui huius beneficii autor est? Cur non ipsius
 virtutem, providentiam, potestatem metiris ani-
 mo, cuius opera miraris? Et necesse est enim, ut
 multo mirabilior sit, qui mirabilia fecit. Si te
 quispiam vocasset ad cenam, in eaq; optimè ac-
 ceptus esses, num sanus viderere, si plura face-
 res ipsam voluptatem, quam voluptatis auto-
 rem? Adeo philosophi ad corpus referunt omnia,
 nihil prorsus ad mentem: nec vident aliquid
 amplius,

amplius, quam quod sub oculos venit. Atque re-
 motis omnibus officiis corporis, in sola mente po-
 nenda est hominis ratio. Non ergo ideo nesci-
 mur, ut ea, quae sunt facta, videamus: sed ipsum
 factorem rerum omnium contemlemur, id est,
 mente cernamus. Quare si quis hominem, qui ve-
 re sapiet, interroget, cuius rei gratia natus sit:
 respondet intrepidus, ac paratus, colendi se Dei
 gratia natum: qui nos ideo genuerit, ut ei ser-
 uiamus. Servire autem Deo, nihil aliud est,
 quam bonis operibus tueri, & conservare iustitiam.
 Sed ille, ut homo divinarum rerum imperitus,
 rem maxime in redigit ad minimum, duo sola
 deligeat, quae sibi diceret intuenda. Quod si natus
 se esse dixisset, ut mundum inueneretur, quan-
 quam omnia comprehenderet, ac maiori utere-
 tur sono: tamen non impleisset hominis officium:
 quia quanto plura est anima quam corpus, tan-
 to plura est Deus, quam mundus: qui mundum
 Deus fecit, & regit. Non ergo mundus oculis,
 quia utrumque corpus est, sed Deus animo con-
 templandus est. * quia Deus, ut est ipse immor- ^{qui}
 talis, sic animum voluit esse sempiternum. Dei
 autem contemplatio est, venerari, & colere com-
 munem parentem generis humani. Quod si à
 philosophis abfuit, proleciq; in terram fuerunt
 divina ignorando: existimandus est Anaxago-
 res ad quae videnda natus esse se dixit, nec ce-
 lum vidisse, nec solem. Expedita est igitur homi-
 nis ratio, si sapiat: cuius propria est humanitas.

Nam ipsa humanitas quid est, nisi iustitia? quid iustitia, nisi pietas? Pietas autem nihil aliud est, quam Dei parentis agnitio.

De summo bono, religione, & hominis natura,
& pecudum. CAP. X.

Symmum igitur hominis bonum in sola religione est. Nam cetera etiam, quae putantur esse homini propria, in ceteris quoque animalibus reperiuntur. Cum enim suas voces proprijs inter se notis discernunt, atque dignoscunt, colloqui videntur. ridendi quoque ratio apparet in his aliis, cum demulsis auribus, contractoque rictu, & oculis in lasciviam resolutis, aut homini alludunt, aut suis quisque coniugibus, ac foetibus proprijs. Nonne aliquid amoris mutuo, & indulgentiae simile impatiunt? Jam illa, quae sibi prospiciunt in futurum, & cibos reponunt, habent utique providentiam. Rationis quoque signa in multis deprehenduntur. Nam quando vitia sibi appetunt, mala cavent, pericula vitant, latibula sibi parant in plures exitus disparentia, profecto aliquid intelligunt. Potest aliqui negare illis inesse rationem, cum hominem ipsum saepe deludant? Nam quibus generandi mellis officium est, cum assignatas incolunt sedes, castra muniant, domicilia inenarrabili arte componunt, regi suo seruiunt: nescio, an in his sit perfecta prudentia. Incertum igitur est, utrumne illa, quae homini tribuuntur, communia sint cum alijs

vine

uiuentibus : religionis certè sunt expertia. Equi
 dem sic arbitror, vniuersis animalibus datam ef
 se rationem, sed nullis tantummodo ad vitam
 tutandam, homini etiã ad propagãdam. Et quia
 in homine ratio ipsa perfecta est, sapientia no
 minatur : quæ in hoc eximium facit hominem,
 quòd soli datum est intelligere diuina. Qua de
 re Ciceroni vera sententia est : Ex tot, inquit,
 generibus nullum est animal præter hominem,
 quod habeat notitiam aliquam Dei : ipsisq; in
 hominibus nulla gens est neque tam immansue
 ta, neq; tam fera, quæ non, etiam si ignoret
 qualem haberi Deum deceat, tamen habendum
 sciat. Ex quo efficitur, vt ñ agnoscat Deum, qui,
 vnde ortus sit quasi recordetur. Qui ergo philo
 sophi volunt animos omni metu liberare, tollunt
 etiam religionem, & orbant hominem suo pro
 prio, ac singulari bono, quod est à rectè uien
 do, atq; ab omni humanitate disiunctum : quia
 vt Deus cuncta uiuentia subiecit homini, sic
 ipsum hominem sibi. Nam quid est, cur ñdem
 ipsi disputent, eò dirigendam esse mentem, quò
 vultus erectus est ? Si enim nobis celum spe
 ctandum est, ad nihil vtiq; aliud quàm ob re
 ligionem. Si religio tollitur, nulla nobis ratis
 cum celo est. Itaq; aut eò est spectandum, aut in
 terram procumbendum. In terram procumbere,
 * nisi velimus quidem, ñ possumus, quorum sta
 tus rectus est. In celum igitur spectandum est,
 quò natura corporis prouocat. Quod si constat
 esse

esse faciendum, aut ideo est faciendum, ut religioni seruiamus: aut ideo, ut rationem rerum celestium cognoscamus. Sed rationem rerum celestium cognoscere nullo modo possumus: quia nihil eiusmodi potest cogitando inueniri, sicut supra docui. Religioni ergo seruiendum est: quam qui non suscipit, ipse se prostermit in terram, & vitam pecuniam seruitus, humanitate se abdicat. Sapientiores igitur imperiti, qui etiam si errant in religione diligenda, tamen natura sua, conditionisq; meminerunt.

De religione, & sapientia, & summo bono.

C A P. XI.

C O N S T A T igitur totius humani generis consensu, religionem suscipi oportere: sed quomodo in ea erretur, explicandum est. Naturam hominis hanc Deus esse voluit, ut diuorum rerum cupidus, & appetens esset, religionis, & sapientie. Sed homines ideo falluntur, quod aut religionem suscipiunt omissa sapientia: aut sapientie soli student, omissa religione: cum alterum sine altero verum esse non possit. Cadunt ergo ad multiplices religiones, sed ideo falsas, quia sapientiam reliquerunt, quae illos docere poterat, deos multos esse non posse. Aut student sapientie, sed ideo falsae, quia religionem summi Dei omiserunt, quae eos ad veri scientiam potuit erudire. Sic homines, qui alterutrum suscipiunt, vitam deuiam, maximisq; erroribus plenam sequuntur: quoniam in his duobus insepa-
rabil

rabiliter connexis & officium hominis, & veri-
 tas omnis inclusa est. Miror itaq; nullum omni-
 no philosophorum extitisse, qui sedem, ac domi-
 cilium summi boni reperiret. Potuerūt enim sic
 querere: Quodcūq; est summum bonum, necesse
 est omnibus esse propositū. Voluptas est, quæ ap-
 petitur à cunctis: sed hæc & communis est cum
 belluis, & honesti vim non habet, & satieta-
 tem affert, & nimia nocet, & processu minui-
 tur etatis & multis non cōtingit: nam qui opi-
 bus carent, quorum maior est numerus, etiam
 voluptate carcant necesse est. Nō est igitur sum-
 mum bonum, sed ne bonum quidem voluptas.
 Quid diuitiæ? Multo magis. Nam & pauciori-
 bus, & plerūq; casu, & meritis sæpe, & non-
 nunquam scelere contingūt, & optantur ab ijs,
 qui eas iam tenent. Quid regnum ipsum? Ne id
 quidem. Nō enim cuncti homines regnare pos-
 sunt: & necesse est vniuersos summi boni capa-
 ces esse. Quæramus ergo aliquid, quod propo-
 situm sit omnibus. Num virtus? negari non po-
 test. quin & bonū sit, & omnium certè bonum:
 Sed si beata esse non potest, quia vis, & natura
 eius in malorum preferentia posita est, non est
 profecto summum bonū. Quæramus aliud. At
 nihil virtute prolebrus, nihil sapientia dignius
 inveniri potest. Si enim vitia ob turpitudine su-
 scienda sunt, virtus igitur appetenda est ob de-
 core. Quid ergo? Potest ne fieri, ut quod bonum,
 quod honestum esse constat, mercede, ac premio
 careat,

careat, sitq; tam sterile, ut nihil ex se commodi pariat? Labor ille magnus, & difficultas, & eluctatio aduersus mala, quibus hæc vita plena est, aliquid magni boni pariat, necesse est. Id vero quid esse dicemus? Num voluptatem? At nihil turpe ex honesto nasci potest. Num diuitias? Num potestates? At ea quidem fragilia sunt, & caduca. Num gloriam? Num honorem? Num memoriam nominis? At hæc omnia non sunt in ipsa virtute, sed in aliorum existimatione, atque arbitrio posita. Nam sæpe virtus & iniusta est, & malo afficitur. Debet autem id bonum, quod ex eo nascitur, ita coherere, ut diuelli, atq; abstrahi nequeat: nec aliter summum bonum videri potest, quam si & proprium sit virtutis, & tale, ut neq; adijci ei quequã, nec detrahi possit. Quid, quod in his omnibus contemnendis virtutis officia consistunt? Nam voluptates, opes, potentias, honores, eaq; omnia, quæ pro bonis habentur, non concupiscere, non appetere, non amare, quod ceteri faciunt, victi cupiditate, id est perfecte virtutis. Aliud ergo sublimius, atq; præclarior efficit: nec sinistra his presentibus bonis reluctatur, nisi quod maiora & ^{*veriora} desiderat. Non desperemus inueniri posse, modo verset se cogitatio in omnia, Neq; enim leuia, aut ludicra petuntur premia.

De anima, & corpore, & virtute. CAP. XII.

Sed queritur quid sit, propter quod nascimur: quid efficiat virtus, possimur sic inuenire.

figare. Duo sunt, ex quibus homo constat ani-
 ma, & corpus. Multa sunt propria animi, mul-
 ta propria corporis, multa utriq; communia, si-
 cut est ipsa virtus: quæ quoties ad corpus re-
 fertur, discernendi gratia, fortitudo nominatur.
 Quoniam igitur utriq; subia: et fortitudo, utriq;
 proposita dimicatio est, & utriusque ex dimica-
 tione victoria. Corpus, quia solidum est, & com-
 prehensibile, cum solidis, & comprehensibilibus
 cõfligat necesse est. Animus autem, quia tenuis
 est & inuisibilis, cum ijs congregatur hostibus,
 qui videri, tangiq; non possunt. Qui sunt autem
 hostes animi, nisi cupiditates, vitia, peccata?
 quæ si vicerit virtus, ac fugaverit, immacula-
 tus erit animus, atq; parus. Vnde igitur colligi
 potest, quid efficiat animi fortitudo? Nimirum
 ex coniuncto, & pari, hoc est, ex corporis for-
 titudine: quod cum in aliquam congressionem,
 certamenq; venerit, quid aliud ex victoria,
 quam vitam petit? Sive enim cum homine,
 sive cum bestia dimices, pro salute certatur. Er-
 go ut corpus vincendo id assequitur, ut non in-
 tereat: sic & animus, ut permaneat: & sicut
 corpus ab hostibus suis victum, morte multatur,
 ita superatus à vitijs animus, moriatur necesse
 est. Quid ergo intererit inter animi & corporis
 dimicationem, nisi quod corpus temporale vitã
 expetit, animus sempiternã? Si ergo virtus per
 seipsam beata nõ est, quoniam in perferendis (ut
 dixi) malis, tota vis eius est: si omnia, quæ pro
 bonis

bonis concupiscuntur, negligit: si summus eius gradus ad mortem patet, quandoquidem vitam, quæ optatur à ceteris, sæpe respuit, mortemquæ, quam ceteri timet, fortiter suscipit: si necesse est, ut aliquid ex se magni boni pariat, quia sustentati & superati vsq; ad mortem labores absq; premio haberi non possunt: si nullum premium, quod ea dignum sit, reperitur in terra, quandoquidem cuncta, quæ fragilia & caduca sunt, sperant, quid aliud restat, nisi ut caeleste aliquid efficiat, quia terrena uniuersa continent? & ad altiora nitatur, quia humilia despiciat? Id verò nihil potest esse aliud, quàm immortalitas. Merito ergo philosophorum non obscurus Euclides, qui fuit Megaricorum conditor disciplina, diffinitiens à ceteris, id esse summum bonum dixit, quod simile sit, & idem semper. Intellexit profecto, quæ sit natura summi boni, licet id non explicauerit quid sit: id est autem immortalitas, nec aliud omnino quicquam: quia sola nec imminui, nec augeri, nec immutari potest. Seneca quoque improprudens incidit, ut fieretur, nullum esse aliud virtutis premium, quàm immortalitatem. Latidans eum virtutem in eo libro, quem de immatura morte conscripsit, Vna, inquit, res est virtus, quæ nos immortalitate donare possit, & pares Dijs facere. Sed & Stoici, quos secutus est, negant sine virtute effici quæquam beatum posse. Ergo virtutis premium beata vita est, si virtus (ut rectè dictum est) beatam vitam facit. Non est
igitur

igitur (vt aiunt) propter seipsam virtus expeten-
 da, sed propter vitam beatam, quæ virtutem ne-
 cessario sequitur. Quod argumentum docere eos
 potuit, quod esset summum bonum. Hæc autem vi-
 ta præsens & temporalis beata esse non potest,
 quia malis est subiecta per corpus. Epicurus
 Deum beatum & incorruptum vocat, quia sem-
 piternus est. Beatitudo enim perfecta esse debet,
 vt nihil sit, quod eam vexare, ac imminuere,
 aut immutare possit. Nec aliter quisquam exi-
 stimari beatum potest, nisi fuerit incorruptum.
 Incorruptum autem nihil est, nisi quod est im-
 mortale. Sola ergo immortalitas beata est, quia
 corrumpi, ac dissolui nõ potest. Quod si cadit in
 hominem virtus, quod negare nullus potest, ca-
 dit & beatitudo. Non potest enim fieri, vt sit mi-
 ser, qui virtute est præditus. Si cadit beatitudo,
 ergo & immortalitas cadit in hominem, quæ
 beata est. Summum igitur bonum sola immorta-
 litas inuenitur: quia nec aliud animal, nec cor-
 pus attingit, nec potest cuiquam sine sciẽtiæ vir-
 tute, id est, sine Dei cognitione, ac utilitate obue-
 nire. Cuius appetitio quàm vera, quàm recta
 sit, ipsa vita horuscemodi cupiditas indicat: quæ
 licet sit temporalis, & labore plensana, expetitur
 tamẽ ab omnibus, & optatur. Hanc enim tam se-
 ues quàm pueri, tam reges quàm infimi, tam de-
 iqi sapientes quàm stulti cupiunt. Tanti est (vt
 Anaxagora visum est) contemplatio celi, ac
 lucis ipsius, vt quisquẽ miseris libeat susti-

nere. Cum igitur laboriosa haec, & brevis vita,
 non tantum hominum, sed etiam ceterorum ani-
 mantium consensu magnam bonum esse ducatur,
 manifestum est eandem summum, ac perfectum
 fieri bonum, si & sine careat, & omni malo.
 Denique nemo unquam extitisset, qui hanc ipsam
 breuem contemneret, aut subiret mortem, nisi
 spe vite longioris: nam illi, qui pro salute ci-
 uium, voluntaria se neci obtulerunt, sicut The-
 bis Menocceus, Athenis Codrus, Roma Cur-
 tius, & Mures duo Decij, nunquam mortem vi-
 ta commodis praeulissent, nisi se immortalita-
 tem opinione civium consequi putavissent: qui
 tamen si nescierunt immortalitatis viam, res ta-
 men eos non fecellit. Si enim virtus, divitias, &
 opes ideo contemnit, quia fragiles sunt: volupta-
 tes ideo, quia breves: ergo & vitam fragilem,
 brevemque idcirco contemnit, ut solidam, & perpe-
 tuam consequatur. Ipsa igitur cogitatio per ordi-
 nem gradus, & universa considerans, perdu-
 cit nos ad eximium illud, & singulare, cuius causa
 nascimur, bonum. Quod si fecissent philosophi,
 si non quod semel apprehenderant, tueri perti-
 naciter maluissent, profecto peruenissent ad ve-
 rum hoc, quod ostendi modo. Quod si non fecerunt
 qui caelestes animas una cum corporibus extin-
 guunt: illi tamen, qui de immortalitate animae
 disputant, intelligere debuerunt, ideo propo-
 sitam nobis esse virtutem, ut perdomiti libi-
 dinibus, terramque terrenis cupiditate supe-
 rata,

rata, pura, ac viētrices animæ ad Deum, id est, ad originem suam reuertuntur. Idcirco enim solis animantium ad aspectum talis erecti sumus, ut summum bonum nostrum in summo Deo esse credamus. Ideo religionem solum capimus, ut ex hoc sciamus, humanum spiritum non esse mortalem, quod Deum, qui est immortalis, & desiderat, & agnoscat. Igitur ex omnibus philosophis qui aut scientiâ pro summo bono, aut virtutem sibi amplexi, tenuerunt quidem viam veritatis, sed non peruenerunt ad summum. Hæc enim duo sunt, quæ simul efficiunt illud, quod queritur. Scientia id præstat, ut quemodo, & quò perueniendum sit nouerimus: virtus, ut perueniamus. Alterum sine altero nihil valet: ex scientia enim virtus, ex virtute summum bonum nascitur. Beata igitur vita, quam philosophi quæsuerunt semper, & querunt, siue in cultu Deorum, siue in philosophia, nulla est. Et ideo non potuit ab his reperiri, quia summum bonum non in summo quæsuerunt, sed in imo. Summum autem quid est, nisi cælum, & Deus, vnde animus oritur? Inimicum quid est, nisi terra, vnde corpus est? Itaque licet quidam philosophi summum bonum non corpori, sed animo dederint, tamē quoniâ ad illud hanc virtutem reuoluerunt, quæ cum corpore terminatur, ad corpus reuoluti sunt: cuius est omne hoc tēpus, quæa transigitur in terra. Quare non immerito summum bonum non comprehendunt: quia qui quid ad corpus spectat, & immortalitatis est expers,

LIBROS

0 2

vnam

DEL DR.

L. MARCO

Biblioteca de Madrid

* modo

num sit, necesse est. Non cadit ergo in hominē
 beatitudo illo modo, quo philosophi putauerunt:
 sed ita cadit, nō ut tunc beatus sit, cum viuit in
 corpore, quod vique, vt dissoluatur, corrūpi ne-
 cesse est: sed tunc in anima & societate corporis li-
 berata, in solo spiritu viuit. Hoc* vno beati esse
 in hac vita possumus, si minimē beati esse videa-
 mur: si fugientes illecebras voluptatū, soliq; vir-
 tuti seruientes, in omnibus miseris laborib; q;
 viuamus, quę sunt exercitia & corroboramētā
 virtutis: si deniq; asperam illam vitam, diffi-
 lem; teneamus, quę nobis ad beatitudinē pate-
 facta est. Summum igitur bonum, quod facit
 beatos, non potest esse, nisi in ea religione atq;
 doctrina, cui spes immortalitatis adiuncta est.

De summo bono in immortalitate, sapientia, phi-
 losophia, & eloquentia. CAP. XIII.

Res exigere videtur hoc loco quoniā do-
 cuimus immortalitatem esse summum bo-
 num, eo ipso immortale esse animam comproba-
 mus. Quę de re ingens inter philosophos disce-
 ptatio est: nec qui quā tamen explicare, aut pro-
 bare potuerūt ū qui verum de anima sentiebāt:
 expertes enim huius diuine eruditionis, nec ar-
 gumenta vera quibus vincerēt, attulerūt, nec te-
 stimonia, quibus probarēt. Sed opportunius hęc
 quæstionem tractabimus in ultimo libro, cum
 de vita beata nobis erit discernendum. Superest
 pars illa philosophię tertię, quę vocant logi-
 cam, id est, rationale, in quā tota dialectica, &
 omnis

omnis loquendi ratio continetur. Hanc diuina
 eruditio non desiderat: quia nō in lingua, sed in
 corde sapientia est. nec interest, quomodo utare ser-
 mone res eum, non verba quæritur. Et nos non
 de grammatico aut oratore, quorum scientia
 est, quomodo loqui deceat: sed de sapiente disse-
 rimus, cuius doctrina est quomodo viuere oportet.
 Quod si neque physica illa ratio necessaria
 est, neque hæc logica, quia beatum facere non hoc
 fuit, restat ut in sola ethica totius philosophie
 vis contineatur: ad quam se abiectis omnibus
 Socrates contulisse dicitur. In qua etiam parte
 quoniam philosophos errasse docui, qui summū
 bonum, cuius capiendi gratia generati sunt, nō
 comprehenderunt, apparet falsam, & inane
 esse omnem philosophiam: quia nec instruit ad
 iustitie munera, nec officium hominis, rationemque
 confirmat. Sciāt igitur errare se, qui putant philo-
 sophiam esse sapientiam: non trahantur autori-
 tate cuiusquæ, sed veritati potius faueāt, & ac-
 cedāt. Nullus hinc temeritati locus est: in æternū
 stultitiæ pœna subeunda est, si aut persona in-
 anis, aut opinio falsa deceperit. Homo autē, qua-
 liscunq; est, si sibi credit, hoc est, si homini credit
 (ut non dicam stultus, qui suum non videat er-
 rorem) certē arrogans est, qui sibi audeat vendi-
 care, quod humana conditio nō recipit. Ille ipse
 Romane lingue summus autor quantum fallax
 est, licet ex illa sententia peruidere: qui cum in
 libris Officiorum philosophiam nihil aliud esse
 dixisset

dixisset, quàm studium sapientie, ipsam autem sapientiam, rerum diuinarum, & humanarum scientiam, cum adiecit: Cuius studium qui vituperat, haud sanè intelligo quidnã sit, quod laudãdũ putet. Nã siue oblectatio queritur animi, requiesq; curarum, que confertur cum eorum studio
 * potest, dys* possunt, qui semper aliquid inquirent, quod spectet, & valeat ad bene beateq; viuendum:
 * quæritur: siue ratio constantie, virtutisq; * dicitur: aut hec est ars, aut nulla omnino, per quã eas assequimur. Nullam dicere maximarum rerum artem esse, cum minimarum siue arte nulla sit, minimum est parum considera e loquentium, atq; maximis in rebus errantium. Si autem est aliqua disciplina virtutis, vbi ea queretur, cum ab isto genere discendi discesseris? E quidẽ tametsi opera dederim, vt quã uiamcunq; dicendi assequer facultatem propter studiu docendi, tamẽ eloquens nunquam fui: quippe qui forum ne attingerim quidem, sed necesse est, ipsa me faciat cause bonitas eloquentem: ad quã disertè, copiosq; defendendã, scientia diuinitatis, & ipsa veritas sufficit. Vell in igitur Ciceronem paulisper ab inferis surgere, vt vir eloquentissimus ab homunculo non diserto doceretur. Primum quidnã sit, quod laudandum putet, qui vituperat id studiũ, quod vocatur philosophia. Deinde neq; illam esse artem, quia virtus & inũbita discatur, nec aliam vllam, sicut putauit. Postremò quoniam est virtutis disciplina, vbi querenda sit,

fit, cum ab illo discendi genere discefferis: quod ille non audiendi, discendiq; gratia querebat. A quo enim posset audire, cum sciret id nemo? Sed, ut in causis facere solebat, interrogatione voluit urgere, ad confessionemq; perducere, tanquam confideret, responderi prorsus nihil posse, quo minus philosophia esset magistra virtutis. Quod quidem in Tusculanis disputationibus aperte professus est, ad eam ipsam conuersa oratione, tanquam se declamatorio dicendi genere iactaret: O vite philosophia dux, inquit, o virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum: quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu inuentrix legum, tu magistra morum, ac discipline funti. Quasi verò aliquid per se ipsa sentiret, ac non potius ille laudandus esset, qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo, & potui, quia sine his rebus vita constare non possit, in quibus ut sensus, ita beneficij nihil est. Atqui ut illa corporis alimenta sunt, sic anime sapientia.

De Epicuro, & philosophia, & Cicetone.

CAP. XIII.

Rectius itaq; Lucretius, cum eum laudat, qui sapientiam primus inuenit: sed hoc inepte, quod ab homine inuentam putauit. Quasi verò illam alicubi iacentem homo ille, quem laudabat, inuenerit, tanquam tibias ad fontem, ut poëta aiunt: quod si repertorem sapientia, ut Deum laudauit: ita enim dicit:

o 4

Nemo

Nemo (vt opinor) erit mortali corpore cretus.
 Nam si vt ipsa petit maiestas cognita rerum,
 Discidu est: Deus ille fuit, Deus inelyte Mēni.
 Tamē non erat sic laudāndus Deus, quōd sapien-
 tiam inuenerit, sed quod homin: m fecerit, qui
 posset capere sapientiam. Minuit enim laudem,
 qui partem laudat ex toto. Sed ille vt hominem
 laudauit, qui tamen ob id ipsum deberet pro
 Deo haberi, quōd sapere inuenerit. nam sic ait:
 - Nōno decebit,

Nunc hominē numero diuinū dignariet esse?
 Hinc apparet, aut Pythagorā voluisse laudare,
 qui se primus (vt dixi) philosophiā nominauit,
 aut Milesium Thalem, qui de rerū natura pri-
 mus traditur disputasse. Sed dum hominē que-
 rit extollere, rem ipsam depressit: non est enim
 magna, si ab homine potuit inueniri. Verūm po-
 test, vt poēta, dari uenit. At ille Cicero idē perfe-
 ctus orator, summusq; philosophus, ne Græcos
 reprehendā, quorum leuitatē semper accusat, &
 tamen sequitur ipsum sapientia, quā aliās do-
 num, aliās inuentum Deorum uocat, poēticē fi-
 guratam laudat in fatiē. Grauiter etiam que-
 ritur extitisse aliquos, qui eam vituperarent.
 Quisquāme, inquit, vituperare uite parētē, &
 hoc parricidio se inquinare audeat, & tam im-
 piū ingratus esse? Nos ergo, M. Tulli, parricide
 sumus, & insuendi te iudice in culeū, qui philo-
 sophiam negamus parientem uite esse? An tu,
 qui actūe fuis Deum tam impiā ingratus es (non
 hunc

hunc, cuius effigie veneraris in Capitolio sedentem: sed illum qui mundum fecit, hominemque ^{* generavit.} figuravit, qui sapientiam quoque ipsam inter cetera caelestia beneficia largitus est) magistram tu virtutis, aut parentem vite vocas, ad quam si quis accesserit, multo sit incertior necesse est, quam prius fuerit? Cuius enim virtutis? quae ipsa ubi sita sit, adhuc philosophi non expediunt. Cuius vite? cum ipsi doctores ante fuerint senectute, ac morte confecti, quam constituerint, quomodo tui doceat. Cuius veritatis indagatricem profiteri potes? qui saepe testaris, cum tanta multitudo fuerit philosophorum, sapientem tamen extitisse adhuc neminem. Quid ergo te magistra vite illa docuit? An ut potentissimum consulem maledictis incesseres? eumque hostem patriae venenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa, quae possunt excusari fortune nomine. Studuisti nebe philosophia, et quidem sic, ut nullus unquam diligentius: quippe qui omnes cognoveris disciplinas, sicut ipse gloriari soles, eamque ipsam Latinis literis illustraveris, imitatoremq; te Platonis ostenderis. Cedo igitur quid didiceris, aut in qua secula veritatem deprehenderis? In Academia scilicet, quam secutus es, quam probasti. At haec nihil docet, nisi ut scias, te nihil scire. Tui ergo te libri arguunt, ^{* quam nihil a philosophia disci} cum possit ad vitam. Haec tua verba sunt: Mihi autem non modo ad sapientiam caeci videmur, sed ^{* cum} etiam ea ipsa, quae aliqua ex parte cerni videntur,

hebetes, & obtusi. Si ergo philosophia vite ma-
 gistra est, cur tibi ipse cecus, & hebes, & obtu-
 sus videbare, quem oportuit illa docentem, &
 sentire, & sapere, & in clarissima luce versari?
 At quam confessus fueris philosophia verita-
 tem, docent ad filium composita precepta, qui-
 bus mones, philosophia quidem precepta noscen-
 da, viuendum autem esse civiliter. Quid tam re-
 pugnant dicitur potest? Si noscenda sunt precepta
 philosophia, ideo utiq; noscenda sunt, ut rectè,
 sapienterq; viuamus. Vel si civiliter viuendum
 est, non est utiq; philosophia sapientia: si qui-
 dem melius est civiliter, quàm philosophicè vi-
 uere. Nam si sapientia est, que dicitur philoso-
 phia, stultè profectò viuit, qui non secundum phi-
 losophiam viuit. Si autem non stultè viuit, qui
 civiliter viuit, sequitur ut stultè viuatur, qui philo-
 sophicè viuit. Tuo itaq; iudicio philosophia stul-
 titia, vanitatisq; damnata est. Idem in Consola-
 tione, id est, in opere non ioculari, hanc de philo-
 sophia sententiam tulisti: Sed nescio quis nos te-
 neat error, ac miserabilis ignoratio veri. Vbi est
 ergo philosophia magisteriu? aut quid te docuit
 illa vite parens, si verum miserabiliter ignoras?
 Quod si hec erroris, ignorationisq; confessio, penè
 inuiso tibi ab intimo pectore expressa est, cur
 non tibi aliquando verum fatebaris, philoso-
 phiam, quam tu nihil docentem in celum laudi-
 bus extulisti, magistratam virtutis esse non posse?
 De

De philosophia & vera sapientia.

C A P . X V .

Eodem ductus errore Seneca (quis enim veram viam teneret, errante Cicerone?) Philosophia, inquit, nihil aliud est, quam recta viuendi ratio, vel honeste viuendi scientia, vel ars recte vite agende. Non errabimus, si dixerimus philosophiam esse legem bene, honesteq; viuendi. Et qui dixit illam regulam vite, suum illi nomen ꝛ reddidit. Hic plane non respexit ad communem philosophiæ nomen, que cum sit in plureis, scilicet, disciplinasq; diffusa, nihilq; habeat certi, nihil demque de quo vniuersi vna mente, ac voce consentiant: quia potest esse tam falsum, quam regulã vite, philosophiã nominari, in qua diuersitas preceptorũ rectũ iter impediat, & turbet? aut legem bene viuendi, cuius capita longè dissonant: aut scientiam vite agende, in qua nihil aliud efficitur, contrariis sepe disendo, quam vt nemo quicquã sciat? Quæro enim, virumne Academicam philosophiam putet esse, an non? Negaturum nõ arbitror: quod si est, nihil ergo illorum cadit in philosophiam: que vt omnia reddat incerta, legẽ abrogat, artem nullam putat, rationem subuertit, regulam deprauat, scientiam funditus tollit. Falsa igitur illa omnia: quia in re semper incertã, & adhuc nihil explicatẽ cadere non possit. Nulla itaq; ratio, vel scientia, vel lex bene viuendi, nisi in hac vnica, & vera, & celestis sapientia constituta est, que philosophis fuit ignota.

ignota. Nam illa terrena, quoniam falsa est, sit va-
 ria, & multiplex, sibiq; tota contraria est: et si-
 cut unus est huius mundi constitutor, & rector
 Deus, vna veritas, ita vnam esse, ac simplicem
 sapientiam, necesse est: quia quicquid est verum,
 ac bonum, id perfectum esse non potest, nisi fuerit
 singulare. Quod si philosophia vitam possit in-
 struere, nulli alij nisi philosophi essent boni: &
 qui eam non didicissent, essent omnes semper
 mali: cum innumerabiles existant, & semper
 existerint, qui sint, aut fuerint sine vlla doctri-
 na boni: ex philosophis autem peritior fuerit, qui
 aliquid in vita fecerit laude dignum. Quis est tan-
 dem, qui non videat, eos omnes virtutis, qua
 ipsi egent, non esse doctores? Nam si quis mores
 eorum diligenter inquirat, inueniet iracundos,
 cupidos, libidinosos, arrogantes, proteruos, & sub
 obtentu sapientiae suae vitia celantes, domi facien-
 tus ea, quae in scholis arguissent. Melior fortasse
 accusandi gratia, nonne id ipsum Tullius & sit-
 tetur, & queritur? Quotus quisque, inquit, phi-
 losophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita
 animo, & vita constitutus, ut ratio postulat?
 qui disciplinam suam, non ostentationem scien-
 tiae, sed legem vitae putet? qui obtemperet ipse
 sibi, & decretis pareat suis? Videre licet alios
 tanta leuitatis & iactationis, ut his fuerit non
 didicisse melius: alios pecuniae cupidos, alios glo-
 riae, multos libidinum seruos, ut cum eorum vi-
 ta mirabiliter pugnet oratio. Nepos quoq; Cor-
 nelio

melius ad eundem Ciceroem ita scribit: Tan-
 tum abest, ut ego magistram putem esse vite
 philosophiam, beatamque vita perfectricem, ut nul-
 lus magis existimem opus esse magistris viuendi,
 quam plerisque, qui in ea disputando versantur.
 Video enim magnam partem eorum, qui in scho-
 la de pudore, de continentia precipiant argu-
 tissime, eosdem in omnium libidinum cupidita-
 tibus vivere. Item Seneca in exhortationibus:
 plerique, inquit, philosophorum tales sunt, diser-
 ti in conuiciu suum, quos si audias in auaritia,
 in libidinem, in ambitionem perorantes, in iudi-
 cium sui professos pates: adeo redndant ad ipsos
 maledicta in publicum missa, quos non aliter
 intueri decet, quam medicos, quorum tituli re-
 media habent, pyxides venena. Quosdam vero
 nec pudor vitiorum tenet, sed patrocina turpi-
 tudini sue fingunt, ut etiam honeste peccare vi-
 deantur. Faciet sapiens (inquit idem Seneca)
 que non probabit, ut etiam ad maiora trans-
 itum inueniat: nec relinquet bonos mores: sed
 tempori aptabit: & quibus alij vtuntur in glo-
 riam, aut voluptatem, vtatur agende rei cau-
 sa. Deinde paulo post: Omnia, que luxuriosi
 faciunt, queque imperiti, faciet & sapiens, sed
 non eodem modo, eodemque proposito. Atqui nihil
 interest, quo animo facias, quod fecisse vitiosum
 est: quia facta cernuntur, animus non videtur.
 Aristippo Cyrenaicorum magistro cum Laide
 quodam scorto fuit consuetudo: quod flagitium gra-
 uis

uis ille philosophie doctor sic d. fudebat, vt diceret, multum inter se, & ceteros Laidis amatores interesse, quod ipse haberet Laidem, alij vero à Laide haberentur. O praclara, & bona limitanda sapientia! Huic vero liberos in disciplinam daret, vt discerent habere meretricem? Aliquid inter se, ac perditos interesse dicebat: scilicet quod illi bona sua perderent, ipse gratis luxuriaretur. In quo tamen sapientior meretrix fuit, quae sic philosophi habuit pro lenone, vt ad se omnis iuuentus, doctoris exemplo, & autoritate, corrupta, sine vilo pudore concurreret. Quid ergo inter fuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commeret, cum cum populus, & riuales sui viderent omnibus perditis nequiores? Nec satis fuit ita viuere, sed docere etiam libidines coepit, ac mores suos de lupanari ad scholam transtulit, disserens voluptatem corporis esse summum bonum. Quae doctrina execrabilis, & pudenda, non in corde philosophi, sed in sinu meretricis est nata. Nam quid ego de Cynicis loquar? quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit. Quid mirum, si à canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum, nomenq; traxerunt? Nullum igitur in hac disciplina magisterium virtutis est, cum etiam illi, qui honestiora precipiunt, aut non faciunt ipsi quae suadent: aut si faciunt (quod raro accidit) non disciplina eos ad rectum, sed natura perducit, quae sapius
etiam

etiam indoctos impellit ad laudem.

De præcipiendo, & agendo, & Philosophia.

CAP. XV

Verum enim cum se perpetue desidia tradant, nullamque virtutem capeffant, & omnem suam vitam nihil aliud, quam in eloquendo peragant, quid aliud quam inertes putari debent? Sapientia enim, nisi in aliquo actu fuerit, quo vim suam exercent, inanis, & falsa est. Recteque Tullius cives viros qui Rempublicam gubernent, qui vrbes aut nouas constituant, aut constitutas æquitate tueantur, qui salutem, libertatemque ciuium vel bonis legibus, vel salubribus consilijs, vel iudicijs grauius conseruent, philosophiæ actoribus præfert. Bonos enim facere oportet potius, quam inclusos in angulis facienda præcipere, que ne ipsi quidem faciunt qui loquuntur: & quoniam se à veris actibus remouerant, apparet eos, exercende lingue causa, vel aduocandi gratia, artem ipsam philosophiæ reperisse: qui autem docent tantum, nec faciunt, ipsi præceptis suis detrahunt pondus. Quis enim obtemperet, cum ipsi præceptores doceant non obtemperare? Bonum est autem, recta, & honesta præcipere: sed nisi & facias, mendacium est, & incongruens, atque ineptum est, non in peccatore, sed in labijs habere bonitatem. Non ergo veritatem ex philosophia: sed obiectione petunt. Quod quidem Cicero testatus est. Profecto, inquit, omnis istorum disputatio, quam

quam uberrimos fontes virtutis, & scientie consoneat, tamen collata cum horum actus, perfectisq; rebus, vereor ne tantum videatur attulisse negotijs hominis quandam oblectationem otij. Vereri quidem non debuit, cum verum diceret: sed quasi timeret, ne proditi mysterij rerum à philosophis citaretur, non est ausus consistenter pronuntiare quod fuit verum. illos non idè disputare, ut doceant, sed ut se oblectent in otio: qui quoniam auctores sunt rerum gerendarum, nec ipsi quicquã gerunt, pro loquacibus sunt habendi. Sed profecto, quoniam nihil ad vitam boni affererent: nec ipsi decretis suis obtemperarent, nec quisquam per tot secula inuentus est, qui eorum legibus viveret. Abijcienda est igitur omnis philosophia: quia non studendum sapientie, quod sine ac modo caret: sed sapiendum est, & quidem mature. Non enim nobis altera vita conceditur, ut, cum in hac sapientiam queramus, in illa sapere possimus: in hac utrumque fieri necesse est. Cito inueniri debet, ut cito suscipi possit: ne quid pereat ex vita, cuius finis invertitur est. Ciceronis Hortensius contra philosophiã differens, circumuenter arguta conclusione, quod cum diceret philosophandi nõ esse, nihilominus philosophari videbatur: quoniam philosophi est, quid in vita faciendum, vel non faciendum sit, disputare. Nos ab hac cal omnia immunes, ac liberi sumus, qui philosophiam tollimus, quia humane cogitationis inuẽtio est. Sophiam
d. fend

defendimus, quia divina traditio est, eamq; ab omnibus suscipi oportere testamur. Ille, cum philosophiam tolleret, nec melius aliquid afferret, sapientiam tollere putabatur: eoque facilius de sententia pulsus est, quia constat hominem non ad stultitiam, sed ad sapientiam nasci. Præterea illud quoque argumentum contra philosophiam valet plurimum, quo idem est vsus Hortensius, ex eo ipso posse intelligi, philosophiam non esse sapientiam, quod principium, & origo eius appareat. Quædo, inquit, philosophi esse cæperunt? Thales (ut opinor) primus, recens hæc quidem ætas: ubi ergo apud antiquiores latuit amor vite inuestigande veritati? Idem Lucretius ait: Deniq; natura hæc rerum, ratioq; reperta est Næper: et ^{hæc} primus cum primus ipse reperitus. ^{hæc} primus
 Nunc ego sum, in patrias qui possunt vertere voces. ^{mum}
 Et Seneca: Nondum sunt, inquit, mille anni, ex quo initia sapientie nota sunt. Multis ergo seculis humanum genus sine ratione vixit. Quod irridens Persius, Postquam, inquit, sapere vitæ cum pipere, & palmis venit, tanquam sapientia cum saporis mercibus fuerit inuicta: qua secundum hominis naturam est, cum homine ipso cæperit, necesse est: si verò non est, nec capere quidem illa posset humana natura. Sed quia recepit, in principio igitur fuisse scientiam necesse est: ergo philosophia, quia non à principio fuit, non est eadem vera sapientia: sed videlicet Græci, qui sacras veritati literas non attigerant, quomodum
 P modum

modum deprauata esset sapientia, nesciunt. Et ideo cum vacare sapientia humanam vitam putarent, philosophiam commenti sunt, id est, latentem, atque ignotam sibi veritatem differendo erubere voluerunt, quod studium per ignorantiam veri, sapientiam putauerunt.

De Philosophia, & indulgentia Epicuri.

CAP. XVII.

Dixi de philosophia ipsa, quam breuiter potui: nunc ad philosophos veniamus, non ut cum isdem certemus, qui stare non possunt, sed ut eos fugientes, atque deiectos nostra campo insequamur. Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit, quam ceterorum: non quia veri aliquid afferat, sed quia multos ad populare nomen voluptatis inuolat. Nemo enim non in vitia prauus est. Preterea, ut ad se multitudinem contrahat, apposita singulis quibusque moribus loquitur. Desiderosum vetat literas discere, auarum populari largitione liberat, ignauiam prohibet accedere ad Rempubl. pigram exerceri, simulum militare. Irreligiosus audit Deos nihil curare: inhumanus, & suis commodis seruicus iubet nihil cuiquam tribuere, omnia enim sui causa facere sapientem. Eugienti turbam solitudo laudatur. Qui nimium parcus est, disceit aqua et potula vitam posse tolerari. Qui ouis uxorem, huius enumerantur calibatus boni: habent malos liberos, orbis praed. catur. Aduersus impios parentes

rētes nullum esse vinculum naturę. Impatienti,
 ac delicato, dolorem esse omnium malorū maxi-
 mum dicitur: forti etiam in tormentis, beatum
 esse sapientem. Quis claritati, ac potentie studet,
 huic precipitur reges colere: qui molestiam ferre
 non potest, huic regiam fugere. Ita homo aditus
 ex varijs, diuersisq; *moribus circulum* colligit: *modis
 et dum studet placere omnibus, maiore discordiis
 *cogit
 secum ipse pugnauit, quā inter se vniuersi. Vn-
 de autem disciplina eius tota descendat, quam
 originem habeat, explicandum est Videbat Epi-
 curus bonis aduersa semper accidere, paupertate,
 labores, exilia, charorum amissiones: malos
 contra, beatos esse, augeri potentia, honoribus
 affici: videbat, innocentiā minus tutam, scelera
 impunē committi: videbat, sine delectu morum,
 sine ordine, ac discrimine annorum scire mor-
 tem, & alios ad senectutem peruenire, alios in-
 fantes rapi, alios iam robustos interire, alios in
 primo adolescentie flore immaturis sui ribus
 extingui: in bellis meliores potius & vinci, &
 perire. Maximē autem commouebat, homines in
 primis religiosos grauioribus malis *affligi: vs au-
 tem, qui aut Deos omnino negligenter, aut non
 pie colerent, vel minora incommoda euenire, vel
 nulla ipsa etiam sepe tēpla fulminibus conflagra-
 re. Quod Lucretius queritur, cum dicit de Deo:

- Tum fulmina mittat, & ad eis
 ipse suis disturbet: & in diserta recedens
 Saniat exercens telum: quod sepe nocenteis

Præterit, exanimatq; indignos, inq; merentes.
 Quod si vel exiguam veritatis auram colligere
 potuisset, nunquam diceret, illi ades suas distur-
 bare. cum ideo disturbet, quod non sint sua. Ca-
 pitolium, quod est Romanae urbis, & religionis
 caput summum, non si mel, sed sapius, fulmine
 ictum conflagrauit. Homines autem ingeniosi
 quid de hoc existimauerint, ex dicto Ciceronis
 apparet: qui ait, diuinitus extitisse illam flam-
 mam: non que terrestris illud domicilium totius
 deleteret, sed que sublimius, magnificentiusq; de-
 posceret. Qua de re etiam in libro Consularis
 sui eadem dixit, que Lucretius:

Nam pater altitonans stellanti nixus olympo,
 Ipse suas artes, atq; in lyta templa petiuit,
 Et Capitolini iniecit sedibus ignes.

Pertinaci ergo stultitia non modo vim maiesta-
 temq; veri Dei non intellexerunt, sed etiam im-
 pietatem sui erroris auxerunt, qui templum ce-
 lesti iudicio sepe damnatum restituere contra
 fas omne contenderint. Cum hæc igitur cogitaret
 Epicurus, earum rerum velut iniquitate indu-
 ctus, (sic enim causam rationemq; ignorantia vi-
 debatur) existimauit nullam esse providentiam.
 Quod cum sibi persuasisset, suscepit etiam defen-
 dendum: si in errores inexcitabiles se ipse in-
 clusit. Si enim providentia nulla est, quomodo
 tam ordinatè, tam dispositè mundus esset. Cuius est
 Nulla, inquit, dispositio est: multa enim facta
 sunt aliter, quam fieri debuissent. Et inuenit ho-

mo diuinus, que reprehenderet. Que singula si
 vacaret refellere, facile offederem, nec sapientem
 hunc fuisse, nec sanum. item si nulla providentia
 est, quomodo animalium corpora tam providen-
 ter ordinata sunt, ut singula queq; membra mi-
 tabili ratione disposita, sua officia conseruent?
 Nihil, inquit, in procreandis animalibus provi-
 dentia ratio molita est. Nam neq; oculi ad viden-
 dum facti sunt, neq; aures ad audiendum, neque
 lingua ad loquendum, neq; pedes ad ambulan-
 dum: quoniam hæc prius nata sunt, quam esset,
 loqui, audire, videre, ambulare. Itaq; non hæc ad
 usum nata sunt, sed usus ex illis natus est. Si nul-
 la providentia est, cur imbres cadat, fruges oriun-
 tur, arbuta frondescent? Non, inquit, semper
 animantium causa ista fiunt: quoniam providen-
 tia nihil profunt, sed omnia sua sponte fieri, ne-
 cesse est. Unde ergo nascuntur, aut quomodo fiunt
 omnia, que geruntur? Non est, inquit, providen-
 tia opus: sunt enim femina per mane volitantia,
 quibus inter se temere conglobatis, vniuersa gi-
 gnuntur, atq; concresecunt. Cur igitur illa non sen-
 timus, aut uernimus? Quia nec colorem habent,
 inquit, nec calorem vllum, nec odorem: saporis
 quoque, et humoris experientia sunt, et tam mi-
 nuta, ut secari, ac diuisi nequeant. Sic enim, quia
 in principio factum suscep. rat, consequentium
 rerum necessitas ad deliramenta perduxit. Vbi
 enim sunt, aut vnde ista corpuscula? Cur nemo
 illa præter vnum Leucippum somniauit? à quo

Democritus eruditus, hereditatem stultitie reliquit Epicuro. *Quæ si sunt corporis uia, & quidem solida, ut dicunt, sub oculos ceriè venire possunt. Si eadè est natura omnium, quomodo res varias efficiunt? Vario, inquit, ordine, ac positione conueniunt, sicut literæ: quæ cum sint pauca, variè tamen collocatæ, innumerabilia uerba consciunt. At literæ varias formas habent. Ita, inquit, & hæc ipsa primordia: nam sunt aspera, sunt hamata, sunt leuia. Scari ergo, ac diuidi possunt, si aliquid inest illis, quod emineat. Si autem leuia sunt, & humoris indigent, coherere non possunt. Hamata igitur esse oportet, ut possint inuicem concatenari. Cum uerò tam minuta esse dicantur, ut nulla ferri autis disici valeant, quomodo hamos, aut angulos habent? Quos, quia extant, necesse est posse diuelli. Deinde quo se dere interserere, qua mente conueniunt, ut ex his aliquid constitutatur, si sensu carent, nec coire tam dispositè possunt? quia non potest quicquam rationale perficere, nisi ratio. Quàm multis coargui hæc uanitas potest, sed properat oratio. Hic est ille;*

*Qui genus humani ingenio superauit, & oes
Restrinxit stellas, exortus uel ætherius sol.*

*Quos equidem uersus nunquam sine risu legere
possum. Non enim de Socrate, aut Platone hoc
saltem dicebat, qui uelut reges habentur philo-
sophorum: sed de homine, quo sano, & rigente
nullus eger ineptius delirauit: itaque poeta in-
mensum leonis laudibus murem non ornauit, sed
obruit.*

obruit, & obrivit. At idem nos liberat metu mortis, de qua hæc ipſius expreſſa verba ſunt: Quando nos ſumus, mors non eſt: quando mors eſt, nos non ſumus: mors ergo nihil ad nos. Quam argute nos ſefellit! quaſi verò tranſacta mors timeatur, quia iam ſenſus creptus eſt: ac non ipſum mori, quo ſenſus eripitur. Eſt enim tempus aliquod, quo & nos iam non ſumus, & mors tamen nondum eſt. Idq; ipſum videtur eſſe miſerum, cum & mors eſſe incipit, & nos eſſe deſinimus. Nec fruſtrâ dictum eſt, MORS miſera non eſt. Aditus ad mortem eſt miſer, hoc eſt, morbo tabeſcere, iclum perpeti, ferrum corpore excipere, ardere igni, dentibus beſtiarum lanari: hæc ſunt, quæ timentur, non quia mortem aſſerunt, ſed quia dolorem magnum. Quin potius effice ne dolor malum ſit. Omnium, inquit, malorum maximum eſt. Quid ergo, inquit, poſſum non timere, ſi id, quod mortem antecedit, aut efficit, malum eſt? Quid quòd totum illud argumētum falſum eſt? quia non intereunt anime. Verè, inquit: nam quod cum corpore naſciſur, cum corpore intereat neceſſe eſt. Lim ſuperius dixi, diſſerre me hunc locum, & operi ultimo reſervare, ut hanc Epicuri perſuaſionem, ſive Democriti, ſive Dicaarchi fuit, & argumentis, & divinis testimonijs reſarguam. Verùm ille forte impunitatem vitijs ſuis ſpõndit: fuit enim turpiſſime voluptatis aſſertor, cuius capiendæ cauſa naſci hominem putavit. Quis eum

hoc affirmari audiat, vitijs, & sceleribus abstin-
 neat? Nam si periturae sunt animae, appetamus
 diuitias, vt omnes suauitates capere possimus.
 Quae si nobis desunt, ab ijs, qui habent, auferamus
 clam, dolo, vi: eò magis, si humanas res nullus
 Deus curat, quandocunq; spes impunitatis arri-
 serit, rapiamus, necemus. Sapientis est enim, ma-
 le facere, si & utile sit, & tutum: quoniam si
 quis in caelo Deus est, non irascitur cuiquam.

*Eoq;

* Aequè stulti est benefacere: quia sicut ira non
 commouetur, ita nec gratia tangitur. Voluptati-
 bus igitur, quomodo possumus, seruiamus. Breui
 enim tempore nulli erimus omnino. Ergo nul-
 lum diem, nullum denique temporis punctum
 fluere nobis sine voluptate patiatur: ne, quia ipsi
 quandoque perituri sumus, id ipsum, quod vixi-
 mus, pereat. Hoc ille tametsi non dicit verbo, re-
 tamen ipsa docet. Nam cum disputat, omnia sa-
 pientem sua causa facere, ad utilitatem suam
 refert omnia, quae agit. Itaque qui audit haec fla-
 gitia, nec boni quicquam faciendum putabit,
 quoniam benefacere ad utilitatem spectat alie-
 nam: nec à scelere abstinendum, quia maleficio
 praeda coniuncta est. Archipirata quisquam, vel
 latronum ductor, si suos ad grassandum cohort-
 tetur, quo alio sermone vti potest, quam vt ea-
 dem dicat quae dicit Epicurus? Deo nihil cura-
 re, non ira, non gratia tangi: inferorum poenas
 non esse metuendas, quòd animae post mortem oc-
 cidant, nec ulli omnino sint inferi: voluptatem
 esse

esse maximum bonum, nullam esse humanam societatem: sibi quæque consulere, neminem esse, qui alterum diligat, nisi sua causa, mortem non esse metuendam fortis viro, nec ullum dolorem: quin etiam si torqueatur, si vratur, nihil curare se aicat. Est planè, cur quisquam putet hanc vocem viri esse sapientis, quæ potest latronibus apertissime commodari?

De Pythagoræ coruni, & Stoicorum disciplina, & morte voluntaria.

CAP. XVIII.

Aliæ autem contraria his differunt. Superesse animas post mortem, & i sunt maxime Pythagorici, ac Stoici: quibus etsi ignoscendum est quia verum sentiunt, non possum tamen non reprehendere eos; quia non scientia, sed casu inciderunt in veritatem. Itaque in eo ipso, quod rectè sentiebant, aliquid errarunt. Nam cum timerent argumentum illud, quo colligitur, necesse esse ut occidant animæ cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur: dixerunt non nasci animas, sed insinuari potius in corpora, & de alijs in alia migrare. Nec putauerunt aliter fieri posse, ut supersint animæ post corpora, nisi videantur fuisse ante corpora. Par igitur, ac prope similis error est partis vtriusque. Sed hæc in præterito falsa est, illa in futuro. Nemo enim vidit quod est v. r. sumum, & nasci animas, & non nec idere: quia cur id si ret, aut quæ ratio esset, nomen, s. nescierunt. Multi ergo ex ijs, qui eter-

p s n-ss

mas esse animas suspicabantur, tanquam in ce-
 lum migraturi essent, sibi ipsis manus intule-
 runt, ut Cleanthes, ut Chryssippus, ut Zenon, ut
 Empedocles, qui se in ardentis Aetna specum
 intemp. sta nocte deiecit, ut, cum repente non ap-
 paruisset, abesse ad deos crederetur: & ex Ro-
 manis Cato, qui fuit in omni sua vita Socratice
 vanitati imitator. Nam Democritus in alia fuit
 persuasione. Sed tamen sponte sua letho caput ob-
 vius obtulit ipse, quo nihil sceleratius fieri po-
 test. Nam si homicida nefarius est, qui hominis
 extinctor est: idem sceleri obstrictus est, qui se
 necat, quia hominem necat. Imò verò manus esse
 id facinus existimandum est, cuius vitio Deo so-
 li subiacet. Nam sicut in hanc vitam non no-
 stra sponte venimus, ita rursus ex hac domicilio
 corporis, quod tuendum nobis assignatum à Deo
 est, eiusdem iussu recedendum est, qui nos in hoc
 corpus induxit, tandem habitaturos, donec iubeat
 emitti. Et si vi aliqua inferatur, equa mente in-
 ferendum est, cum extincta innocenti anima
 multa esse non possit: habeamusq; vindicem ma-
 gnum, cui soli vindictam integro semper est. Huius-
 micida igitur illi omnes philosophi, & ipse Ro-
 manae sapientiae princeps Cato: qui antequam se
 occideret, perlegisset Platonis librum dicitur, qui
 est scriptus de aeternitate animarum: et ad sum-
 mum nefas philosophi auctoritate compulsus est.
 Et hic tamen aliquam moriendi causam vide-
 tur habuisse, odium seruitutis. Quid Ambracio-

tes ille, qui, cum eundem librum perlegisset, præ-
 cipitem se dedisset; nullam aliam ob causam, nisi
 quod Platoni credidisset. Execrabilis prorsus ac fu-
 gienda doctrina, si abigit homines à vita. Quod
 si scisset Plato, ac docuisset, à quo, et quomodo,
 et quibus, et que ob facti, et quo tempore im-
 mortalitas tribuatur, nec Cleombrotum impo-
 gisset in mortem voluntariam, nec Catonem, sed
 eos ad vitam, et ad utilitatem potius, rudisset.
 Nam mihi Cato videtur causam, quassisse mo-
 rti, non tam ut Cæsar em fugeret, quam ut
 Stoicorum decretis obtemperaret, quas sectaba-
 tur, suumque nomen grandi aliquo facinore clari-
 ficaret: cui quid mali potuerit accidere, si viue-
 ret, non inuenio. Cæsar enim Cæsar, ut clementer
 erat, nihil aliud efficere volebat, etiã in ipso bella
 Civis ardore, quam ut bene mereri de Repub.
 videretur; duobus optimis civibus; Cicerone et
 Catone, servatis. Sed redeamus ad eos, qui mor-
 tem pro bono laudant. De vita quereris, quasi
 vixeris, aut vngu mihi ratio constituerit, cur
 omnino sis natus. Nonne piget tibi vixus ille, et
 commutis omnium pater. Terentianum illud iure
 inreparaverit? Præ discere quid sit vivere: si displi-
 cebit vita, tum isthoc vixit. Indignantis te malis
 esse subiectum: quasi quicquam merearis boni, qui
 patrem, qui dominum, qui regem tuum nescis; qui
 quamvis clarissimam tuam inueneris o. alis, men-
 te tamen cecus es, et in profunda ignorantie te-
 nebris iacet. Quæ ignorantia effecit, ut quosdam
 dicere

dicere non puderet, idcirco nos esse natos, ut scelerum poenas lueremus. quo quid delirius dici possit, non video. Vbi enim, vel que scelera potuimus admittere, qui omnino non fuimus? Nisi forte credimus inepto illi seni, qui se in prioribus vita Euphorbum fuisse mentitus est. Hic, credo, quod erat ignobili genere natus, familiam sibi ex Homeri carminibus adoptauit. Quamquam, et singularem Pythagoræ memoriam! O miseram oblivionem omnium nostrum, qui nescimus quid ante fuerimus! Sed forte esse vel errore aliquo, vel gratia sit effectum, ut ille salus lethæum gurgitem non attigerit, nec oblivionis aquam gustauerit, videlicet senex vanus (sicut otiose amule solent) fabulas tanquam infantibus credulis finxit. Quod si bene sensisset de ijs, quibus hæc locutus est, si homines eos existimasset, nunquam sibi tam petulantly mentioni licentiam vendidisset. Sed deridenda hominis leuissimi vanitas. Quid Ciceroni fauimus? qui cum in principio consolationis suæ dixisset, luendum scelerum causa nasci hominibus: iteravit id ipsum postea, quasi obiurgans eum, qui vitam non esse plenam malum patet: tunc è ergo profusus est errore, ac miserabile veruati ignorantia se teneri.

De morte, & anima. CAP. XII.

AT illi, qui de mortis bono disputant, quia nihil veri sciunt, sic argumentantur: Si nihil est post mortem, non est malum mors, auferri enim sensum mali. Si autem supersunt ani-

me,

me, etiam bonum est, quia immortalitas sequitur. Quam sententiam Cicero de Legibus sic explicavit: Gratulemurque nobis, quoniam mors aut meliorem quam qui est in vita, aut certe non deteriore allatura est statum. Nam sine corpore animo vigente, diuina est vita: sensu carente, nihil profecto est mali. Arguitur ut sibi videtur, quasi nihil esse aliud possit. Atque utrunque hoc falsum est. Docent enim diuina litera non extinguuntur animal, sed aut pro iustitia premio afficiuntur, aut poena pro sceleribus sempiterna. Nec enim fas est, aut eum, qui scelera in vita feliciter fuerit, effugere quod meretur: aut eum, qui ob iustitiam miserrimus fuerit, sua mercede fraudari. Quod adeo verum est, ut idem Tullius in Consolatione, non easdem sedes incolere iustos, atque impios, predicauerit. Nec omnibus, inquit, eundem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in caelum patere: nam ritibus, & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atque in caeno iacere docuerunt: castos autem animos, pueros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis, atque artibus expolitos; leui quodam et facili lapsu ad deos, id est ad naturam sui similem peruolare. Quae sententia superiori illi argumento repugnat. Illud enim sic assumptum est, tanquam necesse sit, omnem hominem natum immortalitate donari. Quod igitur erit criminis virtuti, ac sceleris, si nihil interest, utrum ne Aristides aliquis sit an Phalaris? utrum Cato, an Catilina? sed hanc repugnant

pugnantiam rerum, sententiarumq; non erruit,
 nisi qui tenet veritatē. Siquis igitur nos roget,
 utrumne bonum sit mors, an malū: respondebi-
 mus, qualitatē eius ex vite ratione pendere. Nā
 sicut vita ipsa bonum est, si eū virtute vivatur:
 malum autē si cum scelere: sic et mors ex prece-
 ritis vita actibus ponderanda est. Ita fit, ut fini-
 ta in Dei religione transacta sit, mors malum nō
 sit: quia transitio est ad immortalitatem. Sin-
 aliter, malū sit necesse est: quoniam (ut dixi) ad
 eterna supplicia transmittit. Quid ergo dicemus
 nisi errare illos, qui aut mortē appetunt, tan-
 quā bonū aut vitā fugiunt, tanquā malū? Nisi
 quod sint iniquissimi, qui pauciora mala nō pen-
 sant bonis pluribus. Nam cum omni in vitā per
 exquisitas, et varias traducant voluptates, mo-
 ri cupiūt, si quid sitie his amaritudinis sup. rhe-
 nerit: et sic habent, tanquā, illis nunquā fuerit
 bene, si aliquando fuerit male. Dantur igitur vi-
 tam omne, plenamq; nihil aliud, quā malū opi-
 nantur. Hinc nata est inepta illa sententia, hāc esse
 mortē, quā nos vitā putamus, illam vitā, quam
 nos pro morte timeamus. : ita primum bonū esse,
 non nasci: secusūm, citius mori. Quae, ut ma-
 ris sit autoritatis, Silenō attribuitur. Cuius sic
 in Consolatione: Non nasci, inquit, longē opti-
 mum, nec in hos scopulos incidere vitā: Proxi-
 mum autē, si natus sis, quantum primum mori, tū-
 quam ex incendio effugere valentiam furcine.
 Crediuisse se illi vanissimo dicto, exinde apparet,
 quod

quod adiecit de suo aliquid, ut ornaret. Quare igitur cui esse optimum putet non nasci, cum sit nullus omnino qui sentiat? nam ut bonum sit aliquid, aut malum, sensus efficit. Deinde cur omnem vitam aliud nihil esse, quam scopulos, & incendium putauerit, quasi aut in nostra fuerit potestate, ne nascerentur, aut vitam nobis fortuna tribuisset, non Deus, aut vinēdi ratio quare quā simile incendio habere videatur? Non dissimile Platonis illud est, quod aiebat, se gratias agere nature: primum, quod homo natus esset potius, quā mutum animal; Deinde, quod mas potius, quā femina: quod Grecus, quā barbarus: Postremo quod Atheniensis, non Thebanus, & quod temporibus Socratis. Dixi non potest, quantam mentibus tacet, aciem, quantos pariat errores ignorantia veritatis. Ego planē contenderim, nunquā quicquā in rebus humanis dictum esse aelivius. Quasi verō si aut barbarus, aut mulier, aut asinus deus me natus esset, idem ipse Plato esset, ac non ipsum illud quod natum fuisset. Sed vid. licet Pythagore credidit, qui ut vetaret homines animalibus vesci, dixit animas de corporibus in aliorū animalium corpora commutare: quod & vanum, & impossibile est. Vanum, quia necesse non fuit, veteres animas in novis corpora indacere, cum idem artifex, qui primas aliquādo fecerat, potuerit semper novas facere. Impossibile, quia recte rationis anima tam immutare natura str-

tus sui non potest, quàm ignis aut deorsum niti,
 aut in trãfuerfum, fulminis modo, flammã suam
 fundere. Existimamus igitur homo sapiens, fieri
 potuisse, vt anima, que tunc erat in Platone, in
 aliquod murũ animal includeretur, essetq; huma-
 no sensu prædita, vt intelligeret, ac doleret, in-
 congruenti se corpore onerata. Quanto sanius
 faceret, si gratias agere se diceret, quòd ingenio-
 sus, quòd docilis natus esset, quòd in ijs opibus,
 vt liberaliter erudiretur. Nã quòd Atheniensi
 natus est, quid in eo beneficu fuit? An nõ pluri-
 mi extiterunt in alijs ciuitatibus excellenti inge-
 nio, atq; doctrina veri, qui meliores singuli, quã
 omnes Athenienses fuerunt? Quanta hominum
 millia fuisse credamus, qui ex Athenis nati, ex
 temporibus Socratis, indocti tamen ac stulti
 fuerunt? Non enim pars, aut locus, in quo
 quisquam est effusus ex vtero, conciliat homini
 sapientiam. Quid verò attinuit Socrati se tem-
 poribus natum gloriari? Num Socrates ingenia
 discipulis potuit commodare? Non venit in
 mentem Pluioni. Alcibiadem quoque, ex Cri-
 tiam eiusdem Socrati assiduos auditores fuisse,
 quorum alter hostis patrie accerrimus fuit,
 alter crudelissimus omnium tyrannorum.

De Socratis disciplina & dictis. CAP. XX.

Vidramus nunc, quid in Socrate ipso tam
 magnum fuerit, vt homo sapiens merito
 gratias ageret, illius temporibus esse se natum. Nõ
 iusior fuisse illũ paulò cordatiorem, quàm cate

ros,

ros, qui naturam rerum putauerunt ingenio posse
 se comprehendere. In quo illos non excordes tantum
 fuisse arbitror, sed etiam impios, quod in secreta
 celestis illius providentiae, curiosos oculos value-
 rint immittere. Roma, & in plerisque urbibus scimus
 esse quaedam sacra, quae a viris nefas
 habeatur. Abstinent igitur aspectu, quibus con-
 taminare illa non licet: & si forte vel errore,
 vel casu quopiam ut aspexerit, primo poena
 eius, deinde instantiatione sacrificii scelus expia-
 tur. Quid hi facias, qui incōcessa scrutari voluit?
 Nimirum multo sceleratiores, qui arcana mundi
 & hoc celeste templum prophanare impius dispu-
 tationibus querunt, quam qui adem Vestae, aut
 Bonae deae, aut Cereris intraverint. Quae penetra-
 tia, quamvis adire viris non liceat, tamen a viris
 fabricata sunt. Hi vero non tantum impietatis cri-
 men effugiunt, sed quod est multo indignius, elo-
 quentiae famam, & ingenij gloriam consequun-
 tur. Quid, si aliquid inuestigare possent? Sunt
 enim tam stulti in asseuerando, quam improbi
 in querendo: cum neque inuenire quicquam pos-
 sint, nec defenderet, etiam si inuenerint. Nam si
 verum vel fortuito viderint, quod sapientius contem-
 nit, committunt ut ab alijs id pro falso resellatur.
 Non enim descendit aliquis de caelo, qui sententiam
 de singulorum opinionibus ferat. Quapropter
 nemo dubitauerit, eos, qui ista conquirant, stul-
 tos, ineptos, insanos esse. Aliquid ergo Socrates
 habuit cordis humani, qui cum intelligeret haec

¶

non

non posse inueniri, ab eiusmodi quæstionibus se-
remouit. vereorq; ne in eo solo. Multa enim sunt
eius non modo laude indigna, sed etiã repuben-
sione dignissima, in quibus fuit suorum simili-
mus. Ex his unam eligam, quod ab omnibus sit
probatum. Celebre hoc prouerbiũ Socrates ha-
buit, QVOD supra nos, nihil ad nos. Prociua-
bamus igitur in terrã, & manus nobis ad præcla-
ra opera datus conuertamus in pedes. Nihil ad
nos cælum, ad cuius contemplationẽ sumus exci-
tati: nihil deniq; lux ipsa pertineat. Certè victus
nostri causa de cælo est. Quod si hoc sensit, pot-
esse de rebus cælestibus disputandũ, ne illorum
quidem rationem poterat comprehendere, que
sub pedibus habebat. Quid ergo? num errant
in verbis? Verisimile non est: sed nimirum id
sensit quod locutus est, religioni minime seruie-
dũ. Quod si aperte diceret, nemo pateretur. Quis
enim non sentiat, hunc mundum tam mirabili
ratione perfectum, aliqua prouidentia guberna-
ri? Quandoquidem nihil est quod possit sine
ullo moderatore consistere. Sic domus ab habi-
tatore deserta dilabitur: nauis sine gubernatore
abit pessum: & corpus relictum ab anima de-
fluit: nedum putemus tantam istam molem aut
construi sine artifice, aut stare tandem sine recto-
re potuisse. Quod si publicas illas religiones vo-
luit euer. ere, non improbo, quin etiam laudabo,
si ipse quod est melius inuenierit. Verã idem
per causam, & anserem deiecerat. O hominem
scit

scurram (ut ait Zeno Epicureus) ineptum, perditum, desperatum, si cauillari voluit religionē: dementem, si hoc serio fecit, ut animal turpissimum pro Deo haberes! Quis iam superstitiones Aegyptiorum audeat reprehendere, quia Socrates Athenis autoritate cōfirmavit sua? illud verò nōne summa vanitatis, quod ante mortē familiares suos rogavit, ut Aesculapio gallum, quō voverat, pro se sacrarent? Timuit videlicet, ne apud Rhadamanthum* recuperatorem, voti ^{*receptorem,} reus fieret ab Aesculapio. Dementissimum hominem putarem, si morbo affectus perisset. Cū verò hoc sanus fecerit, est ipse insanus, qui eum putet esse sapientem. Eius cuius temporibus natum esse se homo sapiens gratulatur.

De Platonis disciplina & praeceptis.

CAP. XXI.

Videamus tamen quid illum Socrates docuerit: qui cū totam Physicā repudiasset, eō se cōtulit, ut de virtute, atq; officio quereret: atq; non dubito, quin auditores suos iustitiae praeceptis erudierit. Docente igitur Socrate, non fugit Platonem, iustitiae vim in equitate consistere: siquidem omnes pari conditione nascuntur. Ergo nihil, inquit, privati, ac proprij habeant, sed ut pares esse possint, quod iustitiae ratio desiderat, omnia in commune possideant. Per vi hoc potest, quāvis de pecunia dici videtur. Quod ipsum quāvis impossibile sit, & quāvis iniustum, poteram multis rationibus ostendere. Concedam

mus tamen, ut possit fieri. Omnes enim sapientes
 erunt, & pecuniam contemnēt. Quod ergo illum
 communitas ista perduxit? Matrimonia quoque
 (inquit) communia esse debebant: scilicet ut ad
 eandem mulierem multi viri tanquam canes
 confluant, & is utiq; obtineat, qui viribus vice
 rit: aut si patietes sint, ut philosophi, expectet,
 ut vicibus tanquam lupanar obeant. O miram
 Platonis equitatem! Vbi est igitur virtus castita
 tis? ubi fides conjugalis? que si tollas, omnis iusti
 tia sublata est. At idem dixit, beatas civitates
 futuras fuisse si aut philosophi regnarent, aut re
 ges philosopharentur. Huic verò tā iusto, tā equo
 viro regnum dares, qui alijs abstulisset sua, alijs
 condonasset aliena? prostituisset pudicitiam so
 minari? que nullus nunquam non modo rex, sed
 ne tyrannus quidem fecit. Cū verò intulit ra
 tionem turpissimi huius consilij, sic inquit: Civi
 tas concors erit, & amoris mutui constricta vin
 culis, si omnes omnium iuerint & mariti, & pa
 tres, & uxores, & liberi. Que ista confusio ge
 neris humani est? Quomodo seruari charitas po
 test, ubi nihil certū est quod ametur? Quis autē
 vir mulierem, aut mulier virum diligat, nisi ha
 bitauerint semper unā? nisi deuota mens, & ser
 uata iuncte fides individuā fecerit charitatem?
 que virtus in illa promiscua voluptate locū non
 habet. Item si omnes omnium liberi sint, quis a
 mare liberos, tanquā suos, poterit, cū suos esse
 aut ignoret, aut dubitet? quis honorem tanquā
 patri

patri deferret, cum unde natus sit, nesciat? Ex quo fit, ut non solum alienam pro patre habeat, sed etiam patrem pro alieno. Quid, quod uxor potest esse communis, filius autem non potest, quem concipi non nisi ex uno necesse est? Perit ergo matrimonij communitas, ipsa reclamante natura. Superest, ut tantummodo concordie causa uxores velint esse communes. At nulla vehementior discordiarum causa est, quam unius femine à multis maribus appetitio. In quo Plato si ratione non potuit, exemplis certe potuit admoneri, & mutarum animalium, quae ob hoc vel acerrimè pugnant: & hominum, qui semper ob eam rem grauissima inter se bella gesserunt.

De Platonis præceptis, iisdemque reprehensis.

CAP.

XXII.

Restat ut communitas ista nihil aliud habeat, præter adulteria, & libidines, propter quas funditus eruentas, virtus est vel maximè necessaria. Itaque non inuenit concordiam, quam querebat, quia non videbat unde oriatur. Nam iustitia in extrà positis nihil momenti habet, ne in corpore quidem, sed tota in hominis mente versatur. Qui ergo vult homines adæquare, non matrimonia, non opes subtrahere debet: sed arrogantiam, superbiam, tumorem, ut illi potentes, & elati pares esse se etiam mendicissimis fiant. Detracta enim diuitibus insolentia, & iniquitate, nihil intererit, utrumne alij diuites, alij pauperes, cum animi pares fuerint: quod

¶ 3

effic

efficere nulla res alia quam religio Dei potest. Pulcra igitur se inuenisse iustitiam, cum eam profus euertit: quia non rerum fragilium, sed mentium debet esse communitas. Nam si iustitia virtutum omnium mater est, cum illo singula tolluntur, ipsa subuertitur. Tulit autem Plato ante omnia fugalitatem, que vtiq; nulla est, vbi proprij nihil habeatur. Tulit abstinentiã, siquidem nihil fuerit, quo abstinenceatur, alienum. Tulit temperantiã, tulit castitatem, que virtutes in utroq; sexu maxima sunt. Tulit verediã, pudorem, & modestiam, si honesta & legitima esse incipiunt, que solent flagitiosa, & turpia iudicari. Sic virtutem cum vult omnibus dare, omnibus ademit. Nam rerum proprietes, & vitiorum, & virtutum materi cõtinet: cõmuni as autẽ nihil aliud, quam vitiorum licentiã. Nã veri, qui multas mulieres habet, nihil aliud dici possunt, quam luxuriosi, atq; nepotes. Item mulieres, que a multis habentur, nõ vtiq; adulteræ, quia certum matrimonium nullum est: sed prostitute, ac meretrices sint necesse est. Red-ut ergo humanã vitam ad similitudinem, non dicã mutorum, sed pecudum, ac belluarum. Nam volucres pene omnes faciunt matrimonia, & paria tanguntur: & nidos suos tanquam *geniales *genitales toros comcordi mente defendunt: & fetus suos, quia sunt certi, amant: & si alienos *obiecãtis, abigunt. At homo sapiens contra morem hominum, contraq; naturam stultiora sibi, que

*geniales

*adiecãtis,

qua imitaretur, elegit. Et quoniam videbat in ceteris animalibus officia marium, feminarumque non esse diuisa, existimauit oportere etiam mulieres militare, & consilijs publicis interesse, & magistratus gerere, & imperia suscipere. Itaque his arma, & equos assignauit: consequens est, ut lanam, & telam viris, & infantium gestationes. Nec vidit impossibilia esse, quae diceret: ex eo, quod adhuc in orbe terra neque tam stulta, neque tam vana vlla gens exciterit, quae hoc modo viveret.

De erroribus quorundam philosophorum.

deq; Sole & Luna. CAP. XXIII.

Cui igitur in tanta vanitate ipsi philosophorum principes comprehendantur, quid illos minores putabimus, qui nunquam sibi tam sapientes videri solent, quam cum pecuniae contemptu gloriantur? Fortis animus. Sed exspecto quid faciant, & quod ille conceptus enadat. Tradita sibi à parentibus patrimonia, tamquam malum fugiunt, ac deserunt. Et ne in tempestate naufragium faciant, in tranquillo se vltro praecipitant: non virtute, sed peruerso metu fortes: sicut illi, qui cum timeant ne ab hoste iugulentur, ipsi se iugulant, ut mortem morte deueniant. Sic isti, unde possent gloriam liberalitatis acquirere, sine honore, sine gratia perdunt. Laudatur Democritus, quod agros suos reliquerit, eosque pascua publica fieri passus sit. Probarè, si donasset. Nihil autem sapienter fit, quod si ab omnibus

fiat, inutile est, ac malum. Sed hæc negligentia
 tolerabi ū. Quid ille, qui patrimonium in numos
 redactum effudit in mare? Ego dubito utrumne
 sanus, an demens fuerit. Abite, inquit, in pro-
 fundū mole cupiditates: ego vos mergam, ne ipse
 mergar à vobis. Si tantus pecunie contemptus
 est, fac illam beneficium, fac humanitatem, lar-
 gere pauperibus. Potest hoc quod perditurus es,
 multis succurrere, ne fame, aut siti, aut nuditate
 moriantur. Imitare insaniam saltem, furoremq;
 Tuditani, sparge populo deripienda. Potes &
 pecuniam effugere, & tamen bene collocare:
 quia saluum est quicquid pluribus profuit. Ze-
 nonis autem paria peccata quis probat? Sed
 omittamus id, quod ab omnibus est semper irri-
 sum. Illud satis est ad coarguendum feroci homi-
 nis errorem, quod inter vitia, & morbas, mi-
 sericordiam ponit. Admit nobis affectum, quo
 ratio humane vite penè omnis continetur. Cum
 enim natura hominis imbecillior sit, quam cetero-
 rum animalium, quæ vel ad perserendam vim
 temporum, vel ad incursiones à suis corporibus
 arcendis naturalibus munimentis providentia
 celestis armavit: homini autem quia nihil isto-
 rum datum est, accepit pro istis omnibus mise-
 rationis affectum, qui planè vocatur humanitas,
 qua nosmet invicem tueremur. Nam si homo ad
 conspectum alterius esseraretur, quod facere vi-
 demus animantes, quarum natura solitaria est,
 nulla esset hominum societas, nulla urbium con-
 denda

dendarum vel cura, vel ratio. Sic ne vita quidem satis tuta, cum & ceteris animalibus exposita esset imbecillitas hominum, & ipsi inter semetipsos belluarum more sentirent. Non minor in alijs dementia. Quid enim dici potest de illo, qui nigram esse dixit niuem? quam consequens erat, ut etiam picem albam esse diceret. Hic est ille qui se idcirco natum esse dixit, ut calum, ac solem videret, qui in terra nihil videbat sole lucente. Xenophanes dicentibus mathematicis orbem lune duodeviginti partibus maiorem esse quam terram, stultissime credidit. Et quod huic leuitati fuit consentaneum, dixit, intra concuum lune esse aliam terram, & ibi aliud genus hominum simili modo vivere; sicut nos in hac terra vivimus. Habent igitur illi lunatici homines alteram lunam, que illis nocturnum lumen exhibeat, sicut haec exhibet nobis. Et fortasse nos ter hic orbis alterius inferioris terra luna sit. Puisse Seneca inter Stoicos ait, qui dubitaret, utrumne Soli quoque suos populos daret inepie scilicet qui dubitauerit. Quid enim perderet, si dedisset? Sed, credo, calor deterrerebat, ne si tantam multitudinem periculo committeret, ne si aestu nimis perissent, ipsius cuius euenisse tanta calamitas diceretur.

De Antipodibus, & caelo, & syderibus.

CAP. XXXIII.

Quid illi, qui esse contrarios vestigijs nostris Antipodas putant, num aliquid loquuntur?

9 5

quum

Crear
Sacton
huj no
gan for
tipodas.

modo fieri posse, ut celum terra sit infrius, nisi
 & liber iam concludendus esset, & adhuc ali-
 qua restarent, qua magis sunt presenti operi
 necessaria: & quoniam singulorum errores per-
 currere, non est unius libri opus, satis sit pauca
 enumerasse, ex quibus possit, qualia sint cetera,
 intelligi.

De Philosophia, & gradibus ad illam.

C A P . X X V .

*Caute
 lege.*

Nunc pauca nobis de philosophia in com-
 muni dicenda sunt, ut confirmata causa
 peroremus. Summus ille nostrer Platonis imita-
 tor existimavit philosophiã non esse vulgarem,
 quod eam non nisi docti homines assequi possent.
 Est, inquit, philosophia paucis contenta iudici-
 bus, multitudinem consulto ipsa fugiens. Non est
 ergo sapientia, si ab hominum cœtu abhorret:
 quoniam si sapientia homini data est, sine ullo
 discrimine omnibus data est, ut nemo sit pro-
 fus, qui eam capere non possit. At illi virtutem
 humano generi datam sic amplectantur, ut sub
 omnium publico bono frui velle videantur, iam
 invidi, quam si velint deligare oculos, aut effo-
 dere ceteris, ne solẽ videant. Nam quid est aliud
 hominibus negare sapientiam, quam mentibus
 eorum verum, ac diuinũ lumen auferre? Quod
 si natura hominis sapientia capax est, oportuit
 opifices, & rusticos, & mulieres, & omnes de-
 nuq; qui humanã formam gerunt, doceri, ut sa-
 piant, populumq; ex omni lingua, & conditio-

ne, & sexit, & aetate constari. Maximum itaq;
 argumentum est, philosophum neq; ad sapien-
 tiam tendere, neq; ipsam esse sapientiam, quòd
 mysterium eius barba tantum celebratur, &
 pallio. Senserunt hoc adeò Stoici, qui & seruis,
 & mulieribus philosophandum esse dixerunt:
 Epicurus quoq; qui rudes omnium litterarum ad
 philosophiam iuuat: item Plato, qui civitatem
 de sapientibus voluit componere. Conati quidem
 sunt illi facere, quòd veritas exigebat, sed nò po-
 tuit ultra verba procedi. Primum, quia multis
 artibus opus est, ut ad philosophiam possit acce-
 di. Discenda illa isis communes littere, propter
 resum legendi, quia in tanta rerum varietate, nec
 nisi audiendo possunt omnia, nec memoria con-
 tineri. Grammaticis quoq; non parùm opera dan-
 dum est, ut rectam loquendi rationem scias. Id
 multos annos auferat necesse est. Nec oratoria
 quidem ignoranda est, ut ea, quae didiceris, pro-
 ferre, atque eloqui possis. Geometria quoque, ac
 Musica, & Astrologia necessaria est, quòd haec
 artes cum philosophia habent aliquam societatem:
 quae vniuersa perdiscere neq; seruire possunt,
 quibus intra puberes annos officia mox vsibus
 domesticis profutura discenda sunt: neque serui,
 quibus per eos annos vel maxime seruiendum est,
 quibus possunt discreti neq; pauperes, aut opifi-
 ces, aut rustic., quibus in die victus labore quaer-
 endus est. Ob eam causam Tullius ait, abhorrere
 multitudinem philosophiã. At enim rudes Epi-
 curus

* politici

curus accipiet. Quomodo ergo illa, quae de principijs rerum dicuntur, intelligent? quae perplexae & inuoluta, vix etiã * politici homines assequuntur. In rebus igitur obscuritate implicitis, & ingeniorum varietate confusis, & eloquẽtium rerum exquisito sermone fucatis, quis imperitus, ac rudi locus est? Deniq; nullas vnquam multas philosophari docuerunt, præter vnã omnium memoria Themisten: neque seruos, præter vnũ Phædonem, quem malè seruientem redemisse, ac docuisse Cebetem tradunt. Enumerant etiam Platonem, ac Diogenem: qui tamen serui non fuerunt, sed hi seruitus euenerat: sunt enim capti. Platonem quidẽ redemisse Aniceris quidam traditur sestertijs octo. Itaque insectatus est conuicijs huic ipsum redemptorem Seneca quod Platonem paruo aestimauerit. Furiosus, mihi videtur, qui homini fuerit iratus, qui non multam pecuniã perdidit, scilicet aurum: pendere debuit, tanquam pro mortuo Hecitore aut tantum ingerere nummorum, quantum reditor non poposcit. Ex Barbaris verò nullum præter vnũ Anacharsim Scytham: qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi et linguam & ¶ Grecas ¶ literas antè didicisset.

De Dei doctrina, & philosophiæ difficultate.

C A P. XXVI.

Qvod ergo illi poscente natura faciendũ esse senserunt, sed tamen neque ipsi facere poterunt, neq; à philosophis fieri posse videntur.

sola hæc efficit doctrina celestis, quæ sola sapien-
 tia est. Illis scilicet persuadere cuiquam potue-
 runt, qui nihil persuadent etiam sibi? Aut cu-
 iusquam cupiditates oppriment, iram tempera-
 bunt, libidinem coercerant: cum ipsi & cedant
 vitis, & fateantur plus valere naturam? De
 autem præcepta, quia & simplicia, & vera sunt,
 quantum valeant in animis hominû, quotidia-
 na experimenta demonstrant. Da mihi virum,
 qui sit iracundus, maledicus, effrenatus: paucis-
 simis Dei verbis tam placidum, quam ovem, red-
 dam. Da cupidum, avarum tenacem: iam tibi eum
 liberale dabo, & pecuniâ suam proprijs plenus
 manibus largientem. Da timidum doloris, ac mor-
 tis: iam cruce, & igne, & Phalaridis taurum
 continet. Da libidinosum, adulterum, ganeonem:
 iam sobrium, castum, continentem videbis. Da cru-
 delum, & sanguinis appetentem: iam in verâ cle-
 mentiam furor ille mutabitur. Da iniustum, insti-
 piem, peccatorem: continuo & æquus, & pru-
 dens, et innocens erit. Vno enim lacuacro malitia
 omnis abolebitur. Tanta diuine sapientiæ vis est,
 vbi in hominis pectus infusa, matrê delictorum
 stulticiam vno semel impetu expellat. Ad quod
 accendendum, non mercede, non libris, non lucra-
 tionibus opus est. Gratis nisi sunt, facile, citò
 pateat: modo aures, & pectus sapientiâ sicut.
 Nemo vereatur nos: aquam non vendimus, nec
 solem mercede prestamus. Dei fons uberrimus,
 atque plenissimus patet cunctis: & hoc celeste
 Lumen

lumen vniuersis oritur, quicumq; oculos habeat.
 Num quis haec Philosophorum aut vnuquã præ-
 stitit, aut præstare potest? Qui cum etates suas
 in studio Philosophiae conterat, neq; alium quen-
 quam, neq; seipsum (si natura paulum obstitit)
 possunt facere meliores. Itaq; sapientia eorum,
 vt plurimum efficit, non excruciat vitia, sed
 abscondit. Pauca verò Dei præcepta, sic totum
 hominem immutant, & expolito vetere nouum
 reddant, vt non cognoscas eandem esse.

De philosophorum præceptis, & eorum
 varietate. CAP. XXVII.

2. Lib.
Quid ergo? nihilne illi simile præcipiunt?
 Imò per multa: & ad verum frequenter
 accedunt: sed nihil potestis habet illa præcepta,
 quia sunt humana, & auctoritate maiori, id est
 diuina illa carent. Nemo igitur credit, quia tam
 se hominẽ putat esse, qui audiunt, quàm ille, qui
 præcipit. Præterea nihil apud eos certis est, nihil
 quod ad scientiã venit. Sed cum omnia come-
 sturis agantur, multa etiam diuersa, & variã
 præferantur, stultissimi hominis est, præceptis eo-
 rum velle parere, quæ utrũ vera sint, an falsa,
 dubitatur. Et ideo nemo parat, quia nemo vult
 ad incertũ laborare. Virtutem esse & totis aiunt,
 quæ sola efficiunt vitam beatam. Nihil potest ve-
 rius dici. Sed quid si cruciabitur, aut dolore affi-
 cietur? Poterit ne quisquã inter carnifices bea-
 tur esse? Imò verò illatus corpori dolor, materia
 virtutis est: itaque ne in tormẽtu quidem miser

est. Epicurus multo fortius: Sapiens, inquit, semper beatus est: et vel inclusus in Phalaridis cauro hanc vocem emittet: Suave est, & nihil duro. Quis eum non irriserit? Maxime, quod homo voluptarius personam sibi viri fortis imposuit, & quidem supra modum. Non enim fieri potest, ut quisquam cruciatus corporis pro voluptatibus ducat: cum satis sit, ad officium virtutis implendum perferre, ac sustinere. Quid dicis? Quid tu Epicure? Beatus est sapiens, etiam cum torquetur? Si propter gloriam, patientia non fruatur: in tormentis enim forsasse morietur. Si propter memoriam, aut non sentiet, si occidant anima: aut si sentiet, nihil ex ea consequetur. Quis ergo alius in virtute fructus est? quæ beatitudo vite, ut equo animo moriatur? Bonum mihi affertis unius horæ, aut forsasse momenti, propter quod non expediat in tota vita miseris, & laboribus confici. Quantum autem temporis mors occupat? quæ cum venit, utrum a quo iniquo animo cam subieris, iam nihil refert. Ita fit, ut iam nihil aliud ex virtute capteret nisi gloria. Sed hæc aut supervacua, et brevis est, aut pravis hominum iudicijs non sequenda. Nullus igitur ex virtute fructus est, ubi virtus mortalis est, & caduca. Itaque qui hæc locuti sunt, vitam quandam virtutis viderunt, ipsam virtutem non viderunt. Desixi enim fuerunt in terram, nec vultus suos in altum erigebant, ut cam possent intueri, quæ sese cæli regionibus ostentabat.

τ bat.

bat. Hæc causa est, cur præceptis eorum nullus obtemperet: quoniam aut ad vitia erudunt, si voluptatem defendunt: aut, si virtutem asserunt, neque peccato pœnam minantur, nisi solius turpitudinis: neque virtuti vllum præmium pollicentur, nisi solius honestatis, & laudis: cum dicant, non propter aliud, sed propter seipsam expetendam esse virtutem. Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed cum torquetur pro fide, pro iustitia, pro Deo, illa patientia doloris beatissimum faciet. Est enim Deus, qui solus potest honorare virtutem, cuius merces immortalitas sola est: quam qui non appetunt, nec religionem tenent, cui æterna subiaceat pœna, profecto neque virtutis vim sciunt, cuius præmium ignorant: neque in celum spectant, quod ipsi se facere putant, cum res non investigabiles querant: quia ratio in celum spectandi nulla est alia, nisi aut religionem suscipere, aut animam suam immortalẽ esse credere. Quisquis enim aut Deum colendum esse intelligit, aut immortalitatis spem sibi propositam habet, mens eius in celo est: & licet id non aspiciat oculis, anima tamen lumine aspicit. Qui autem religionem non suscipiunt, terreni sunt, quia religio de celo est: & qui animam putant cum corpore interire, eque in terram spectant, quia ultra corpus, quod est terrenum, nil amplius vident, quod sit immortalẽ. Nihil igitur prædest, hominem ita esse fictum, ut in corpore spectet in celum, nisi erecta mens Deum cernat,

cernat, & cogitatio eius in spe vite perpetue co-
la versetur.

De vera religione, Natura, Fortuna, & Philo-
sophia.

CAT. XXVIII.

QUapropter nihil aliud est in vita, quo con-
ditio nostra vitatur, nisi Dei, qui nos ge-
nuit, agnitio, & religiosus, ac pius cultus: unde
quoniam philosophi aberraverunt, sapientes
vique non fuerunt. Quæsierunt illi quidem sa-
pientiam: sed quia non ritè querebant, pro-
lapsi sunt longius, & in tantos errores incide-
runt, ut etiam communem sapientiam non tene-
rent. Non enim tantum religionem asserere no-
luerunt, verum etiam sustulerunt, dum specie
virtutis false inducti, conantur animos omni-
metu libertare: quæ religionis eversio, Naturæ no-
men inuenit. Illi enim, cum aut ignorarent, à
quo esset effectus mundus, aut persuadere vel-
lent, nihil esse diuina mète perfectum, Naturam
dixerunt esse rerum omnium matrem, quasi di-
cerent, omnia sua sponte esse nata: quo verbo
plane impudentiam suam confitentur. Natura
enim, remota providentia & potestate diuina,
prorsus nihil est. Quòd si Deum Naturam vo-
cant, quæ perversitas est, Naturam petis quàm
Deum nominare? Si autem Natura ratio est,
vel necessitas, vel conditio nascendi, non est per
se ipsam sensibilis: quia necesse est, mentem esse
diuinam, quæ sua providentia nascendi princi-
pium rebus omnibus præbeat. Aut si Natura est

T 2

celum,

celum, atque terra, & omne quod natum est,
 non est Deus Natura, sed Dei opus. Non dissi-
 mili errore credunt esse Fortunam, quasi deam
 quandam res humanas varijs casibus illuden-
 tem. quia nesciunt, unde sibi bona & mala eue-
 niant. Cum hac se compositos ad præliandum
 putant, nec ullam tamen rationem reddunt, à
 quo, & quam ob causam, sed tantum cum For-
 tuna se digladiari momentis omnibus gloriatur.
 Jam quicumq; consolati sunt aliquos ob inventum
 amissionemq; charorum, Fortune nomen acerti-
 mis accusationibus proscederunt: nec omnino vlla
 eorum disputatio de virtute est, in qua non For-
 tuna versatur. M. Tullius in sua Consolatione pu-
 gnasse semper contra Fortunam loquitur, eamq;
 à se esse superatam, cum fortiter inimicorum im-
 petus retudisset: nec tum quidem ab ea fractum,
 cum domo pulsus patria caruit. Tum autem,
 cum amiserit charissimam filiam, victum se à
 Fortuna turpiter confitetur. Cedo, inquit, eni-
 manum tollo. Quid hoc homine miserius, qui sic in-
 ceat? Insipiens est, inquis, sed qui se proficitur esse
 sapientem. Quid ergo sibi vult assumptio nomi-
 nis? Quid contemptus ille rerum, qui magnifi-
 cis verbis prætenditur? Quid dispat ceteris ha-
 bitus? Aut cur omnino præcepta sapientia dantur,
 si nemo ad id ut qui sapiat, inuentus est? Et
 quisquam nobis invidiam facit, quia philosophos
 nigrum esse sapientes? cum ipsi nec scire ja-
 quicquam, nec sapere fuscantur. Nam si quando

ita defecerint, ut* ne effingere quidem quicquam * nec ac-
 possint, quod faciunt in rebus ceteris: tum vero tingero
 admonentur ignorantie, et quasi furibundi exi-
 liunt, & exclamant, cecos esse se, & excordes.
 Anaxagoras pronuntiat, circumfusa esse tene-
 bris omnia. Empedocles angustas esse sensuum
 semitas queritur, tanquam illi ad cogitandum
 rheda, & quadrigis opus esset. Democritus qua-
 situm puteo quodam sit alto, ut fundus sit nullus,
 veritatem iacere demersam: nimirum stultè, ut
 cetera. Non enim tanquam in puteo demersa est
 veritas, quò vel descendere, vel etiam: cadere illi
 licebat, sed tanquam in summo montis excelsi
 vertice, vel potius in celo: quod est verissimum.
 Quid enim est, cur eam potius in imum depres-
 sam diceret, quam in summum leuatam? nisi for-
 te mentem quoque in pedibus, aut in imis calci-
 bus constitucere malebat potius, quam in pecto-
 re, aut in capite? Ad eò remotissimi fuerunt ab
 ipsa veritate, ut eos ne status quidem sui corpo-
 ris adiuveret, veritatem illis in summo esse
 querendam. Ex hac desperatione confessio illa
 Socratica nata est, qua se nihil scire dixit, nisi hoc
 unum, quòd nihil sciat. Hinc Academie discipli-
 na manavit, si tamen disciplina dici potest, in
 qua ignorantia & discitur, & docetur. Sed ne
 illi quidem, qui scientiam sibi assumpserunt, id
 ipsum, quod se scire putabant, constanter defren-
 dere poterunt. Qui, quoniam ratio illis non
 quadrabat, per ignorantiam rerum diuinarum

*semper tam variū, tam incerti fuerunt, sibiq; *sape contraria differentes, ut quid sentirent, quid vel-
 lent, satis statuere, ac diiudicare non possis. Quid
 igitur pugnes aduersus eos homines, qui suo sibi
 gladio pereunt? Quid labores, ut eos destruas,
 *afficit quos sua ipsos destruit, atq; *affligit oratio? Ari-
 stoteles (inquit Cicero) veteres philosophos ac-
 cusans, ait eos aut stultissimos, aut gloriosissimos
 fuisse, qui existimassent philosophiam suis inge-
 nijs esse perfectam: sed se videre, quod paucis an-
 nis magna accessio facta esset, breui tempore
 philosophiam planè absolutam fore. Quod igitur
 fuit illud tempus? quo more? quando est, aut à
 quibus absoluta? Nam quod ait stultissimos fuis-
 se, qui putassent ingenijs suis perfectam esse sa-
 pientiam, verum est: sed ne ipse quidem satis
 prudenter, qui aut à veteribus captam, aut a no-
 uis auctam, aut mox à posterioribus perfectam
 iri putauit: nunquam enim potest inuestigari,
 quod non per viam suam queritur.

De Fortuna, & Virtute. CAP. XXXIX.

Sed repetamus id, quod omisimus. Fortuna cre-
 Sgo nihil per se est: nec sic habendum est, tan-
 quam sit in aliquo sensu. Siquidem Fortuna est
 accidentium rerum subitus, atque inopinatus e-
 uentus. Verum philosophi, ne aliquando non cre-
 rent, in re stulta volunt esse sapientes, qui Fortu-
 nae sexum mutat, eamq; non deam, sicut vulgus,
 sed Deum esse dicunt. Eundem tamen inderdam

† Natur

† Naturam, interdum † Fortunam vocant, quod multa (inquit idē Cicero) efficiat inopinata nobis propter obscuritatem, ignorantiamq; causarum. Cum igitur causas ignorent, propter quas fiat aliquid, & hysum, qui faciat, ignorent necesse est. Idem in opere valde serio, in quo precepta vitæ deprompta ex philosophiæ filio dabat, Magnam, inquit, esse Fortune vim in utranq; partem, quis nesciat? Nam et cum prospero statu eius utimur, ad exitum peruehimur optatos: & cum restauerit, affligimur. Primum, qui negat sciri posse quicquam, sic hoc dixit, tanquam & ipse, & omnes sciant. Deinde, qui, etiam que clara sunt, dubitare conatur efficere, hoc putauit esse clarum, quod illi esse debuit vel maximè dubium: nam sapienti omnino falsum est. Quis, inquit, nescit? Ego verò nescio. Dorceat me (si potest) que sit illa vis, qui status iste, & qui restatus. Turpe igitur hominem ingeniosum id dicere, quod si neget, probare non possit. Postremo, quod is, qui dicit, assensus esse retinendos, quod stulti sit hominibus rebus incognitis temerè assentiri: is, inquam, plane vulgi, & imperitorum opinionibus credidit, qui Fortunam putat esse, que tribuat hominibus bona & mala. Nam simulacrum eius cum copia, et gubernaculo fingunt, tanquam hæc et operi tribuat, et humanarum rerum regimen obtineat. Cui opinioni & Virgilius assentit, qui Fortunam omnipotentem vocat: & Historicus, qui ait: Sed profecto Fortuna in omni re dominatur.

Quid ergo ceteris djs loci superest? Cur non aut ipsi regnare dicitur, si plus potest, aut sola colitur, si omnia? Vel, si tantum mala immittit, aliquid cause proferant, cur, si dea sit, hominibus inuideat, eosq; perditos cupiat, cum ab his religiose colatur: cur equior sit malis, iniquior autem bonis: cur insidiatur, affligat, decipiat, exterminet: Quis illam generis hominum vexatricem perpetuam constituerit: Cur deniq; tam malam sortita sit potestatem, ut res cunctus ex libidine magis, quam ex vero celebret, obscuretq;. Hec, inquam, philosophos inquirere oportuit potius, quam temere innocentem accusare Fortunam: que etiam si sit aliqua, nil il tamen offerri ab his potest, cur hominibus iam inimica sit, quam putatur. Itaque ille omnes orationes, quibus inquitatem Fortune lacerant, et se suasq; virtutes contra Fortunam superbissime iactat, nihil sunt aliud, quam deliramenta inconsiderate leuitatis. Quare non inuideant nobis, quibus aperit veritatem Deus: qui sicin scimus, nihil esse Fortunam, ita scimus esse prauum, ac subdolum spiritum, qui sit inimicus hominis, hostisq; iustitia, qui contraria faciat, quam Deus, cuius inuidia causam in secundo libro explicauimus. Hic ergo insidiatur vniuersis: sed eos, qui Deum n. sciunt, errore impedit, stultitia obruit, tenebris circumfundit, ne quis possit ad diuini nominis peruenire notitiam: in quo vno et sapientia continetur, et vita perpetua. Eos autem, qui Deum sciunt, do-

lis, & astutia aggreditur, ut cupiditate, ac libidine irretiat, ac^x peccati blandimentis depravatos impellat ad mortem: vel si dolo nihil profecerit,† vi & violentia deicere conatur. Idcirco enim in primordijs transgressionis non statim ad pœnam a Deo detrusus est, ut hominem malicia sua exercent ad virtutem: quæ nisi agitetur, ni vexatione assidua roboretur, non potest esse perfecta. Siquidem virtus est perferendorum malorum fortis, atq; inuicta patientia. Ex quo fit, ut virtus nulla sit, si adversarius desit. Huius itaq; peruersæ potestatis cum vim sentirent virtuti repugnâtem, nomenq; ignorarent, Fortune sibi vocabulum inane fluxerunt. Quod quàm longe à sapientia sit remotum, declarat Iuvenalis his versibus:

*peccatis
blandimentis

Nulla enim abest si sit prudentia: sed nos
Te facimus Fortuna deam, caloq; lotamus.

Stultitia igitur, & error, & cecitas, & (ut Cicerone ait) ignorantia rerum, atq; causarum, Natura, ac Fortune nomina induxit. Sed ut adversarium suum nesciunt, sic nec virtutem quidem sciunt, cuius scientia ab adversarii notione aescendit. Quæ si coniuncta est cum sapientia, vel (ut ipsi dicunt) eadem ipsa sapientia est, ignorantia necesse est, in quibus rebus sita sit. Nemo enim potest veri armis instrui, si hostem, contra quem fuerit armatus, ignorat: nec adversarium vincere, qui in dimicando non hostem verum sed umbram petit. Prosterneatur enim, qui aliò intentus venientem vitalibus suis ictu nec prouiderit antè, nec cauerit.

Docui, quantum mea mediocritas tulit, longè denique philosophos iter à veritate tenuisse. * Scio tamen, quàm multa praterierim, quia non erat mihi propria contra philosophos disputatio. Sed huc necessario diuertendum fuit, ut ostenderem, tot et tanta ingenia in rebus falsis esse cōsumpta, ne quis forte a prauis religionibus exclusus, ad eos se conferre vellet, tanquam certi aliquid reperturus. Vna igitur spes homini, vna salus in hac doctrina, quam defendimus, posita est. Omnis sapientia hominis in hoc vno est, ut Deum cognoscat, & colat: hoc nostrum dogma, hac sententia est. Quanta itaq; voce possum testificor, proclamo, denuntio. Hoc est illud, quod philosophi omnes in tota sua vita quaesierunt, nec vnquam tamen inuestigare, comprehendere, tenere valuerunt: quia religionē aut prauam retinuerunt, aut totam penitus sustulerūt. Facessant igitur illi omnes, qui humanam vitam non instruunt, sed turbant. Quid enim docent? aut quē instruunt, qui seipsos nondum instruxerunt? Quem sanare egroti, quem regere caeci possunt? Huc ergo nos omnes, quibus est cura sapientia, conferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat? aut Anaxagoras in tenebris lumen inueniat? aut Democritus veritatem de puteo extrahat? aut Empedocles dilatet animi sui semitas? aut Arcefilas, & Carneades videant,

sentiunt, percipiant? Ecce vox de caelo veritatem
docens, & nobis sole ipso clarius lumē ostendēs.

Quid nobis iniqui sumus, & sapiētiā* suscipere ^{percipi-}
cunctamur? quā docti homines contritis in qua
uendo etatibus suis, nūquā reperire potuerūt.

Qui vult sapiens, ac beatus esse, audiat Dei vo-
cem, discat iustitiam, sacramentum natiuitatis
sue norit, humana cōtēminat, diuina suscipiat,
vt summū illud bonum, ad quod natus est, possit
adipisci, dissolutis religionibus vniuersis, & o-
mnibus quacūq; in eorum defensionem dici vel
solebant vel poterant, refutat: deinde cōiunctis
philosophia disciplinis, ad veram nobis religio-
nem, sapiētiāq; veniendum est, quoniam est
(vt docebo) vtrūq; cōiunctum, vt eam vel ar-
gumentis, vel exemplis, vel idoneis testibus asso-
tramus, & stultitiam, quam nobis isti deorum
cultores obiectare nō desinunt, vt nullam penes
nos, sic totā penes ipsos esse doceamus. Et quan-
quā prioribus libris, cum falsis arguerem
religiones, & hīc, cum falsam sapien-
tiam tollerem, vbi veritas sit osten-
derim, planius tamen, qua
religio, & qua sapien-
tia vera sit, liber
proximus ia-
dicabit.

*

FINIS

LACTANTI
FIRMIANI DIVI-

narum institutionum aduersus Gen-
tes, liber Quartus, in quo doce-
tur quæ religio, & quæ
sapientia ve-
ra. sit.

*

De priorè religione, & defectione à Deo,
& septem sapientibus. CAP. I.

COGITANTI mihi, † Cōstan-
tine Imperator, † Cum animo
meo sapa reputanti priorē illum
generis humani statū, & mirā
pariter, & indignum videri so-
let, quod vnus seculi stulticia, religiones varias
suscipientis, deosq; multos esse credentis, in tan-
tam subito ignoracionem sui ventū est, vt abla-
ta ex oculis veritate, neq; religio Dei veri, neq;
humanitatis ratio teneretur, hominibus non in
caelo summum bonum querentibus, sed in terra.
Quam ob causam profecto seculorum veterum
mutata felicitas est. Cœperunt enim relicto pa-
rente, & constitutore omnium Deo, insensibilia
digitorum suorum signenta venerari: quæ præ-
uitas quid effecerit, aut quid malorū attulerit,
res ipsa declarat. Auersi namq; à summo bono,
quod idē beatum, ac sempiternum est, quis
videri, tangi, comprehendendi non potest, & à vir-
tutibus

tutibus ei bono congruentibus, que sunt equè
 immortales, ad hos corruptos, & fragiles Deos
 lapsi, & studentes ijs rebus, quibus solū corpus
 priuatur, alitur, delectatur, mortē sibi perpetuam
 cum dijs, & cum bonis corporalibus quascie-
 runt quia mortī corpus omne subiectū est. In-
 secuta est igitur huiusmodi religiones iniustitia,
 & impietas, sicuti fuerat necesse. Deserunt enim
 vultus suos in calum tollere: sed deorsum men-
 tes hominum depresso, terrenis vt religionibus,
 sic etiam bonis inhaerebant. Secutum est disti-
 dum generis humani, & fraus, & nefas omne: *adhæc
 quia spretis æternis, atq; incorruptis bonis, que
 sola debent ab homine concupisci, temporalia,
 & breuiā maluerunt, maiorq; hominibus ad
 malum fides fuit, qui prauum recto, quia presen-
 tius fuerat, præulerunt. Sic humanam vitam
 prioribus seculis in clarissima luce versatā cali-
 go, ac tenebræ comprehenderunt, & quod præ-
 mitati congruens erat, postquam sublata sapien-
 tia est, tum de nunc sibi homines sapientum no-
 men vindicare cœperunt. Tum autem nemo sa-
 piens vocabatur, cum omnes erant. Vtināq; no-
 men illud aliquando publicum, quāuis ad pau-
 cos redactum, tamē vni suam retineret. Possent
 enim fortasse pauci illi vel ingenio, vel autorita-
 te, vel assiduis hortamentis liberare populū vi-
 tijs & erroribus: si ad adē in totum sapientia
 cecidisset, vt ex ipsa nominis arrogātia, nullum
 eorum, qui vocarentur, apparerent fuisse sapien-
 tem.

tem. Et tamen prius, quam hæc philosophia, qua dicitur esse, inueniretur, septem fuisse traduntur primi omnium, qui quia de rebus naturalibus querere, ac disputare sunt ausi, sapientes haberi, appellariq; meruerunt. O miserum, calamitosumq; seculum, quo per orbem totum septem fuerunt soli qui hominum vocabulo ticerentur! Nemo enim potest iure dici homo, nisi qui sapiens est. Sed si ceteri omnes, præter ipsos, stulti fuerunt, ne illi quidem sapientes: quia nemo esse sapiens verè, iudicio stultorum potest. Adeo ab his absuit sapientia, ut ne postea quidem increfcente doctrina, & multis, magniq; ingenijs in id ipsum semper intentis, potuerit perspicì veritas ac comprehendi. Nam post illorum septem sapientum gloriam, increfabile est, quanto studio inquirenda veritatis Gracia omnis exarserit. Ac primum, nomen ipsum sapientie arrogans putauerunt: seq; non sapientes, sed studiosos sapientie vocauerunt. Quo factò & illos, qui temere sapientum sibi nomen ascuerant, erroris, stultitiæq; damnauerunt, & se quoq; ipsos ignorantia, quam quidem non diffitebimur. Nam ubicunq; rerum natura ingenijs eorum quasi inanus opposuerat, ne rationem possent aliquam reddere, testificari solebant, nihil se scire, nihil cernere. Unde multo sapientiores inueniuntur, qui se aliqua ex parte videre, quam illi, qui se sapere crederunt.

De

De Sapientiæ inuentione. CAP. II.

Quare, si neq; illi fuere sapientes, qui sunt
 appellati, neq; posteriores, qui non dubi-
 tauerunt insipientiam confiteri, quid superest,
 nisi ut alibi querenda sit sapientia, quando non
 est, ubi querebatur, inuenta? Quid autem pu-
 temus fuisse causa, cur tot ingenus, totq; tempo-
 ribus summo studio, ac labore quaesita non re-
 periretur, nisi quod eam philosophi extra fines
 suos quaesierunt? Qui quoniam peragratis, &
 exploratis omnibus, nusquam sapientiam com-
 prehenderunt, & alicubi esse illam necesse est:
 apparet, illuc potissimum esse querendam, ubi
 iustitia titulus apparet, cuius velamento Deus,
 ne arcanum sui diuini operis in propatulo effet,
 thesaurum sapientiae, ac veritatis abscondit.
 Unde equidem soleo mirari, quod cum Pythago-
 ras, & postea Plato, amore indagandae verita-
 tis incensi, ad Aegyptios, & Magos, & Per-
 sas usque penetrassent, ut eorum gentium ri-
 tus, & sacra cognoscerent (suspiciabantur enim
 sapientiam in religione versari) ad Iudaeos ta-
 men non accesserint, penes quos tunc solos erat:
 & quò facilius ire potuissent. Sed auersos esse
 arbitror diuinae providentiae, ne scire possent ve-
 ritatem, quia nondum fas erat alienigenis ho-
 minibus religionem Dei veri, iustitiamq; notes-
 cere. Statuerat enim Deus appropinquante
 primo tempore, ducem magnum celitus mit-
 teri, qui eam perfido, ingratoq; populo ablatam,
 *excer

*exticis *exteris gentibus reuelaret. Quia de re in hoc libro aggrediar disputare, si prius ostendero sapientiam cum religione sic coherere, ut diuelli utrunq; non possit.

De Sapientia & religione, deq; iure patris
& domini. CAP. III.

DEorum cultus, ut in priore libro docui, non habet sapientiam, non modo, quia diuini animal hominem terrenis, fragilibusq; sustentat, sed quia nihil tibi differitur, quod proficiat ad mores excolendos, vitamq; formandam, nec habet inquisitionem aliquam veritatis, sed tantummodo ritum colendi, qui non officio mentis, sed ministerio corporis constat. Et ideo non est illi religio vera iudicanda, quia nullis iustitia virtutibusq; preceptis erudit, efficitq; meliores. Itaq; philosophia, quia in illis religionem, id est, summam pietatem non habet, non est vera sapientia. Nam si diuinitas, que gubernat hunc mundum, incredibili beneficentia genus humanum sustentat, & quasi paterna indulgentia fouet, vult profecto gratiam sibi referri, & honorem dari. Nec constare homini ratio pietatis potest, si celestibus beneficijs extiterit ingratus: quod non est utiq; sapientis. Quoniam igitur (ut dixi) philosophia, & religio deorum, disiuncta sunt, longeq; discreta (siquidem alij sunt professores sapientia, per quas utique ad deos non a dicitur: alij religionis antistites, per quos sapientia non discitur) apparet, nec illam veram esse sapientiam.

pientiam, nec hanc religionem. Idcirco nec phi-
 losophia potuit veritatem comprehendere, nec re-
 ligio deorum rationem sui, qua caret, reddere.
 Vbi autem sapientia cum religione inseparabili
 nexu cohaeret, virtusque verum esse necesse est. quia
 et in colendo sapere debemus, id est, scire, quid
 nobis, et quomodo sit colendum, et in sapiendo
 colere, id est, re et actu, quod scierimus imple-
 re. Vbi ergo sapientia cum religione coniungitur?
 Ibi scilicet, ubi Deus colitur vnus, ubi vita, et
 actus omnis ad vnum caput, et ad vnam sum-
 mam refertur. Denique yde sunt doctores sapien-
 tiae, qui et Dei sacerdotes. Nec tamen moueat
 quenquam, quia saepe factum est, et fieri potest,
 ut philosophus aliquis, deorum suscipiat sacer-
 dotium: quod cum fit, non tamen coniungitur
 philosophia cum religione, sed et philosophia
 inter sacra cessabit, et religio, quando philoso-
 phia tractabitur. Illi enim religio muta est, non
 tantum, quia mutorum est, sed quia ritus eius in
 manu et digitis est, non in corde aut lingua,
 sicut nostra quae vera est. Idcirco et in sapien-
 tia religio, et in religione sapientia est. Ergo
 non potest segregari: quia sapere nihil aliud
 est, nisi Deum rerum iustitiam, ac pijs cultibus ho-
 norare. Multorum autem deorum cultus non
 esse secundum naturam, etiam hoc argumento
 colligi et compre'endi potest. Omnem Deum,
 qui ab homine colitur, necesse est inter solennes
 ritus, et preces, patre nuncupari, non tan-
 s tum

tum honoris gratia, verumetiam rationis, & quòd antiquior est homine, & quòd vitam, salutem, victumq; præstat, ut pater. Itaq; & Iupiter à precantibus pater vocatur, & Saturnus, & Ianus, & Liber, & ceteri deinceps, quòd Lucilius in deorum consilio irridet:

VI nemo sit nostrit, quin aut p̄ optimus diuū:

VI Neptunus p̄r. Liber, Saturnus pater, Mars.

Ianus, Quirinus pater nomē dicitur ad vñ.

Quòd si natura non patitur, ut sint vnius hominis plures patres (ex vno enim procreatur) ergo deos etiam multos colere, contra naturam est, contraq; pietatem. Vnus igitur colendus est, qui potest verè pater nominari. Idem etià dominus sit, necesse est: quia sicut potest indulgere, ita etiam coercere. Pater ideo appellandus est, quia nobis multa, & magna largitur: dominus, ideo quia castigandi, ac puniendi maximam habet potestatem. Dominum verò eundem esse, qui sit pater, etiam iuris civilis ratio demonstrat. Quis enim filios poterit educare, nisi habeat in eos dominum potestatem? Nec immerito paterfamilias dicitur, licet tantum filios habeat: videlicet nomen patris complectitur etià seruos, quia familiam sequitur: & nomen familie complectitur etià filios, quia pater antecedit: vnde apparet, eundem ipsum & patrem esse seruorum, & dominum filiorum. Deniq; & filius inuincitur tanquã seruus, & seruus liberatus patroni nomen accipit, tanquã filius. Quòd si propterea
pater

paterfamilias nominatur, ut appareat eum duplici potestate praeditum, quia indulgere debet, quia pater est, & coercere, quia dominus: ergo idem servus est, qui & filius: idem dominus qui & pater. Sicut igitur natura necessitate non potest esse nisi unus pater, ita nec dominus nisi unus. Quid enim faciat servus, si multi domini diversi imperaverint? Ergo contra rationem, contraque naturam sunt religiones multorum deorum, siquidem nec patres multi possunt esse, nec domini. Deos autem, & patres, & dominos nuncupari necesse est. Teneri ergo veritas non potest, ubi homo idem multis patribus, dominisque subiectus est, ubi animus in multa dispersus, huc atque illuc iuagatur, nec habere ullam firmitatem potest, quando certo, & stabili domicilio religio caret. Cultus igitur deorum veri esse non possunt: eodem modo quo matrimonium dici non potest, ubi mulier una multos viros habet, sed haec aut meretrix, aut adultera nominabitur: a qua enim pudor, castitas, fides abest, virtute careat necesse est. Sic & religio deorum impudica est, & incerta, quia fide caret, quia bonos instabilis, & incertus, caput atque originem non habet.

De sapientia itidem, & religione: & iure patris, & domini. CAP. IIII.

Quibus rebus apparet, quam inter se coniuncta sint sapientia, & religio: sapientia spectat ad filios, quae exigit amorem: religio ad servos, quae quidem exigit timorem. Na sicut illis

illi patrem diligere debet, & honorare, sic hi de-
 minum colere, ac vereri. Deus autem, qui vnus
 est, quoniam vtrinq; personam sustinet, & pa-
 tris, & domini, & amare eum debemus, quia
 filij sumus, & timere, quia seruus. Non potest igitur
 nec religio à sapientia separari, nec sapientia
 à religione secerni: quia idem Deus est, qui &
 intelligi debet, quod est sapientia: & honorari,
 quod est religio. Sed sapientia precedit, religio
 sequitur: quia prius est, Deum scire: cōsequens,
 colere. Ita in duobus hominibus vnus vis est, quā
 vis diuersa esse videantur. Alterum enim posi-
 tum est in sensu, alterum in actu. Sed tamen si-
 milia sunt duobus riuus ex vno fonte mananti-
 bus. Fons autem sapientia, & religionis Deus
 est: à quo hi duo riuus si aberrauerint, arescāt ne-
 cesse est: quem qui nesciunt, nec sapientes esse pos-
 sunt, nec religiosi. Sic fit, vt philosophi, & qui
 deos colunt, similes sint aut filijs abdicatis, aut
 seruis fugitiuis: quia neq; illi patrem quarunt,
 neq; hī dominum: & sicut abdicati heredita-
 tem patris non assequuntur, & fugitiui impuni-
 tatem: ita neq; philosophi immortalitatem acci-
 piunt, quæ est regni cælestis hereditas, id est
 summum bonum, quod illi maxime * quarunt:
 neq; cultores deorum pœnā sempiternæ mortis
 effugient, quæ est animaduersio veri domini ad-
 uersus fugitiuos suæ maiestatis, ac nominis. Deū
 verò esse patrem, eundemq; dominum, vtrique
 pariter ignorauerunt, tam cultores deorū, quam

* quæ sit
 aut:

ipsi sapientie profissores: quia aut nil omnino
 colendum putauerunt, aut religiones falsas ap-
 probauerunt: aut, etiam si vim, potestatemq;
 summi Dei intellexerunt, ut Plato, qui ait vni
 esse fabricatorem mundi Deum, & M. Tullius,
 qui fatetur hominem de clara quadam condi-
 tione à summo Deo esse generatum: tamen ei de-
 bitum cultum tanquam summo patri non red-
 diderunt: quod erat consequens ac necessarium.
 Deos autem neq; patres, neq; dominos esse posse,
 non tantum multitudo (ut supra ostendi), sed
 etiam ratio declarat: quia neq; factus esse à Dīs
 hominem, traditur, neq; deos ipsos antecedere
 originem hominū, inuenitur. Siquidem fuisse in
 terra homines, antequam Vulcanus, & Liber,
 & Apollo, & ipse Iupiter, nascerentur, appa-
 ret. Sed neq; Saturno filio hominū, neq; Calo
 patri eius assignari solet. Quod si nullus eorum,
 qui coluntur, formasse à principio, atq; instituis-
 se hominem traditur: nullus igitur ex hiis pater
 hominū nuncupari potest, ita ne Deus quidem.
 Ergo fas non est, venerari eos, à quibus non sit
 homo generatus, quia neq; à multis generari po-
 test. Vnus igitur, ac solus coli debet, qui Iouem,
 qui Saturnum, qui Cælum ipsum, terramq; ante
 secessit. Is enim necessaria est hominem figurauerit,
 qui ante hominem, cælum terramq; perfecit. So-
 lus pater vocandus est, qui creauit: solus domi-
 nus nuncupandus, qui regit, qui habet vitæ ac
 necis veram & perpetuam potestatem: quem

qui non adorat, et insipiens seruus est, qui dominum suum aut fugiat, aut nesciat: & impius filius, qui suum verum patrem vel oderit, vel ignoret.

De Prophetis, & eorum temporibus.

C A P. V.

Nunc, quoniam docui sapientiam & religionem non posse deduci, superest ut de ipsa religione, ac sapientia differamus. Sermo^{*} quidam quam sit difficilis de rebus celestibus disputatio: sed tamen audendum est, ut illustrata veritas pateat, nullique ab errore, atque interitu liberetur, qui eam sub velamine stulticia latentem aspernantur, ac respiciunt. Sed prius quam incipiam de Deo, & operibus eius dicere, mihi pauca de prophetis antea dicenda sunt, quorum testimonium nunc vi necesse est: quod in prioribus libris ne facerem, temperavi. Ante omnia, qui veritatem studet comprehendere, non modo intelligendis prophetarum vocibus animum debet intendere, sed etiam temporum, per quae quisque illorum fuerit, diligentissime inquirere, ut sciat & quae futura praedixerint, & post quot annos praedicta completa sint. Nec difficultas in his colligendis inest ulli. Testati sunt enim, sub quo quisque rege diuini Spiritus fuerit scriptos passus instructum. Multique^{*} scriptores libros de temporibus ediderunt, initium facientes a propheta Moysse, qui Troianum bellum^{*} nonaginta fere annis antecessit. Is autem, cum per annos quadraginta populum rexisset, successorem habuit Iosue, qui septem & viginti annis tenuit principat

cipatum. Exinde sub iudicibus fuerunt per annos trecetos septuaginta. Tum mucato statu reges habere cœperunt; quibus imperium tenentibus per annos quadringētos * L X vsq; ad Sedechie regnū oppugnati a rege Babylonio, captiq; Iudei diuturnum seruitium pertulerunt, donec septuagesimo post anno eos CYRUS maior, terris ac sedibus suis redderet; qui per idem tempus in Persas suscepit imperiū, quo Romæ Tarquinius Superbus. Quare cum omnis temporū series & ex Iudæis, & ex Græcis, Romanisq; historijs colligatur, etiam singulorum prophetarum tempora colligi possunt, quorum sanè vltimus Zacharias fuit, quem constat sub Dario rege, secundo anno regni eius, octavo mense, cecidisse. Ad eò antiquiores etiam Græcis scriptoribus prophetae reperiuntur. Quæ omnia eo profecto, ut errorem suum sentiant, qui scripturam sacram coarguere nituntur tanquam novam, & recens fictam, ignorantes ex quo fonte religionis sanctæ origo manauerit. Quod si quis collectis, perspectisq; temporibus, fundamentum doctrinæ salubriter iecerit, & veritatem penitus comprehendet, & errorem cognita veritate deponet.

De Dei filio, deq; eo testimonia. C A P. V I.

DEus igitur machinator, constitutorq; rerum, sicuti in secundq libro diximus, antè quàm præclarum hoc opus mundi adoriretur, sanctum, & incorruptibilem, & irreprehensibilem spiritum genuit, quem filium uincuparet.

Et quamuis alios postea innumerabiles creauit
 fcs, quos angelos dicimus, hunc tamē solū pri-
 mogenicum diuini nominis appellatione digna-
 tus est, *paterna* scilicet virtute ac maiestate pol-
 lentem. Esse autem summi Dei filium, qui sit
 potestate maxima peditus, non tantū con-
 gruētes in unā voces Prophetarum, sed etiam
 Trismegisti predicatio, & Sibyllarū vaticinia
 demonstrant. Hermes in eo libro, qui ὁ λόγος
 τέλει inscribitur, his vsus est verbis: ὁ κύ-
 εις καὶ τῶν πάντων ποιητής, ὃς θεὸν καλεῖν
 υἱομείκωμεν, ἐπεὶ τὸ δεύτερον ἐποίησε θεὸν
 ὄρατον καὶ ἀσθητόν (ἀσθητόν δὲ φημι, ἔ-
 λεγ. τὸ ἀσθητόν αὐτόν: πρὸς γὰρ τῷ εἶ-
 ῆσι πότερον αὐτὸς ἀσθητοί, ἀλλ' ὅτι εἰς ἀσθη-
 εῖν ὑποπέμπει καὶ εἰς νῦν) ὅτι ἐν τῷτον ἐποίη-
 σε πρῶτον, καὶ μέγας καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ
 ἐφάνη ἔπληρης αἰῶν πάντων τῶν ἀγαθῶν,
 ἠγάσέ τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόπον.
 Sibylla Erythraea in carminis sui principio,
 quod à summo Deo exorta est, filium Dei du-
 cem, & imperatorem omnium his versibus
 predicat:

Πανταπόφον κτίσῃς, ὅσις γλυκὺ πνεῦμα
 ἴωσσι

Καὶ θεὸν ἕξ ἠγητῆρα θεῶν πάντων ἐποίησι.

Et turis in fine eiusdem carminis:

Αὐτὸν ἴδωκε θεὸς πρῶσις ἀνδράσι γεραίρεν.

Et alia Sibylla praecipit hunc oportere cognosci:

Αὐτὸν σὺν γίνωσκε θεὸν, θεῶν υἱὸν ἴοντα.

Videli

Videlicet & ipse est Dei filius, qui per Solomonem sapientissimum regem diuino spiritu plenum locutus est ea, quæ subiecerimus: Deus condidit me in initio viarum suarum, in opera sua ante secula. Fundauit me in principio, antequam terram faceret, antequam abyssos constitueret, prius quam prodirent fontes aquarum, ante omnes colles genuit me dominus: fecit regiones, & terras inhabitabiles sub celo. Cum pararet celum, aderam illi, & cum secerneret suam sedem, cum super ventos faceret validas nubes, & cum confirmatos poneret montes sub celo: quando faciebat fortia fundamenta terra, eram penes illum disponens. Ego eram, cui adgaudebat: quotidie autem incundabar ante faciem eius, cum letaretur orbe perfecto. Idcirco autem illum Trismegistus ἰσοπεπτοῦ τῆ βίῃ αἰώνου & Sibylla σὺμβουλοῦ appellat, quod tanta sapientia & virtute sit instructus à Deo patre, vt consilio eius & manibus vteretur in fabricatione mundi.

De nomine Iesu Christi.

CAP. VII.

Fortasse querat aliquis hoc loco, quis sit iste tam potens, tam Deo charus, & quod nomen habeat, cuius prima natiuitas nõ modo antecesserit mundum, verum etiam prudentia disposuerit, virtute construxerit. Primum scire non conuenit, nomẽ eius neq; angelis quidem notum esse, qui morantur in celo, sed ipsi soli, ac Deo patri:

patri: nec autè id publicabitur, ut est sanctu
 literis traditum, quàm dispositio Dei facti: im-
 pleta. Deinde nec enunt ari posse hominì orti,
 sicut Hermes docet, hæc dicens: αἴτια δὲ τῆς
 αἰτίας ἢ πᾶθόιν ἀγαθῶν βλάσεις ἢ Θεοῦ προ-
 νηχεν, ἢ τὸ ὄνομα ἢ δυνάμεις ἀνθρώπων ἐ-
 ματι λαληθήσεται. Et paulò post ad filium: ἐ-
 γὰρ τις, ὡ τέκνον, ἀπορρησὶς λόγος σοφίας
 πάντων, καὶ σφαιροναμείεις κυρίως, ὃν εἶπὸ
 ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐστὶ. Sed quantum nomen eius,
 quod ei à principio pater summus imposuit, nul-
 lus aliis præter ipsum sciat, habet tamè et inter
 angelos aliud vocabulum, et inter homines
 aliud Iesus quippe inter homines nominatur.
 Nam Christus non proprium nomē est, sed nur-
 cupatio potestatis, et regni: sic enim Iudei re-
 ges suos appellabant. Sed exponenda est huius
 nominis ratio propter ignorantium errorem, qui
 eum inmutata litera Christum solent dicere.
 Erat Iudeis autè præceptum, ut sacrum confice-
 rent unguentū, quo perungi possent et, qui ve-
 cabantur ad sacerdotium, vel ad regnum. Et si-
 cut nunc Romanis indumentum purpure, insi-
 gna est regie dignitatis assumpta, sic illis unctio
 sacri unguenti, nomen, ac potestatem regiam
 conferebat. Verū quoniam Græci veteres
 χριστοῦ dicebant ungi, quod nunc ἀλείφει-
 σθαι, sicut indicat Himeri versus ille,

Αὐτὸς ὃ δμωῶν λῦσσαι, καὶ χριστὸν ἐλαίῳ.
 Quæ hanc rationem nos cum Christum unguentum

πιστῶν

mus, id est, unctum, qui Hebraicè Messias dicitur. Unde in quibusdam Grecis scripturis, quæ malè de Hebraicis interpretate sunt, ἡλειμὶ-
 Ⓞ, id est, unguendo curatus, scriptum invenitur, ἀπὸ τοῦ ἡλείφου τοῦ βασιλέως. Sed tamē utrolibet nomine rex significatur: non quòd ille regnum hoc terrenum fuerit adeptus, cuius capiendū nōdum tempus advenit, sed quòd cælestē, ac sempiternum, de quo differemus in ultimo libro. nunc verò de prima eius natiuitate dicamus.

De ortu Iesu, in spiritu, & in carne: de Spiritibus
 & testimoniis prophetarum CAP. VIII.

IN primis enim testificamur, illum bis esse natum: primū in spiritu, postea in carne. Unde apud Hieremiam ita dicitur: Prius quàm te formarem in utero, novi te. Et item apud ipsum: Beatus qui erat ante, quàm nasceretur. quod nulli alij cōtingit, præter Christū. Qui cum esset à principio filius Dei, regeneratus est denuò secundum carnē. Quæ duplex natiuitas eius magnum intulit humanis pectoribus errorem, circumfusūq; tenebras etiā iis, qui vera religionis sacramenta retinebant. Sed nos id planè, dilucidèq; monstrabimus, ut amatores sapiētiæ facilius ac diligentius instruantur. Qui audit, Dei filium dicit, non debet tantū nefas mente cōcipere, ut existimet ex cōubio, ac permissione scēntiæ glaucius Deum procreasse: quod non facit nisi animal corporale, mortiq; subiectū. Deus autem eum solus genuit: ut esset, nisi permiscere se poluisset: autem esset * sit, qui
 hanc

tante potestatis, ut quicquid vellet, efficeret, uti-
 que ad creandum societate alterius non indigebat:
 nisi forte existimabimus, Deum, sicut Orpheus pu-
 tauit, et marem esse, et feminam, quod aliter
 generare nequiverit, nisi haberet vim sexus
 utriusque, qua aut ipse seculo coierit, aut sine coitu
 non potuerit procreare. Sed et Hermes in eadem
 fuit opinione, cum dicit *αὐτομάτορα ἢ αὐτοπί-
 τορα*. Quod si ita esset, ut à prophetis patet di-
 citur, sic etiam mater diceretur. Quomodo igitur
 procreauit? Primum. nec sciri à quoquam possunt,
 nec narrari opera diuina, sed tamē sancte littera
 docent, in quibus cautum est, illum Dei filium
 esse Dei sermonem, itemque ceteros angelos Dei
 spiritus esse. Nam sermo est spiritus cum voce
 aliquid significans prolatus. Sed tamen quoniam
 spiritus, et sermo diuersis partibus pro-
 feruntur, siquidem spiritus naribus, ore sermo
 procedit: magna inter hunc Dei filium, ceterosque
 angelos differentia est. Illi enim ex Dei
 taciti spiritus exierunt, qui non ad doctrinam
 Dei tradendam, sed ad ministerium creabantur.
 Ille verò cum sit et ipse spiritus, tamē cum vo-
 ce, ac sono ex Dei ore processit, sicut verbum, et
 scilicet ratione, quia voce eius ad populum fue-
 rat usurus, id est, quod ille magister futurus esset
 doctrinae Dei, et celestis arcani ad homines
 perferendi (quod ipsum primò locutus est, ut per
 eum ipse ad nos loqueretur, et ille voce Dei, ad
 voluntatem nobis reuelaret.) Merito igitur ser-

mo, & verbum Dei dicitur: quia Deus procedentem de ore suo vocalem spiritum, quem non genero, sed mente conceperat, inexcogitabili quadam maiestati suae virtute ac potentia in effigiem, quae proprio sensu, ac sapientia vigeat, comprehendit, & alios item spiritus suos in angelos figuravit. Nostri spiritus dissolubiles sunt, quia mortales sumus. Dei autem spiritus & vivunt, & manent, & sentiunt, quia ipsi immortalis est, & sensus, & vita dator. Nostra voces, licet aura misceantur, atque evanescant, tamen plerumque permanent literis comprehensae: quanto magis Dei vocem credendum est & manere in aeternum, & sensu, ac virtute comitari, quam de Deo patre tanquam rivus de fonte traduxerit? Quid si qui miratur ex Deo Deum prolatione vocis, ac spiritus potuisse generari, si sacras voces prophetarum cognoverit, desinet profecto mirari. Solomonem, patremque eius David potentissimos reges fuisse, & eosdem prophetas, etiam is fortasse sit notum, qui divinas literas non attigerunt, quorum alter, qui posterius remansit, Troiane urbis excidium centum et quadraginta annis antecessit. Huius pater divinorum scriptor hymnorum in psalmo **XXVII**. sic ait: Verbo Dei cali solidati sunt, & in spiritu oris eius omnis virtus eorum. Item rursus in psalmo **XLIII**. Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Contestans videlicet, nulli alij opera Dei esse nata, nisi filio soli,

soli, qui est verbum Dei, & quem regnare in
perpetuum, necesse est. Item Solomon ipsum
verbum Dei esse demonstrat, cuius manibus
opera ista mundi fabricata sunt. Ego, inquit,
ex ore altissimi prodii ante omnem creaturam,
ego in celis feci ut oriretur lumen indeficiens,
& nebula texi omnem terram. Ego in altis ha-
bitavi, & thronus meus in columna nubis. Iohan-
nes quoque ita tradit: In principio erat ver-
bum, & verbum erat apud Deum, & Deus
erat verbum. Hoc fuit in principio apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa-
ctum est nihil.

De verbo Dei.

C A P. I K.

Sed melius Græci λόγος dicunt, quam nos
verbum, siue sermonē. λόγος enim & ser-
monem significat, & rationē: quia ille est vox,
& sapientia Dei. Hunc sermonem diuinum ne-
philosophi quidē ignorauerunt. Si quidē Zenon
inimōs rerum nature dispositorem, atq; opificē vniuer-
sitatis λόγος pradicat, quem & fatum, & nec-
cessitatem rerum, & Deum, & animum Iouis
nuncupat, ea scilicet cōsuetudinē, qua solent Iou-
is pro Deo accipere. Sed nihil obstant verba,
cū sententia congruat veritati. Est enim spi-
ritus Dei, quem illi animum Iouis nominauit.
Nam Trismegistus, qui veritatem penē vniuer-
sam nescio quomodo inuestigauit, virtutem, ma-
iestatemq; verbi sepe descripsit, sicut declarat
sup

Superius illud exemplum, quo fitetur esse inef-
 fabilem quendam, sanctumq; sermonem, cuius
 enarratio modum hominis excedat. Dixi de na-
 tiuitate prima breuiter, vt potui: Nunc de se-
 cunda, quoniam controversia est in ea maxima,
 latius differendum est, vt veritatem scire cu-
 pientibus, lumen intelligentie preferamus.

De Iesu aduentu, & Iudaeorum casibus, &
 resurrectione. CAP. X.

IN primis igitur scire homines oportet, sic a
 principio processisse dispositionem summi Dei,
 vt esset necesse, appropinquante seculi termino,
 Dei filium descendere in terram, vt constitueret
 Deo templum, doceretq; iustitiam: veruntamen
 non in virtute angeli, aut potestate celesti, sed
 in figura hominis, & conditione mortali: vt cum
 magisterio sanctus fuisset, traderetur in manus
 impiorum, mortemq; susciperet, vt ea quoq; per
 virtutem domina resurgiret, & homini, quem
 induerat, quem verberat, & spem vincenda mor-
 tis afferret, et ad premia immortalitatis admit-
 teret. Hanc ergo dispositione ne quis ignoret, do-
 cebimus predicta esse omnia, que in Christo vi-
 demus esse completa. Nemo assenerationi nostre
 fidem commodet, nisi ostendero prophetas ante
 multam temporum serie predicasse, fore aliquan-
 do vt filius Dei nasceretur sicut homo, & mira-
 bilia faceret, et cultus Dei per tota terram semi-
 naret, & postremo, patibulo figeretur, & tertio
 die

die resurgeret. Quae omnia cum probauiero eos
 ipsorum literis, qui Deum suum mortali corpore
 tentem violauerunt, quid aliud obstat, quo mi-
 nus sapientiam veram clarum sit in hac religio-
 ne sola versari? Nunc à principio totius sacra-
 menti origo narranda est. Maiores nostri, qui
 erant principes Hebræorum, cum sterilitate, atq;
 inopia laborarent, transferunt in Ægyptum
 frumentaria gratia: ibiq; diutius commorantes,
 intolerabili seruitutu iugo premebantur. Tum
 misertus eorum Deus, eduxit eos, ac liberauit
 de manu regis Ægyptiorum post annos quadra-
 gentos triginta, duce Moysse, per quem postea il-
 lus lex à Deo data est: in qua eductione ostendi-
 virtutem maiestatis sue Deus. Traiecit enim
 populum medio mari rubro, precedente angelo,
 & scindente aquam, ut populus per siccum gra-
 di posset, quem verius (ut ait poëta)

Curvata in motu facie circumsteter vnda. Qua
 re audita tyrannus Ægyptiorum cum magna
 suorum manu infeculus, & mare adhuc patent
 temere ingressus, coeunibus aquis cum omni exer-
 citu deleris est. Hebraei vero egressi, in solitudine
 multa mirabilia viderunt. Namq; cum sicum pa-
 serentur, iclu virge rupe percussa, profiliit fons
 aque, populumq; recreavit. Quo rursus esuriete,
 celestis alimenti pluvia seu manna descendit: quum
 etiam coturnices in castra eorum ventus indu-
 xit, ut non modo pane celesti, sed etiam instru-
 elioribus epulis saturarentur. Pro his tamen di-

iiii

uinis beneficus honorem Deo non reddiderunt:
 sed depulsa iam seruitute, iam siti, fameq; depo-
 sita, in luxuriam prolapsi, ad profanos Aegy-
 ptiorum ritus animos transfulerunt. Cum enim
 Moyses Dux eorum ascendisset in montem, atq;
 ibidem quadraginta diebus moraretur, aureum
 caput bouis, quem vocant Apin, quod eos signo
 preccederet, figurarunt. Quo peccato, ac scelere
 offensus Deus, impium, & ingratum populum
 pro merito pœnis grauib; affecit, & legi, quam
 per Moysen dederat, subiugauit. Postea vero cum
 in deserta quadam parte Syria confedisset,
 miserunt veteris nomen Hebræi, & quoniam
 princeps examinis eorum Iudas erat, Iudæi sunt
 appellati: & terra, quam incolere, Iudæa. Et
 primò quidem non domino regum subiecti fue-
 runt, sed populo, ac legi ciuiles iudices preside-
 bant, non tamen in annum constituti sunt sicut
 Romani consules, sed perpetua iurisdictione sub-
 iuxti. Tum sublato iudicum nomine, potestas re-
 galis inducta est. Verùm iudicibus regim; in eo-
 rum tenentibus, prauas religiones sæpe susceper-
 ant, atq; offensus ab his Deus, toties aliq; nis
 subiugabat, donec rursus pœnitentiæ populi mi-
 tigatus, liberaret eos seruitute. Item sub regibus
 fuit: morum bellis, ob delicta vexati, postremo
 capti, abductiq; Babylonis, pœnas impietatis
 sue, graui seruitio pependerunt, donec Cyrus re-
 niter, in regnum, qui statim Iudæos restituit edi-
 cto. Exinde Terrarchas habuerunt vsque ad
 & Herod

Herodem, qui fuit sub imperio Tiberij Cæsarij, cuius anno quintodecimo, id est, duobus geminis
 * decimâ consulibus, ante diem * septimam Caiendas
 Aprilis Iudei Christum cruci affixerunt. Hic re-
 * sacrarum textus, hic ordo in arcanis * sanctarum lite-
 rarum continetur. Sed prius ostendamus qua de
 causa in terram venerit Christus: ut fundamen-
 tum diuine religionis, & ratio clarescat.

De Iesu aduentu, & prædictis Prophetarum.

CAP. XI.

Cum sepe Iudei præceptis salutaribus re-
 pugnarent, atque à diuina lege desciscer-
 rent, aberrantes ad impios cultus deorum, tum
 Deus iustos, & electos viros Spiritu sancto im-
 plebat, prophetas in media plebe constituens,
 per quos peccata ingrati populi verbis minaci-
 bus increparet, & nihilominus hortaretur ad
 penitentiam sceletis agendam: quam nisi egis-
 sent, atque abiectis vanitatibus ad Deum suum
 redissent, fore, vt testamentum suum mutaret, id
 est, hereditatem vite immortalis ad exterâs cõ-
 uerteret nationes, aliumq; sibi populum fidelio-
 rem ex alienigenis congregaret. Illi autem à pro-
 phetis increpati, non modo verba eorum respue-
 runt, sed quod sibi peccata exprobrarentur, offen-
 si, eos ipsos exquisitis cruciatibus necauerunt.
 Que omnia diuinae literæ signata conseruant.
 Dicit enim Propheta Hieremias: *Misi ad vos
 seruos meos prophetas: ante lucem mittebam; et*

non audiebatis me, neque inueniebatis auribus vestris, cum dicerem vobis, Conuertatur unusquisque à via sua mala, & à nequissimis affectionibus vestris, & habitabitis in terra ista, quam dedi vobis, & patribus vestris à seculo & usque in seculum. Nolite ambulare post deos alienos, & seruiatis eis, & ne iucetis me in operibus manuum vestrarum, ad disperdendos vos. Esdras etiam propheta, qui fuit eiusdem Cyri temporibus, à quo Indei sunt restituti, sic loquitur: Descenderunt à te, & abiecerunt legem tuam post cor tuum, & prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, ut reuenterentur ad te. Item Helias in libro βασιλειῶν tertio: ^{*} Emulans emulatus sum Domino Deo omnipotenti, quia dereliquerunt te filij Israël, & altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, & remansi ego solus, & querunt animam meam auferre à me. Propter has ergo illorum impietates abdicauit eos in perpetuum: itaque desijt prophetas mittere ad eos. Sed illum filium suum primogenitum, illum opificem rerum, & consiliatorem suum delibi iussit è ta'o, ut religionem sanctam Dei trāsferret ad gentes, id est, ad eos, qui Deum ignorabant, doceretq; iustitiam, quam perfidus populus abiecerat, quod Iamprid in se denuntiauerat esse facturum: sicut Malachias propheta indicat, dicens: Non est mihi voluntas circa vos, dicit dominus, & sacrificia non accipiam de manibus vestris,

2 2 quom

* Emulando

⁊ confecti
maiores

quoniam à Solis ortu vsq; ad occasum clarifica-
bitur nomen meum apud gentes. Item David in
Psulmo X V I I. Constitues me in caput gentium:
populus, quem non cognoui, seruiet mihi. Esaius
quoq; sic loquitur: Venio colligere omnes gentes,
& linguas, & venient, & videbunt claritatem
meam: & dimittam super eos signum, & mit-
tam ex his ⁊ conservatos in gētes, quæ longè sunt,
quæ non audierunt gloriam meam, & nunti-
bunt claritatem meam in gentes. Volens igitur
Deus metatorem templi sui mittere in terram,
noluit eum in potestate, & claritate celesti mit-
tere, ut ingratus in Deum populus in errorem
maximum induceretur, ac pœnas pro scinori-
bus suis lueret, qui Dominum ac Deum suum
non recepisset: quod olim propheta cecinerant, sic
esse facturum. Esaias enim, quem ipsi Iudæi seris
confectum crudelissimè necauerunt, ita dicit:
Audi calum, & percipe auribus terra, quoniam
Dominus locutus est: filios genui, & exaltavi,
ipsi autem me spreverunt. Agnovit bos possesso-
rem suum, et asinus praeseptum domini sui: Israel
autè me non cognovit, & populus meus me non
intellexit. Hieremias quoq; similiter ait: Cogno-
vit tempus suum turtur, & hirundo, & turis
passeres custodierunt tempora intricus sui: po-
pulus autem meus non cognovit iudicium Do-
mini. Quomodo dicitis, Sapientes sumus, & lex
Domini nobis sumi est? In cassum facta est meta-
tura: falsi scribæ, & confusi sunt: sapientes tre-
pidaver

pidauerunt, et capti sunt, quoniam verbum Do-
 mini reprobauerunt. Ergo (vt coeperam dicere)
 cum statuisset Deus doctorem virtutis mittere
 ad homines, renasci eum denuo in carne praecepit,
 & ipsi homini similem fieri, cui dux & comes,
 & magister esset futurus. Sed tamen quoniam
 pius & clemens est erga suos Deus, ad eos ipsos
 eum misit, quos oderat, ne illis in perpetuum sa-
 lutis viam clauderet, sed daret his liberam ficul-
 tatem sequendi Deum, vt et praemium vitae ad-
 piscerentur, si eum secuti fuissent, quod plurimi
 eorum faciunt, atq; fecerunt: & culpa sua in pe-
 nam mortis incurreret, si regem suum repudias-
 sent. Apud illos igitur, & ex eorum semine rege-
 nerari eum iussit, ne si fuisset alienigena, iustam
 possent excusationem de lege pretendere, quod
 eum non suscepissent: simul, vt nulla omnino gens
 esset in terra, cui spes immortalitatis negaretur.

De Iesu ortu ex virgine, vita, morte, & resur-
 rectione: deq; iis rebus testimonia Pro-
 phetarum.

CAP. XII.

Descendens itaque de celo sanctus ille Spi-
 ritus dei, sanctam virginem, cuius vtero se
 insinuat, elegit. At illa diuino Spiritu hausto
 repleta concepit: & sine villo actu viri repen-
 te virginalis vterus intumuit. Quod si animalia
 quaedam vento, & aura concipere solere, omni-
 bus notum est, cur quisquam mirum putet, cum
 Spiritu Dei: cui facile est quicquid velit, graua-
 tam esse virginem dicimus? Quod sane incredi-
 bile

* psalmo
vigesimo

* concipi
et

* necau

bile posset videri, nisi hoc futurum ante multa secula propheta cecinissent. Solomon in * Ode vnde uigesima ita dicit: Infirmarius est uterus virginis, & accepit foetum, & grauata est, & facta est in multa miseratione virgo mater. Item propheta Esaias, cuius haec verba sunt: Propterea dabit Deus ipse vobis signum: Ecce virgo* accipiet in uterum, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Quid hoc manifestius dici potest? Legebant ista Iudaei, qui eum* negauerunt. Si quis nos haec fingere arbitratur, ab his* requirat, ab his* potissimum sumat. Satis firmum testimonium est ad probandam veritatem, quod ab ipsis perhibetur inimicis. Emmanuel autem nunquam uocatus est, sed Iesus, qui Latine dicitur salutaris, siue saluator, quia cunctis gentibus salutaris uenit. Sed per prophetam declarauit hoc nomine, quod Deus ad homines in carne venturus esset. Emmanuel enim significat nobiscum Deus, scilicet quia illo per uirginem nato, cõfiteri homines oportebat, Deum secum esse, id est, in terra, & in carne mortali. Vnde Dauid in Psalmo octogesimo quarto, Veritas, inquit, de terra orta est: quia Deus, in quo ueritas est, terrenum corpus accepit, ut terrenis uiam salutis aperiret. Item Esaias ipse: Ipsi autem non crediderunt, & exacerbauerunt Spiritum sanctum: & conuersus est eis ad inimicitiam. Et ipse expugnauit, & recordatus est dierum seculi, qui insensauit de terra pastorem ouium. Quis autem
futurus

futurus esset ille pastor, declarauit alio loco di-
 cens: Exultent caeli desuper, & nubes induant
 iustitiam, aperiatur terra, & pullulet* saluato-
 rem. Ego enim dominus Deus creauit eum. Sal-
 uator uero est (ut supra diximus) Iesus. Sed &
 alio loco idem propheta sic predicauit: Ecce na-
 tus est nobis puer, & datus est nobis filius, cuius
 imperium super hameros eius: & uocatum est
 nomen eius, magni consilij nuntius. Idcirco enim
 missus est à Deo patre, ut uniuersis gentibus,
 quæ sub calo sunt, singularis & veri Dei san-
 ctum mysterium reuelaret, ablatum à perfido po-
 pulo, qui aduersus Deum sepe deliquit. Daniel
 quoque similia prælocutus est: Videbam, inquit, in
 visu noctis, & ecce in nubibus caeli ut filius ho-
 minis ueniens, & usque ad uetustum dierum per-
 uenit. Et qui assistebant, obtulerunt eum, & da-
 tum est ei regnum, & honor, & imperium: &
 omnis populi, tribus, lingua seruient ei, & pote-
 stas eius æterna, quæ nunquam transibit, & re-
 gnum eius, quod non corrumpetur. Quomodo igitur
 Iudæi & constantur, & sperant Christum†
 Dei? qui tunc idcirco reprobauerunt, quia ex
 homine natus est? Nam cum ita sit à Deo consti-
 tutum, ut idem Christus bis ueniat in terram,
 semel, ut unum Deum gentibus nuntiet: deinde
 rursus, ut regnet: quando in secundum eius ad-
 uentum credunt, qui in primum non credide-
 rant? Atqui propheta utrosque aduentus in u-
 paucis uerbis comprehendit. Ecce, inquit, in nu-

bibus celi, ut filius hominis veniens. non dixit,
 ut filius Dei, sed filius hominis, ut ostēderet, quod
 carne indui haberet in terra, ut suscepta homi-
 nis figura, & conditione mortali, doceret homi-
 nes insipientiam: & cum mandatis Dei sanctus, ve-
 ritatem genibus revelasset, multaretur etiam
 morte, ut inferos quoque vinceret, ac resignaret,
 atque ita demum resurgens, ad patrem proficisce-
 retur in nube sublatus. Adiecit enim propheta,
 & ait: Et usque ad antiquum dierum pervenit, et
 oblatus est ei. Antiquum dierum appellavit Deum
 sumnum, cuius etas, & origo non potest compre-
 hendi, quia solus à seculis fuit, & erit semper in
 secula. Christum autem post passionem ac resur-
 rectionem ascendurum esse ad Deum patrem, Da-
 vid in psalmo centesimo nono contestatus est his
 verbis: Dixit Dominus Domino meo, sede ad
 dextram meam, quoad usque ponam inimicos tuos
 suppedaneum pedum tuorum. Qui propheta, cum
 rex esset, quem appellare Dominum suum posset,
 qui sedere ad dexteram Dei, nisi Christum filium
 Dei, qui est Rex regum, & Dominus Domino-
 rum? Quod Esaias apertius ostendit, dicens: Hec
 dicit Dominus Deus Christo Domino meo, cuius
 genui dexteram, Obaudire ante eum gentes faci-
 ciam, & fortitudinem regum d strumpam Ape-
 riam ante illum portas, & civitates non claudē-
 tur. Ego anteibo, & montes deplanabo, & fores
 areas conteram, & seras ferreas consingam, &
 dabo tibi st. esuros absconditos & invisibiles, vs
 scis,

scias, quia ego sum dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus Israël. Denique ob virtutem, ac fidem, quam deo exhibuit* in terra, datum est ei [†] de regni, & honor, & imperium, et omnes populi, tribus & lingue seruient ei, et potestas eius aeterna, que nunquam transibit, & regnum eius non corrumpetur. Quod quidem duobus modis intelligitur, quia & nunc habet perpetuam potestatem, cum omnes gentes, & omnes lingue nomen eius venerantur, maiestatem consentantur, doctrinam sequuntur, virtutem imitantur: habet imperium, habet honorem, cum omnes tribus terra preceptis eius obtemperant: & idem postea, cum rursus aduenerit in potestate ac claritate, ut omnem animam indicet, & inuitos restituat ad vitam: tunc verè totius terra regimen obtinebit: tunc sublato de rebus humanis omni malo, aureum seculum (ut poëta vocant) id est, iustum, ac pacificum tempus orietur. Sed hac vberius in ultimo libro differemus, cum de secundo aduentu loquemur: nunc de primo, ut capimus, explicemus.

De Iesu Deo, & homine, deq; eo testimonia
Prophetarum.

CAP. XIII.

Summus igitur Deus, ac parens omnium, cum religionem suam transferre voluisset, dictorem iustitie transmisit è celo, ut noui cultoribus nouam legem in eo, vel per eum daret: non sicut antè fecerat, per hominem, sed tamen nasci eum voluit tanquam hominem, ut per omnia summo patri similis existeret. Ipse enim Deus pater, &

5 origo,

origo, & principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπαύτως atque ἀμήτως à Trismegisto verissimè nominatur, quòd ex nullo sit procreatus. Idcirco etiam huius filium nasci oportuit, ut ipse fieret ἀπαύτως atq; ἀμήτως. In prima enim natiuitate spirituali ἀμήτως fuit, quia sine officio matris, a solo Deo patre progeneratus est. In secunda verò carnali ἀπαύτως fuit, quoniam sine patris officio, virginali utero procreatus est, ut mediam inter Deum, & hominem substantiam gerens, nostram hanc fragilem, imbecillèq; naturam quasi manu ad immortalitatem posset educere, factus est Dei filius per spiritum, & hominis per carnem, id est, & Deus, & homo. Dei virtus in eo ex operibus, quæ fecit, apparuit: fragilitas hominis, ex passione, quam pertulit: quam cur susceperit, paulò post docebo. Interim & Deum fuisse, & hominem ex utraque genere permixtum, prophetis vaticiniis discimus. Esaias Deum fuisse testatur his verbis: Fatigata est Ægyptus, & natio Æthiopum, & Saba, viri alti ad te transgredientur, & tui erunt serui, & post te ambulabunt vincti compedibus, & adorabunt te, & te precabuntur, quoniam in te Deus est, & non est alius Deus præter te Tu enim Deus es, & nesciebamus, Deus Israël saluator. Confundentur, & reuerbuntur omnes, qui aduersantur tibi, & cadent in confusionem. Item propheta Hieremias sic ait: Hic Deus noster est, & non deputabitur alius absque illo, qui inuenit

inuenit omnem viam prudentia, & dedit eam
 Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi. Post hæc
 in terris visus est, & inter homines versatus est.
 Hæc David in Psalmo XLIIII. Thronus iuvis
 Deus in secula seculorum, virga equitatis, vir-
 ga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odio habui-
 sti iniquitatem, propterea ruxit te Deus tuus
 oleo exultationis. Quo verbo etiam nomē osten-
 dit. Siquidem (vt supra docui) ab unctioe ap-
 pellatus est Christus. Deinde hominē fuisse eun-
 dem, Hieremias docet, dicens: Et homo est, &
 quis cognouit eum? Item Esaias, Et mittet eis
 Deus hominem, & saluabit eos, iudicans sana-
 bit eos. Sed & Moyses in Numeris ita loquitur:
 Orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex I-
 srahel. Propterea Milesius Apolla consultus verūta-
 ne Deus, an homo fuerit, hoc modo respondit:
 Θεὸς ἐν κτ̄ σαρκί, σαρξὶς περὶ τὰ ὀνόματι
 ἔργοις.

Αλλ' ὑπὸ χελδαίων κελῶν ὄσλοισι συναλωθεῖς,
 Γόμφοις ἔσκαλόπεσι πικρῆν ἀνέλῃσι τελευτῆν
 Primo versu verum quidem dixit, sed arguē
 consultorem fecit, sacramentum veritatis peni-
 tus noscētē. Videtur enim negasse illum Deum:
 sed cum fatetur secundum carnem fuisse morta-
 lem, quod etiam nos predicamus, cōsequens est,
 vt secundum spiritum Deus fuerit, quod nos
 affirmamus. Quid enim fuerat necesse carnis fa-
 cere mentionē? cum satis esset dicere, fuisse mor-
 talem. Sed veritate pressus negare non potuit
 quæra

quemadmodum res se haberet, sicut illud quod ait, sapientem fuisse. Quid ad hoc Apollo respondes? Si sapiens est, ergo doctrina eius sapientia est, nec vlla alia: & sapientes, qui sequuntur, nec vlli alij. Cur igitur vulgò pro stultis, et vanis, & ineptis habemur, qui sectamur magistrum, etiam ipsorum deorum confessione sapientē? Nam quod ait, portentifica illum opera fecisse, quo maxime diuinitatis fidem meruit, assentiri nobis iam videtur, cum dicit eadem, quibus nos gloriamur. Sed colligit se tamen, & ad demoniacas fraudes redit. Cum enim verum necessitate dixisset, iam deorum, ac sui proditor videbatur, nisi quod ab eo veritas extorserat, mendacio fallente celasset. Ait fecisse illum quidem opera miranda, verum non diuina virtute, sed magica. Quid mirum, si hoc Apollo veritatem ignorantibus persuasit, cum Iudaei quoque cultores (vt videbantur) summi Dei, hoc idem putauerunt? cum ante oculos eorum quotidie fierent illa miracula: nec tamen tantarum virtutum contemplatione impelli potuerunt, vt Deum crederent, quem videbant. Propterea David, quem inter ceteros prophetas vel maxime legunt, in Psalmo ^{xxvii} sic eos damnat: Redde illis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt opera Domini. Ex huius ipsius domo Christum generatum iri secundum carnem, & ipse David, & alij prophetae annuntiauerunt. Apud Esaiam ita scriptum est, Et erit in illa die radix Iesse, & qui exurget

prim

xxvi.

principari in nationes, in eum gentes sperabunt,
 & erit requies eius in honore. Et alio loco:
 Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice
 eius ascendet, & requiescet super eum spiritus
 Dei, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus
 consilij, & fortitudinis, spiritus scientia & pie-
 tatis, & requiescet super eum spiritus timoris
 Dei, Iesse autem fuit pater David, ex cuius ra-
 dice ascensurum esse flor. m. pr. allocutus est, eum
 scilicet, de quo Sibylla dicitur

Ανθ' Ἰσραὴλ δ' ἄνθ' ὁ καθαρὸς.

Item in βασιλειῶν libro secundo. Propheta Na-
 than missus est ad David volentem Deo tem-
 plum fabricare: & fuit verbum Domini ad Na-
 than dicēs: Vade, & dic seruo meo David, Hec
 dicit Dominus Deus omnipotens: Non tu aedi-
 ficabis mihi domum ad inhabitandū, sed cū im-
 pleti fuerint dies tui, & dormieris cū patribus
 tuis, suscitabo semen tuum post te, & parabore-
 gnum eius Hic aedificabit mihi domū in nomi-
 ne meo, & erigam thronum eius vsq; in seculū,
 & ego ero ei in patrē, & ipse erit mihi in filiū,
 & iudē consequetur domus eius vsq; in seculum,
 & regnum eius vsq; in seculū. Sed hac vt Iudei
 nō intelligerēt, illa fuit causa, quod Solomon fi-
 lius David, templū Deo aedificauit, et ciuitatem,
 quam de suo nomine Hierosolyma nuncupauit.
 Itaq; ad ipsū, quae à propheta dicta sunt, retu-
 lerunt. Solomon autem ab ipso patre suo impe-
 rij regimen accepit. Prophetæ verò de eo loque-
 bantur

bantur, qui tum nasceretur, postquam David cum patribus suis requiemisset. Præterea Solomonis imperium perpetuum nõ fuit: annis enim XL regnavit. Deinæ quod nunquam filius Dei dictus est, sed filius David: & domus, quam edificavit, non est fidem consecuta, sicut Ecclesia, que est verum templum Dei, quod non in parietibus est, sed in corde, ac fide hominum, qui credunt in eum, & vocantur fideles. Illud vero Solomoniæ templum, quia manu factum est, manu cecidit. Denique pater eius in Psalmo CXXVII. de operibus filij sui prophetauit hoc modo: Si Dominus non adifi. auerit domum, in vanum laborauerunt, qui illam edificauerunt. Si Dominus non custodierit ciuitatem, in vanum vigilauit, qui eam custodiuit.

De Iesu sacerdote, deq. eo ipso testinonia prophetarum. CAP. XIII.

Quibus ex rebus apparet, prophetas omnes denuntiasse de Christo, fore aliquando, ut ex genere David corporatiter natus constitueret æternum templum Deo, quod appellatur Ecclesia, & vniuersas gentes ad religionem Dei veram conuocaret. Hæc est domus fidelis, hoc immortale templum: in quo si quis nõ sacrificauerit, immortalitatis premium non habebit. Cuius templi & magus, & æterni quoniam Christus fabricator fuit, idem necesse est, habeat in eo sacerdos in sempiternũ. Nec potest nisi per eum, qui constituit templum, & ad aditum templi,

pli, & ad conspectum Dei perueniri. David in Psalmo CIX. id ipsum docet dicens: ante luciferum genui te. Iurauit dominus & non pœnitētebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Item in βασιλειῶν lib. primo: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia, quæ sunt in corde meo, faciat: & edificabo ei domum fidelem, & transibit in conspectu meo omnibus diebus. Quis autē futurus esset, cui Deus æternum sacerdotiū pollicebatur, Zacharias etiam nomine posito, apertissimè docuit. sic enim dixit: Et ostendit mihi dominus Deus Iesum sacerdotem magnum stantem ante faciē angeli domini, & diabolus stabat ad dextram ipsius, ut aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum, Impetret tibi dominus vitæ, qui elegit Hierusalem: & ecce titio cietus ab igne, & Iesus erat indutus vestimentis sordidus, & stabat ante faciē Angelī, & respondit, & dixit ad circumstantes ante faciē ipsius, dicēs, Auferte vestimenta sordida ab eo, & induite eum tunica talari, & ponite cydarim mundam super caput ipsius. Et cooperuerunt eum vestimento, & imposuerunt cydarim mundam super caput eius: & angelus domini stabat, & testificabatur ad Iesum dicens: Hec dicit dominus omnipotens, si in vjs meis ambulaueris, & præcepta mea seruaaueris, tu iudicabis domū meam, & dabo tibi, qui conuersi sunt in medio horum circumstantium. Audi itaq; Iesu sacerdos magne.

Quis

Quis non igitur captos mentibus tum fuisse la-
 deos arbitretur, qui cum hac & legeret, & audi-
 rent, nefarias manus suas Deo suo intulerunt?
 Siqui ab eo tempore, quo Zacharias fuit, vsq;
 ad annum quintumdecimū imperij Tiberij ce-
 sarij, quo Christus crucifixus est, prope quingen-
 ti anni numeratur, siquidem Darj, & Alexan-
 dri adolcunt etate, qui fuerūt nō multo post, quā
 Tarquinius Superbus exaltus est: sed illi rursus
 eodem modo falsi, deceptiq; sunt, putantes hæc
 de Iesu dicta filio Naue, qui successor fuit Moy-
 si: aut de sacerdote Iesu filio Iosedech. In quos
 nihil congruit eorum, quæ propheta narravit.
 Non enim sordidati illi unquam fuerunt, cum
 alicui eorum potentissimus princeps fuerit, aliter
 sacerdos: aut perpepsi sunt aliquid aduersi, vt,
 tanquam titio eiectus ex igne, putarentur. Aut
 aliquando in conspectu Dei, & Angelorum
 steterunt: aut propheta de præteritis loquebatur
 potius, quā de futuris. Locutus est igitur de
 Iesu filio Dei, vt ostenderet, cum primo in hu-
 militate, & carue esse venturum. Hæc est enim
 vestis sordida, vt pararet templum Deo: & si-
 cut titio igni ambureretur, id est, ab hominibus
 cruciamenta perferret, & ad vltimum extin-
 gueretur. Titionem enim vulgus appellat extra-
 ctum foco torrem semivivum extinctum. Quo-
 modo autem, & cum quibus mandatis à Deo
 mitteretur in terrā, declaravit spiritus Dei per
 prophetam, docens futurum, vt cum voluntatem
 summi

summi patris fideliter & constanter impleffet,
 acciperet iudicium, atque imperium sempiter-
 num. Si in vjs meis ambulaueris, inquit, et pre-
 cepta mea seruaueris, tu indicabis domum meam.
 Que fuerint via Dei, & qua precepta eius, nec
 ambiguum, nec obscurum est. Deus enim, cum
 videret malitiam, & falsorum deorum cultus
 per orbem terre ita inualuisse, vt iam nomen eius
 ex hominum memoria fuisset penè sublatum (si
 quidem Iudaei quoq; quibus solus arcanum Dei
 creditum fuerat, relicto Deo viuo, ad colenda
 figmenta, irrecitati demonum fraudibus aberras-
 sent, nec increpiti per prophetas reueriti ad Deum
 vellent) filium suum principem Angelorum le-
 gavit ad homines, vt eos conuerteret ab impijs
 & varijs cultibus, ad cognoscendum & colen-
 dum Deum verum: item et eorum mentes à stul-
 titia ad sapièntiam, ab iniquitate ad iustitie ope-
 ra traduceret. He sunt vie Dei, in quibus eum
 ambulare precipit. Hac precepta, que seruan-
 da mandauit. Ille v. r. exhibuit Deo fidem: do-
 cuit enim quòd Deus vnus sit, eumq; so:um coli
 oportere: nec vnquam se ipse Deum dixit: quis
 non seruasset fidem, si missus, vt deos tolleret, &
 vnum affereret, induceret alium, preter vnum.
 Hoc erat, non de vno Deo ficere preconium, nec
 vnius, qui miserat, sed suum proprium negotium
 gerere, ac se ab eo, quem illustratum venerat, se-
 barare. Propterea quia tam fidelis extitit, quia
 sibi nihil prorsus assumpsit, vt mandata mitten-

is impleret : & sacerdotis perpetui dignitatem, & regis summi honorem, & iudicis potestatem, & dei nomen accepit.

De Iesu vita & miraculis : deq; iis testimoniis. CAP. XV.

Quoniam de secunda natiuitate diximus, qua se hominibus in carne monstrauit, veniamus ad opera illa miranda, quæ tunc essent celestis iudicij virtutis, magum Iudæi putauerunt. Cùm primùm cœpit adolescere, unctus est à Ioanne propheta in Iordane flumine, vt lanacro spiritali peccata non sua, quæ utique non habebat, sed carnis, quam gerebat, aboleret : vt quemadmodum Iudæos suscepta circumcissione, sic etiam gentes baptismo, id est purifici roris perfusione saluaret. Tunc vox de celo audita est : Filius meus es tu : ego hodie genui te. Quæ vox apud David predicta inuenitur, & descendit super eum spiritus Dei, formatus in speciem columbæ candidæ. Exinde maximas virtutes cœpit operari, non præstigijs magicis, quæ nihil veri ac solidi ostendant, sed vi ac potestate celesti, quæ iam pridem prophetis nuntiandis canebantur. Quæ opera tam multa sunt, vt vnus liber ad compl. Etenda omnia satis non sit. Enumerabo igitur illi breuiter, & reuerentim, sine vll. personarum ac locorum designatione: vt ad exponendam passionem eius, tra-

cūq; rationem possim peruenire, quò iam dudum
 festinat oratio. Virtutes eius fuerunt, quas Apol-
 lo portentificas appellauit: quòd quacunq; iter
 faciebat, egros, ac debiles, & omni morborum
 genere laborantes, vno verbo, vnoq; momento
 reddebat incolumes, adeò vt membris omnibus
 capti, receptis repente viribus roborati, ipsi
 oculos suos reportarēt, in quibus fuerant pau-
 lo ante delati. Claudis vero, ac pedum vitio affli-
 ctis, non modo gradiendi, sed etiam currēdi da-
 bat facultatem. Tunc quorum ceca lumina in
 altissimis tenebris erant, eorum oculos in pristi-
 num restituēbat aspectum. Mutorum quoque
 linguas in eloquium, sermonemq; soluebat. Item
 sardorum patefactis auribus insinuabat audi-
 tum: pollutos & aspersos maculis, repurgabat.
 Et hec omnia non manibus, aut aliqua medela,
 sed verbo, ac iussione faciebat, sicut etiam Si-
 bylla predixerat,

Πάντα λόγῳ πρᾶτλαν πάντας τε νόσον διαγο-
 νήσαν.

Nec vtiq; mirum, quòd verbo faciebat * mirabi * miracu-
 lia, cum ipse esset Dei verbum, celesti virtute, la-
 ac potestate subnixum. Nec satis fuit quòd vires
 imbecillibus redderet, quòd debilibus integra-
 tem, quòd aegris & languentibus sanitatem: nisi
 etiam mortuos suscitaret, velut è fomio solu-
 tos, ad vitamq; reuocaret. Quae vidētes tunc Iu-
 dei, demoniaca potentia fieri arguebant: cum
 omnia sic fierent, vt facta sunt, ut carne illorum
 litera

litera continerent. Legebant quippe cum alio-
rum prophetarum, tum Esaiæ verba dicentis:
Confortamini manus resolutæ, & genua debilia
cōsolamini. Qui estis pusillo animo, nolite time-
re, nolite metuere: Dominus noster iudicium
retribuet: ipse veniet, & saluos faciet nos. Tunc
aperiendur oculi cæcorum, & aures surdorum
audient. Tunc saliet claudus sicut ceruus, &
blana erit lingua mutorum, quia rupta est in
deserto aqua, & riuus in terra sitientis. Sed &
Sibylla eadem cecinit his versibus:

-Νεκρῶν ἢ ἀνάστασις ἔσται

Καὶ χαλῶν δρόμοι ἔσ' ἄκυστι καὶ φῶς ἀκύντι,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' ἢ λαλίοντες.
Ob has eius virtutes, & opera diuina, cum ma-
gna illum multitudo sequeretur vel debiliū, vel
ægrotum, vel eorum, qui curandos suos offerre
cupiebant, ascendit in montem quendam deser-
tum, vt ibi adoraret: vbi cum triduo moratus es-
set, ac fame populus laboraret, vocauit discipu-
los suos, querens, quantos secum gesserēt cibos.
At illi quinque panes, & duos pisces in pera se
habere dixerunt. Afferri ea iussit, ac multitudo
nem per quinquagenos distributam discubere.
Quod cum discipuli facerent, frangebatur ipse pa-
nem minutatim, carnemq; piscium comminue-
bat: & vtraq; in manibus eius agebantur: &
cum apponere illa populo, discipulis imperasset,
saturata sunt quæq; milia hominum, & in-
super duodecim cophini de residuis fragmentibus
imple

impleti. Quid aut dici, aut fieri potest mirabilis? At id futurum Sibylla cecinerat olim. Cuius versus tales feruntur,

Εἰς ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἑξήκονσι δαίοισιν
 Ἀδρῶν χιλιάδας ἐν ἑρῆμῳ πέντε κορέσεις,
 Καὶ τὰ πτεροπένοια λαβὼν μετὰ κλάσματα
 πάντα,

Δώδεκα πληρώσθ κοφίνους εἰς ἑλπίδα τοῦ ὄν.
 Quæro igitur quid sic potuerit ars magica moliri, cuius peritia nihil aliud, quàm ad circūscribendos oculos valet? Idem, secessurus orâdi gratia, sicut solebat, in montem, præcepit discipulis, ut naviculam sumerent, seq; præcederēt. At illi urgente iam vespere profecti, contrario vento laborare cœperunt. Cumq; iam medium fretum tenerent, tum pedibus mare ingressus cōsecutus est eos, tanquam in solido gradens, non ut poetæ mentiuntur Orionem in pelago incedentem, qui demersa corporis parte humero supereminet undas. Sed & rursus cūm obdormisset in navi, & ventus vsq; ad extremum periculum saevire cœpisset: excitatus è somno silere ventum protinus iussit, & fluctus, qui maximi ferebantur, cōquiescere: statimq; sub verbo eius tràquillitas infusa est. Mentuntur fortasse literæ sanctæ docentes tantam fuisse in eo potestatem, ut imperio suo cogeret vêtos obsequi, maria seruire, morbos cedere, inferos obdare. Quid quòd eadē Sibylla carminibus suis ante docuerunt? quarum prima, cuius supra fecimus mentionem, sic ait:

Τὸς ἀνέμους κἀύσει τε λόγῳ, σφάσει δὲ θά-
λασσαν

Μαινομένην, πῶς ἐν εἰρήνῃς πῶσει τε παλῆσας.

Et rursus alia que dicit,

Κύματα πύξουσι, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει.

Ζήσει τε θνητῶτας, ἀπάσεται ἄλγεια παλαιά.

Εκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄετι κόρη ἴσεται ἀνδρῶν.

*His testimonijs quidam temeritè, solent eò confu-
gere, ut aiunt, nò esse illa carmina Sibyllina, sed
à nostris ficta atque composita. Quod profectò
non putabit quis Ciceronem, Varronemq; legentè,
aliosq; veteres, qui Erythream Sibyllam, ceter-
asq; commemorant: quærit exemplà profeti-
mum, quæ auctores ante obierunt, quam Christus
secundum carnem nasceretur. Verùm non dubi-
to, quin illa carmina prioribus temporibus pro
deliramentis habita sint, cum ea nemo intelli-
geret. Denuntiabant enim monstrosa quædam
miracula, quorum nec ratio, nec auctor, nec tem-
pus designabantur. Deniq; Erythraa fore ait,
ut diceretur insana, & mendax. Ait enim:*

- Φήσοσι σιβύλλην

Μαινομένην ψεύσταια: ἐπὴν δὲ γένηται ἄ-
παντα,

Τηνικα μὲ μνήμην ποιήσετε, καὶ ἐπὶ μὲ ἔσθεις
Μαινομένην φήσει με θεῶν μεγάλων ἀσφάλην.
*Lathenapt igitur multis seculis, postea verò ani-
maduersa sunt, que Christi natiuitas, & passio
patefciois arcana, sicut etià voces prophetarum,
que cum per annos mille quingentos, & eo am-*

plius

plius lecte fuissent à populo Iudeorum, nec ca-
men intellecte fuit, nisi postquam illas Christus
et verbo, et operibus interpretatus est. illum
enim propheta annuntiauerunt: nec vilo modo
poterant, quæ illi loquebantur, intelligi, nisi fuif-
sent vniuersa completa.

De Iesu passione, & ea prædicta. CAP. XVI.

Venio nunc ad ipsam passionem, quæ velut
opprobrium nobis obicitur, quod et
hominem, et ab hominibus insigni supplicio ef-
fectum et excruciatum colamus: vt doceant,
eam ipsam passionem ab eo cum magna et di-
uina ratione susceptam, et in ea sola et virtu-
tem et veritatem et sapientiam conueniri. Ne-
que enim si beatissimus in terra fuisset, et per
omnem vitam in summa felicitate regnasset,
quisquam illum sapiens, aut Deum credidisset,
aut honore diuino dignum indicasset: quod faci-
ciunt vera* religionis expertes, qui caducas opes, ^{diuinitas}
et fragilem potentiam, et alieni beneficij bona ^{es}
non tantum suscipiunt, verum etiam conse-
crant, et scientes, memoria mortuorum deser-
uiunt, fortunam iam extinctam colentes, quam
ne viuam quidem, presentemq; sapientes colin-
dam sibi vniquam putauerunt. Nec enim potest
aliquid in rebus terrenis esse venerabile, celoq;
dignum: sed sola est virtus, sola iustitia, quæ po-
test verum bonum, et celeste, et perpetuum
iudicari, quia nec datur cuiquam, nec aufertur.
Qua virtute ac iustitia quoniam Christus in-
struct

structus venit in terram, imò verò quoniã ipsa
 virtus, & iustitia est, descendit, vt eam doceret,
 hominemq; formaret: quo magister o, ac Dei le-
 gatione perfunctus, ob eam ipsam virtutem,
 quam simul & docuit & fecit, ab omnibus gen-
 tibus et meruit, & potuit Deus credi. Ergo cum
 magnus populus ad eum vel ob iustitiam, quam
 docebat, vel ob miracula, quae faciebat, subinde
 conflueret, & praecepta eius audiret, & à Deo
 missum Deiq; filium crederet: tum primores
 Iudaeorum, & sacerdotes ira stimulati, quòd ab
 eo tanquam peccatores increpabantur, & in-
 uvidia deprauati, quòd confluente ad eum multi-
 tudine contemni se, ac deseri videbant, & (quòd
 caput sceleris illorum fuit) stultitia, & errore
 cecati, & immemores praeceptorum caelestium,
 ac prophetarum, coierunt aduersus eum, im-
 piumq; consilium de eo tollendo, cruciandoq; ce-
 perunt: quòd prophetae multò ante scripserant.
 Nam & David in principio Psalmorum suorum
 praevidens in spiritu, quantum facinus admissuri
 essent, beatum esse ait qui non abierit in consi-
 lio impiorum. Et Solomon in libro Sapientiae, his
 verbis usus est: Circumueniamus iustum, quo-
 nam insuavis est nobis, & exprobrat nobis pec-
 cata legum: promittit se scientiam Dei habere, &
 filium Dei se nominat: factus est nobis in tradu-
 ctionem cogitationum nostrarum: gravis est nobis
 eum ad videndum, quoniam dissimilis est alijs
 vita illius, & immutatae sunt viae illius: tan-
 quam

quam nugaces estimati sumus ab eo: continet se
 a rjs nostris, quasi ab immundis, & profert
 nouissima iustorum, & gloriatur, patri in se ha-
 bere Deū: Videamus ergo si sermones illius veri
 sunt, & tentemus quæ ventura sunt illi: conti-
 nemus, & tormentis interrogemus eum, ut scia-
 mus reuerentiam illius, & probemus patien-
 tiam illius: morte turpissima cōdemnemus eum.
 Hac cogitauerunt, & errauerunt. Execrauit
 enim illos stultitia ipsorum, & nescierunt sacra-
 menta Dei. Nonne ita descripsit nefarium illud
 consilium ab impijs initum, contra Deum, ut
 planè interfuisse videatur? Atqui à Solomone,
 qui hæc cecinit, usque ad tempus, quoties ge-
 ha est, mille ac decem anni fuerunt. Nihil nos
 effugimus, nihil addimus. Habebant hæc, qui
 fecerunt: legebant, in quos hæc dicta sunt: sed &
 nunc heredes nominis, ac sceleris illorum hæc et
 iudicent, & damnationē suam prophetarum vo-
 ce prædictam quotidianis lectionibus personant,
 nec aliquando in cor suum, quæ pars est ipsa
 damnationis, admittunt. Increpati ergo sæpe à
 Christo Iudæi, exprobrāte illis peccata, et iniu-
 rias, & à populo penè deserti, cōcitati sunt ad
 eum uccandum. Cuius rei audaciam dedit illis
 humilitas eius. Nam cum legerent, cum quanta
 virtute, & claritate filius Dei venturus esset è
 celo, Iesum autē cernerent humilissimum, quietum,
 sordidum, informem, non credebant, filium Dei
 esse: ignorantem, duos eius aduentus à prophetis
 esse

esse predictas: Primum in humilitate carnis ob-
 scurum: Secundum in fortitudine maiestatis ma-
 nifestum. De primo David in Psalmo LXXII
 sic ait: Descendet sicut pluuia in vellus, et orie-
 tur in diebus eius iustitia, & abundantia pa-
 cis, donec extollatur luna. Sicut enim pluuia, si
 descēdat in vellus, animaduerti non potest, qui
 strepitum non facit: ita Christum in terram sine
 cuiusquam suspitione venturum esse dixit, et
 iustitiam doceret, & pacem. Esaias quoque illi
 tradidit: Domine quis credidit auidiui nostro,
 & brachium Domini cui reuelatum est? An-
 nuntiabimus coram ipso sicut pueri, & sicut vi-
 dix in terra sicienti, non est figura eius, neq; cla-
 ritas: & vidimus illum, & non habuit figuram
 neq; decorem: sed figura eius sine honore, & de-
 ficiēs prater ceteros homines, homo in plaga pos-
 fitus sciens ferre imbecillitatem, quia auersus
 est, & non est computatus. Hic peccata nostra
 portat, & pro nobis dolet, & nos putauimus
 ipsum esse in dolore, & in plaga, & in vexatione.
 Ipse autem vulneratus est propter facinora
 nostra, & infirmatus est propter peccata no-
 stra: doctrina pacis nostrae super illum: livore
 eius nos sanati sumus. Omnes nos sicut oves er-
 ranimus: & Deus tradidit illum pro peccatis
 nostris. Et Sibylla eodem modo locuta est:

Οικτρός, ἄλυτος, ἀμορφὸς ἐν οἰκτροῖς
 πίδα δώσει.

Propter hanc humilitatem, Deum suum non

agno

agnoscentes, inierunt consilium detestandum, ut
privarent eum vita, qui ut eos vivificaret, adve-
nerat.

De Iudeorum religionibus, & odio in Iesum.

CAP. XVII.

Sed ire, atque invidiæ suæ, quam in cordibus
suis gerebant, intus inclusa malitia, alias cau-
sas præferebant, quòd legem Dei per Mosem da-
tam solveret, id est, quòd sabbatis non vacaret,
operans in salutem hominum, quòd circumcisio-
nem vacuificeret, quòd abstinentiam sive car-
nis auferret. In quibus rebus Iudaica religionis
sacramenta consistunt. Ob hæc itaque cetera
pars populi, quæ nondum ad Christum secesserat,
à sacerdotibus incitabatur, ut impium iudica-
ret eum, quòd legem Dei solveret, cum hoc ille
non suo iudicio, sed ex Dei voluntate, & secun-
dum prædicta faceret prophetarum. Michæas
enim novam legem datum iri denuntiavit hoc
modo: Lex de Sion proficietur, et sermo Domi-
ni ex Hierusalè, et iudicabit inter plurimos po-
pulos, & vincet, et non deliget validas nationes. *rediger
Illa enim prior lex, quæ per Mosem data est, non
in monte Sion, sed in monte Oreb data est, quam
Sibylla, fore ut à filio Dei solveretur, ostendit:
Αλλ' ὅτι ταῦτ' ἀπ' ἀπάντα τελεσθῆν, ἀπὲρ εἰπον,
Ἐἰς αὐτὸν πᾶς λόστος νόμος.
Sed & ipse Moyses, per quem sibi datam legem
dum pertinaciter inveniunt, exciderunt à Deo, &
Deum non agnoscerunt, prædixerat fore, ut pro-
pheta

pheta maximus mittatur à Deo, qui sit supra legem, qui voluntatem Dei ad homines perferat. In Deuteronomio ita scriptum reliquit: Et dixit Dominus ad me: Prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut te, & dabo verbum meum in os eius: & loquetur ad eos ea, quæ præceperis ei: & quisquis nõ audierit ea, quæ loquetur propheta ille in nomine meo, ego vindicabo in eum. Denuntiavit scilicet Deus per ipsam legisferum, quod filium suum, id est, viam præsentemque legem missurus esset, & illam veterem per mortalem datam soluturus: ut denuò per eum qui esset æternus, legem sanciret æternam. Item de circumcissione soluenda Esaias ita prophetavit: Hec dicit Dominus vobis Iuda, qui inhabitant Hierusalem: Reuocate inter vos nouitatem: & ne seminaueritis in spinis. Circūcidite vos Domino Deo vestro, & circūcidite præputium cordis vestri, ne exeat ira mea sicut ignis, & non sit qui extinguat. Itē Moses ipse: In nouissimis diebus circūcidet Dominus cor tuum ad dominum Deum tuum amandum. Item Iesus Naue successor Moysi. Et dixit Dominus ad Iesum, Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos, & sede, et circūcide secundo filios Israël. Secundam circumcissionem futuram esse dixit, non carnis, sicut fuit prima, qua etiam nunc Iudei vtuntur, sed cordis, ac spiritus, quã tradidit Christus, qui verus fuit Iesus. Non enim propheta sic ait: Et dixit Dominus ad me, sed ad Iesum, vt ostenderet quod

non

non de se loqueretur, sed de Christo, ad quē tunc
 Deus loquebatur. Christi enim figuram gerebat
 ille Iesus: qui cum primū Ausus vocaretur, Mo-
 ses futura presentiens, iussit eum Iesum vocari,
 ut quoniam dux militiæ delectus esset aduersus
 Amalech, qui oppugnabat filios Israël, & ad-
 versarium. debellaret per nominis figurā, & po-
 pulum in terram promissionis induceret. Et id-
 circo etiam Mosi successit, ut ostenderet nouam
 legem per Christū Iesum datam, veteri legi suc-
 cessura, que data per Mosem fuit. Nam illa car-
 nis circumcisio caret utiq; ratione: quia si Deus
 id vellet, sic à principio formasset hominem, ut
 præputium non haberet: sed huius secunde cir-
 cuncisionis figura erat, significans, nudandū esse
 pectus, id est, aperto, & simplici corde oportere
 nos viuere: quoniam pars illa corporis, que cir-
 cunciditur, habet quandam similitudine cordis,
 & est pudenda. Ob hanc causam Deus nudari
 eam iussit, ut hoc argumento nos admoneret, ne
 inuolutū pectus haberemus, id est, ne quod pu-
 dendum facinus intra conscientie secreta vele-
 mus. Hæc est cordis circumcisio, de qua propheta
 loquuntur, quam Deus à carne mortali ad ani-
 mam transtulit, que sola mensura est. Volens
 animi vitæ, ac salutis nostræ pro æterna sua pie-
 tate consulere, pœnitentiam nobis in illa circum-
 cisione proposuit, ut si cor nudauerimus, id
 est, si peccata nostra confessi satis Deo fecerimus,
 veniam cons. quatur, que consummabitur, &
 admis

admissa sua celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, suum homo, sed intima, & arcana peccatoris intuetur. Eodem spectat etiã carnis suille interdictione, à qua cum eos abstinere iussit Deus, id potissimum voluit intelligi, ut se à peccatis, atq; immunditijs abstinerent. Est enim lutulentum hoc animal, & immundum, nec unquam in celum aspicit, sed in terram toto & corpore ex ore proiectis ventri semper, & pabulo seruit: nec vllum alium, dum vivit, prestare usum potest, sicut cetera animantes, que vel sedendi vehiculum præbent, vel in cultibus agrorum inuuant, vel plaustra collo trahunt, vel onera tergo gestant, vel indumentum exuvijs suis exhibent, vel copia lactis exuberant, vel custodiendis domibus inuigilant. Interdixit ergo, ne porcina carne vescerentur, id est, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad solam mortem nutriuntur: nec ventri, ac voluptatibus seruientes, ad faciendam iustitiam inuiles essent, ac morte afficerentur. Item ne se sædis libidinis immergerent, sicut sus, que se ingurgitat cæno: vel ne terrenis seruiant simulacris, ac se luto inquinent. Luto enim se oblinant, qui Deos, id est, qui lantum, terramq; venerantur, si vniuersa præcepta Iudæicæ legis ad exhibendam iustitiam spectant, quoniam per ambages data sunt, ut per carnalium figuram spiritalia noscerentur.

De Iesu Passione, & cã prædicatione.

C A P I T U L U M X V I I I .

Cum igitur ea, quae Deus fieri voluit, quaeq;
 per prophetas suos multis seculis ante pre-
 dixit, Christus impletet, ob ea incitati, & diu-
 nas literas nescientes, coierunt, ut Deum suum
 condemnarent. Quod cum sciret futurum, ac sub-
 inde diceret, oportere se pati, atq; interfici pro sa-
 lute multorum, secessit tamen cum discipulis suis,
 non ut vitaret, quod necesse erat perpeti, ac susci-
 pere, sed ut ostenderet, quod non fieri oporteat in
 omni persecutione, ne sua quis culpa incidisse vi-
 deatur, ac denuntiari fore, ut ab uno eorum pro-
 deretur. Itaq; Iudas premio, illeclus tradidit
 Iudeis. At illi comprehensum, ac Pontio Pilato,
 qui tum legatus Syriam regebat, oblatum, cruci
 affigi postulauerunt, obijcienes ei nihil aliud, ni-
 si quod se diceret filium Dei esse, & regem Iu-
 daeorum. Item quod dixerat: Si solueritis hoc
 templum, quod edificatum est annis XLV I, ego
 illud in triduo sine manibus resuscitabo: signifi-
 cant, breui futuram passionem suam, & se a Iudeis
 interfectum, tertio die resurrecturum. Ipse enim erat
 templum Dei templum. Has voces eius tanquam insau-
 stas, & impias insectabatur. Quae cum Pilatus au-
 disset, & ille in defensionem sui nihil diceret, pro-
 nuñtavit, in eo nihil damnatione dignum videri.
 At iniustissimi accusatores cum populo, quem in-
 citauerant, succlamare coeperunt, & crucem eius
 violens vocibus flagitare. Tum Potius & illorum
 clamoribus, & Herodi Tetrarchae instigatio-
 ne metuentis ne regno polleretur, victus est. Dec

Samel

samen ipse sententiam protulit, sed tradidit eum
 Iudeis, ut ipsi de illo, secundum legem suam iudi-
 carent. Duxerunt ergo eum flagellis verberatum,
 & prius quam cruci affigeretur, illuserunt: in-
 ductū enim coloris puniceæ veste, ac spinis corona-
 tum, quasi regem salutauerunt, & dederunt ei
 cibum felle, & miserunt ei aceti potionē. Post
 hac conspuerunt faciem eius, & palmis cecide-
 runt. Cumq; ipsi carnifices de vestimentis eius
 contenderent, sortiti sunt inter se de tunica, &
 pallio. Et cum hæc omnia fierent, nullum vocem
 ex ore suo, tanquam si mutus esset, emisit. Tum
 suspenderunt eum inter duos noxios mediantibus,
 qui ob latrocinia damnati erant, cruciq; affixe-
 runt. Quid ego hic in tanto facinore deplorem?
 Aut quibus verbis tantū nefas cōquerar? Non
 enim ^{*}Gauiniam crucē describimus, quam Ma-
 Tull. vniuersæ eloquētiæ suæ nervis, ac viribus,
 velut effusis totius ingenij fontibus profectus
 est, facinus indignum esse proclamās, cinem Ro-
 manum contra omnes leges in crucem esse subla-
 tum: Qui quamuis innocens fuerit, & illo sup-
 plicio indignus, mortalis tamen, & ab homine
 scelesto, qui iustitiam ignoraret, affectus est.
 Quid de huius crucis indignitate dicemus, in
 qua Deus à cultoribus Dei suspensus est, atque
 suffixus? Quis tam facundus, & tanta rerum,
 verborumq; copia instructus existet? quæ oratio
 tanta affluentiā vbertatē dicurrentis, ut illam
 crucem merito deploret, quam mundus ipse, &

* Gauiniam
 82m.

intra elementa luxerunt? Hac autem sic futura
fuisse, & prophetarum uocibus, & Sibyllinis
carminibus demunitum est. Apud Esaiam ita
scriptum inuenitur: Non sum contumax, neque
contradico: dorsum meum posui ad flagella, &
maxillas meas ad palmas: faciem autem meam
non averti à seditate spatorum. Similiter Da-
uid in Psalmo xxxiii. Congregata sunt su-
per me flagella, & ignorauerunt: dissoluti sunt,
nec compuncti sunt, tentauerunt me, & derise-
runt me: & striderunt super me dentibus suis.

Sibylla quoque eadem futura monstrauit:

Εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστερον ἔξει.

Δάσσοι ἢ θεῶν ῥαπίσματα χερσὶν ἀνόμοις,

Καὶ σήμασιν μιαιοῖσι τὰ πῦρματα φαρμα-
κόνων.

Δάσσοι δ' εἰς μάστιγας ἀπλῶς ἀγνόν τότε νότον.

Item de silentio eius, quod usque ad mortem per-
tinaciter tenuit, Esaias iterum sic locutus est:

Sicut ovis ad immolandum ductus est, & sicut
agnus coram tondentibus se sine uoce, sic non
aperuit os suum. Et Sibylla supradicta:

Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσῃ, μή τις ἐπιγνώ

Τὸς λόγους, ἢ πόθεν, ἢ λθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ.

Καὶ σίφονον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον.

De cibo uero, & potu, quem antequam eum fige-
rent, illi obtulerunt, David in Psalmo lxxiii.

scilicet ait: Et dederunt in escam meam fel, & in siti-
m meam acetum. Idem.

Hec futurum etiam Sibylla concionata est:

x

Eis

Eis ἡ τὸ βροῦμα χολήν, κ' eis δὲ ψαν ὄξος ἰδωκας
 Τῆς ἀφιλοξενίης τωτῶν δείξουσι πᾶσι ζαν.
 Et alia Sibylla Iudeā terrā his versib⁹ increpat,
 Αὐτῇ ἡδ' οὐ ἀφραὶ τ' οὐν θῖον σὸν ἐνόησας
 Παύσαι εὐ θνητοῖσι νοήμασιν· ἀλλὰ κ' ἀκαύθας
 Ερεψας τε φάσας, φοβερά τ' ἔχολω ἔκέρπασας
 Fore autem vt Iudei manus inferrent Deo suo,
 eumq; interficerent, testimonia prophetarum hac
 antecesserunt. Apud Esdram ita scriptum est: Et
 dixit Esdras ad populum, Hoc pascha saluator
 noster est, et refugium nostrum, cogitate, et ascen-
 dat in cor vestrum, quoniam habemus eum hu-
 miliare in signo: & post hac sperabimus in eum,
 ne deseratur hic locus in eternum tempus, dicit
 Dominus Deus virtutum, Si non credideritis ei,
 neq; exaudieritis annuntiationem eius, eritis de-
 sisto in gentibus. Vnde apparet, Iudeos nullam
 aliam spem habere, nisi se abluerint à sanguine,
 ac sperauerint in eum ipsum, quem^{*} negauerūt.
 Esaias quoq; facinus eorum designat, & dicit: In
 humilitate eius iudicium sublatum est. Natiui-
 tatem eius quis enarrabit? quoniam auferetur à
 terra vita eius: à facinoribus populi mei abdu-
 ctus est ad mortem: & dabo malos pro sepultu-
 ra eius, & diuites pro morte eius: quia facinus
 non fecit, neque^{*} insidias ore suo locutus est. Pro-
 pterea ipse^{*} consequetur multos, & fortium di-
 uidet spolia: propterea quod traditus est ad mor-
 tem, & inter facinorosos deputatus est: & ipse
 peccatum multorum pertulit: et propter facinora
 ἰλλοτῆσι

* accau

* ianētus
 est dolus
 in ore-
 lius.

* hanc di-
 gabir

illorum traditus est. David quoque in Psalmo
 XCIII. Captabunt in animam iusti, & sangui-
 nem innocentem condemnabunt: & factus est
 mihi dominus in refugium. Et Hieremias: Domi-
 ne, significa mihi, & cognoscam, tunc vidi medi-
 tationes eorum: sicut agnus sine macula perdu-
 ctus sum ad victimam: in me cogitauerunt cogi-
 tationem, dicentes: Venite, mittamus lignum in
 panem eius, & eradamus e terra vitam eius: et
 nomē eius non erit in memoria amplius. Lignum
 autem crucem significat, & panem corpus eius:
 quia ipse est cibus, et vita^{*} hominum, qui credūt
 in carnem, quam portauit, & in crucem, in qua
 pependit. De qua tamen apertius ipse Moses in
 Deuteronomio ita predicauit: Et erit pendens
 vita tua ante oculos tuas: & timebis die, ac no-
 te, & non credes vite tue. Idem rursus in Nu-
 meris: Non quasi homo Dominus suspēditur, neq;
 quasi filius hominis minas patitur. Zacharias
 etiam sic tradidit: Et intuebuntur in me, quem
 transfixerunt. Item David in Psalmo XXI. Ef-
 fuderunt manus meas, & pedes meos: dinume-
 rauerūt omnia ossa mea: ipsi autem contemplati
 sunt, & viderunt me: diuiserunt sibi vestimenta
 mea, super vestem meam sortem miserunt. Que
 vtiq; propheta non de se locutus est. Fuit enim
 rex, & nunquam illa perpeffus est. Sed spiritus
 Dei per eum loquebatur, qui fuerat illa passurus
 post annos mille et quinquaginta. Tot enim col-
 liguntur anni à regno David vsq; ad crucē Chri-
 sti,

sti: Sed & Solomō filius eius, qui Hierosolymam condidit, eam ipsam perituram esse in vltionem sanctæ crucis, prophetavit. Quod si auertimini à me, dicit Dominus, & non custodieritis veritatem meam, reijciam Israël à terra, quam dedi illis: & domum hanc, quam edificavi illis in nomine meo, projiciam illā omnibus, & erit Israël in perditionem, et in opprobrium populo, & domus hæc erit deserta: & omnis qui transibit per illam admirabitur, & dicet: Propter quam rem fecit Dominus terra huic, et huic domui hæc mala? et dicent: Quia reliquerunt Dominum Deum suum, & persecuti sunt regē suum dilectissimum Deo, & cruciaverunt illu in humilitate magna, propter hoc importavit illis Deus mala hæc.

De Iesu morte, sepultura, & resurrectione: deq; iis rebus prædicta. CAP. XIX.

Quid amplius his de facinore Iudeorum dici potest, quam excecatos tum fuisse, atque insatiabili furore corruptos, qui hæc quotidie legentes, neq; intellexerunt, neq; quin facerent, cavere voluerunt? Suspensus igitur, atque affixus exclamavit ad Dominum voce magna, & vltro spiritum posuit. Et eadem hora tremotus factus est, & velum templi, quod separabat duo tabernacula, scissum est in duas partes, et Sol repens è subductus est, et ab hora sexta vsq; in nonam tenebræ fuerūt. Qua de re Amos propheta testatur: Et erit in illo die, dicit Dominus, occidet Sol meridie, et obtenebrabitur dies lucis, et con-

vertam

uertam dies festos vestros in luctum, & cantica
 vestra in lamentationem. Itē Hieremias : Exter-
 rita est, quæ parit, & tædedit animam, & occidit
 Sol ei, cum adhuc medius dies esset: confusa est,
 & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo,
 in conspectu inimicorum eorum. Et Sibylla ait:
 *Ναὺ ὁ σχιδοθήσαι πέπυσμα, ἐ ἡμαλὶ μέσσα
 Νυξ ἔσαι σκοπίσσα πηλόριος ἐν τρισὶν ἡραῖς.
 Cum hæc facta essent, ne prodigijs quidem cele-
 stibus facinus suum intelligere quiverunt. Sed
 quoniam prædixerat se tertio die ab inferis re-
 surrecturum, metuentes, ne à discipulis surrepto,
 & amoto corpore, vniuersi resurrexissē eum cre-
 derent, & fieret multo maior in plebe confusio,
 detraxerunt eum de cruce, et conclusum firmiter
 in monumento militari custodia circumdederunt.
 Verū tertio die ante lucem terræ motu factō, re-
 pente patefactum est sepulcrum, & custodibus,
 quos attonitos obstupescerat pauor, nihil vident-
 ibus, integer è sepulcro, ac viuus egressus, in Ga-
 lilaam profectus est, ut discipulos suos quæretet:
 in sepulcro verò nihil reperiunt, nisi exuvie,
 quibus inuolutum corpus incluserat. Illum au-
 tem apud inferos non remansurum, sed die ter-
 tio resurrecturum, propheta cecinerant. David
 in Psalm. * x v. Non derelinques animam
 meam apud inferos, nec dabis sanctum tuum vi-
 dere interitum. Item in tertio : Ego dormiui, &
 somnum cepi, & resurrexi, quoniam Dominus
 auxiliatus est mihi. Oseas quoque primus x i i.

prophetarum de resurrectione eius testificatus est: Hic filius meus sapiens est, propter quod nunc non resistet in tribulatione filiorum suorum, et de manu inferorum eruat eum. Ubi est iudicium tuum mors, aut ubi est aculeus tuus? Idem alio loco: Viuificabit eum post biduum die tertio. Et ideo Sibylla, impositurum esse morti terminum dixit post tridui somnum:

Καὶ θανάτου μοῖραν τέλει τρίτον ἡμᾶρ ὀ-
πνάσας,

* αἰμαδέϊ-
ξας

Καὶ ὅτ' ἀπὸ φθιμένων * αἰακύψας εἰς φά-
θον ἤξει, (ξας.

Πρῶτον αἰμαδέϊ κλητοῖς δόχην ὑποδεί-
Vitam enim nobis acquisiuit morte superata. Nulla igitur spes alia consequende immortalitatis homini datur, nisi crediderit in eum, et illam crucem portandam, patiendamq; susceperit.

De Iesu, & Galilæa, & de testamentis. C A F. X X.

Profectus ergo in Galilæam (noluit enim se Iudæis ostendere, ne adduceret eos ad penitentiam, atq; impios seruaret) discipuli iterum congregatis, scripturae sanctae literas, id est, prophetarum arcana patefecit, quae antè, quàm pateretur, perspicere nullo modo poterat: quia ipsam, passionemq; eius * annuntiabant. Idcirco Moses, et iidem ipsi prophetae, legem, quae Iudæis data est, testamentum vocant: quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari testamentum potest, nec sciri quid in eo scriptum sit, quia clausum, et obsignatum est. Itaque nisi Christus mortem suscep

* indica-
bant

suscepisset, aperiri testamentum, id est, reuelari,
 & intelligi mysterium Dei non potuisset. Verum
 scriptura omnis in duo testamēta diuisa est. Illud,
 quod aduētum passionemq; Christi antecessit, id
 est, lex, & prophete, vetus dicitur. Ea verò, quæ
 post resurrectionem scripta sunt, nouum testa-
 mentum nominatur. Iudæi veteri vtuntur, uos
 nouo: sed tamen diuersa non sunt, quia nouum
 veteris adimpletio est, & in utroq; idem testator
 est Christus, qui pro nobis morte suscepta, nos he-
 redes regni æterni fecit, abdicato et exheredato
 populo Iudeorum, sicut Hieremias propheta te-
 statur, cum loquitur talia: Ecce dies venient, di-
 cit Dominus, & consummabo domus Israël, &
 domus Iuda testamentum nouum, non secundum
 testamentum, quod disposui patribus eorum, in
 die qua apprehendi manum eorum, vt educerem
 illos de terra Egypti, quia ipsi non persenera-
 uerunt in testamento meo, & ego neglexi eos, di-
 cit Dominus. Idem alio loco similiter ait: Dereli-
 qui domum meam: dimisi hereditatem meam in
 manus inimicorum eius. Facta est hereditas mea
 mihi, sicut leo in hylna: dedit ipsa super me vocem
 suam, ideo odiui eam. Cum su hereditas eius, cæ-
 leste regnum, non utiq; ipsam hereditatem se di-
 cit odisse, sed heredes, qui aduersus eum ingrati
 & impij extiterunt. Facta est, inquit, mihi here-
 ditas mea, sicut leo, id est, præda, & deuoratio:
 factus sum heredibus meis, qui me immolauerunt,
 sicut pecus: dedit super me vocem suam,

id est, sententiam aduersus me mortis, crucisq;
dixerunt. Nam quod superius ait, consummatu-
rum se domui Iuda testamentum nouum, osten-
dit, vetus illud testamentum, quod per Moysen est
datum, non fuisse perfectum: id autem, quod per
Christum dari haberet, consummatum fore. Do-
minus autem Iuda, & Israel non vtiq; Iudeos si-
gnificat, quos abdicauit, sed nos, qui ab eo con-
uocati ex gentibus, in eorum locum adoptione
successimus, & appellamur filij Iudeorum: quod
Sibylla declarat cum dicit:

Iudaiou μακάριον θεος γινεσθαι ἕσονται.

Quod autem futurum esset id genus, Esaias do-
cet, apud quem Pater summus ad filium loquitur,
dicens: Ego dominus Deus vocavi te ad iustitiam,
& tenebo manum tuam, & confirmabo te, &
dedi te in testamētū generis mei, in lucē gentium
aperire oculos caecorum, producere ex vinculis allig-
gatos, & de domo carceris sedentes in tenebris.
Cum igitur nos antea tāquam cecī, & tāquam
carcere stultitiæ inclusi sederemus in tenebris,
ignorantes Deum & veritatem, illuminati à
Deo sumus, qui nos testamento suo adoptauit, et
liberatos vinculis malū, atq; in lucem sapientiæ
productos, in hereditatem regni celestis ascinit.

De Iesu ascensione, eaq; predicta: & discipulo-
rum predicatione, & gestis. CAP. XXI.

Ordinata v. rō discipulis suis euangelica, ac
dominis suis predicatione, * circumfudit se
rep. uē nubes, cumq; in celum suslulit, quadra-
gesim

* circum
dedit

gesuno post passionem die, sicut Daniel fore ostenderat, dicens: Et ecce in nubibus calis ut filius hominis veniens, usq; ad vetustum dierum pervenit. Discipuli vero per provincias dispersi, fundamenta ecclesie ubiq; posuerunt, facientes & ipsi in nomine Dei magistri magna, & penè incredibilia miracula: quia discedens instruxerat eos virtute, ac potestate, qua posset nova annuntiationis ratio fundari, & confirmari: sed & futura illis aperuit omnia, que Petrus & Paulus Roma predicauerunt, et ea predicatio in memoriam scripta permansit, in qua cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum esse dixerunt, ut post breve tempus immitteret Deus regem, qui expugnaret Iudeos, et ciuitates eorum solo adquaret, ipsos autem fame, sitiq; confectos obsideret Tum fore, ut corporibus suorum vescerentur, & consumerent se inuicem. Postremo ut capti venirent in manus hostium, & in conspectu suo vexari acerbissimo coniuges suas cernerent, violari ac prostitui virgines, diripi pueros, allidi paruos, omnia deniq; igni, ferroq; vasturi, captiuos in perpetuum terris suis exterminari, eo quod exultauerint super amantissimum, et probatissimum Dei filium. Itaq; post illorum obitum cum eos Nero interemisset, Iudeorum nomen, & gentem Vespasianus extinxit, fecitq; omnia que illi futura predixerant.

Argumenta conata I E S V incarnationem.

C A P. X X I I.

K 5

Confirm

Confirmata sunt (vt opinor) que falsa & incredibilia putantur ab ijs, quos vera celestium literarum doctrina non imbuunt: sed tamen vt resellantur à nobis etiam illi, qui nimium non sine malo suo sapiunt, rebusq; diuinis fidem detrahunt, argumentis quoque illorum coarguimus errorem, vt tandem aliquando ^{*}peruideant ita fieri oportuisse, sicut nos ostendimus factum. Et quanquam apud bonos indices satis habeant firmitatis, vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimonijs: nos tamen non contenti alterutro sumus, cum suppetat nobis vtrunq; ne cui peruersè ingenioso aut non intelligendi, aut contra differendi locum relinquamus. Negat fieri potuisse, vt nature immortalis quicquam decederet. Negant denique Deo dignum, vt homo fieri vellet, seq; infirmitate carnis oneraret, vt passionibus, vt dolori, vt morti seipse subijceret: quasi non facile illi esset, vt citra corporis imbecillitatem, se hominibus ostenderet, eosq; iustitiam doceret (siquidem id ^{*}volebat) maiore autoritate, vt aiunt, professi Dei. Tunc enim cunctos fuisse præceptis celestibus parituros, si ad ea virtus ac potestas Dei præcipientis accederet. Cur igitur (ajunt) ad docendos homines non vt Deus venit? Cur se tam humilem, imbecillemq; constituit, vt ab hominibus & contemni, & pœna affici posset? Cur vim ab imbecillis, & mortalibus passus est? Cur non manus hominum aut virtute repulit, aut diuinitate vitauit? Cur non

^{*}maiestia

* maiestatem suam sub ipsa saltem morte pate-
fecit? Sed ut inuaidus in iudicium ductus est, ^{diuina}
ut nocens damnatus, ut mortalis occisus. Refu-
tato hæc diligenter, nec quenquam patiat erra-
re. Illa enim magna & mirabili ratione sunt
facta, quæ quicumque perceperit, non tantum
mirari desinet, Deum ab hominibus esse crucia-
tum, verum etiam facile peruidebit, ne Deum
quidem potuisse credi, si ea ipsa, quæ arguit, fa-
cta non essent.

De præcipiendo, & agendo. CAP. XXIII.

Quicumque præcepta dat hominibus, ac vi-
tam, moresque fingit aliorum, quæro, de-
beatne ipse facere, quæ præcipit, an non debeat?
Si non fecerit, soluta præcepta sunt. Si enim bona
sunt, quæ præcipiuntur, si vitam hominibus in opti-
mo statu collocant, non se debet ipse præceptor à
numero, cætuque hominum segregare, inter quos
agit: & ipsi eodem modo viuendum est, quo do-
cet esse viuendum: ne si aliter vixerit, ipse præ-
ceptis suis fidem detrahat, lenioremque doctrinam
suam faciat, si re ipsa resoluat, quod verbis nita-
tur adstruere. Vnusquisque enim, cum audit præci-
pientem, non vult imponi sibi necessitatem pa-
rendi, tanquam sibi ius libertatis auimatur. Re-
spondebit itaque doctori hoc modo: Non possum fa-
cere quæ iubes, quoniam sunt impossibilia. Vetas
me irasci vetas cupere, vetas libidine commoueri,
vetas dolorem vel mortem timere: sed hoc adde
contra naturam est, ut his affectibus animalia
vniuers

vniuersa subiecta sint. vel si adeo repugnari
 putas posse nature, & tu ipse que precipis, faci
 ut sciam, fieri posse. Cum autem ipse non facias,
 que insulencia est, ut homini libero imponere ut
 is leges, quibus ipse non pareas? Prius discas, qui
 doces. & antequam mores alienos corrigas, tuos
 corrige. Quis neget iustā esse hāc responsonem?
 Quin etiam in contemptū veniet huiusmodi do
 ctor, & deludetur vicissim, quia videtur et ipse
 deludere. Quid ergo faciet ille preceptor, si hęc
 ei fuerint opposita? Quomodo adimet excusatio
 nem cōtamacibus, nisi ut presentibus factis do
 ceat, se possibilis docere? Inde euenit, ut philo
 sophorū precipis nullus obtēperet. Homines e
 nim malūt exēpla, quā verba: quia loqui facile
 est, prestare difficile. Vti iam quidem tā multi be
 ne facerēt, quam multi loquuntur bene. Sed qui
 precipiūt, nec faciūt, abest ab ijs fides. Et si homi
 nes fuerint, contemnetur, ut leues: si Deus, oppo
 netur ei excusatio fragilitatis humane. Superest
 ut factis verba firmentur, quod philosophi face
 re nequeunt. Itaq; cum ipsi preceptores vincan
 tur affectibus, quos vinci prediāt oportere, ne
 minem possunt ad virtutē, quam falsò prediāt,
 eruāre: ob eamq; causam putāt, neminē adhuc
 perfectū extitisse sapientē, id est, in quo summa
 doctrinæ, ac scientiæ summa virtus, & perfectia
 iustitia consenserit. quod quidem verum fuit.
 Nemo enim post mundum conditum talis existi
 tit, nisi Christus, qui & verbo sapiētiā tra
 didit,

didit, & doctrinam presenti virtute firmavit.

Euersio eorum argumentorum.

CAP. XXIII.

AGe, nunc consideremus, an doctor à celo
missus, possit non esse perfectus. Nondum
de hoc loquor, quem venisse à Deo negant. Fin-
gamus aliquem de celo esse mittendum, qui vi-
tam hominum rudimentis virtutis instituat, &
ad iustitiam firmet. Nemini dubium potest esse,
quin is doctor, qui cælitus mittitur, tam scien-
tia sit rerum omnium, quàm virtute perfectus,
ne nihil inter cælestè, terrenumq; differat. Nam
in homine interna, & propria doctrina esse nul-
lo pacto potest. Nec enim mens terrenis visceri-
bus inclusa, & tabe corporis impedita, aut com-
prehendere per se potest, aut capere veritatem,
nisi aliunde doceatur. Et si maximè possit, sum-
mam tamè virtutem capere nequeat, & omni-
bus vitis resistere, quorum materia in visceri-
bus continetur. Eo fit, ut terrenus doctor perfe-
ctus esse non possit. At verò cælestis, cui diuini-
tas scientiam, virtutem immortalitas tribuit,
in docendo quoq; sicut in cæteris, perfectus, &
còsummatum sit necessè est. At id omnino fieri
nò potest, nisi mortale sibi corpus assumat. Cur
autem fieri non possit, ratio clara est. Nam si
veniat ad homines ut Deus (ut omitam, quòd
mortales oculi claritatem maiestatis eius còspi-
cere, ac sustinere non possunt) ipse certè Deus
virtutem docere non poterit, quia expertis corpo-

ris

vis non faciet qua docebit : ac per hoc doctrina
 eius perfecta non erit. Alioquin si summa virtus
 est dolorem patienter pro iustitia, officioq; per-
 ferre : si virtus est, mortem ipsam, & intentam
 non metuere, & illatam fortiter sustinere :
 debet ergo doctor ille perfectus, & docere ista
 precipiendo, & confirmare faciendo : quia qui
 dat precepta viuendi, amputare debet omnium
 excusationum vias, vt imponat hominibus pa-
 rendi necessitatem, non vi aliqua, sed puore :
 & tamen libertatem relinquat, vt & premium
 sit constitutum parentibus, quia poterant non
 parere, si vellent : † & non parentibus pœna, quia
 poterant parere, si vellent †. Quomodo ergo pote-
 rit excusatio amputari, nisi vt qui docet, faciat
 que docet, & sit quasi prauus, & manum por-
 rigat secus : uro? quemadmodum autem potest fa-
 cere que docet, si non sit similis ei, quem docet?
 Nam si nullus subiectus sit passioni, potest ei do-
 centi homo sic respondere : Volo equidem non
 peccare, sed vincor: indutus sum enim carne fra-
 gili, & imbecilli : hæc est, que concupiscit, que
 irascitur, que dolet, que mori timet. Itaq; ducor
 inuitus, & pecco, non quia volo, sed quia cogor.
 Sentio me & ipse peccare, sed necessitas fragili-
 tatis impellit : cui repugnare non possum. Quid
 ad hæc respondebit preceptor ille iustitiæ? Quo-
 modo confutabit ac redarguet hominẽ, qui deli-
 ctis suis excusationẽ carnis obtinet, nisi & ipse
 carne fuerit indutus, vt ostendat, etiam carnem
 posse

posse capere virtutē? Contumacia enim redargui
 non potest, nisi exemplo. Nā habere non possunt
 quæ doceas, firmitatem, nisi ea prior feceris: quia
 natura hominum proclivis in vitia, videri vult
 non modo cum venia, sed etiā cum ratione pec-
 care. Obortet magistrū, doctoremq; virtutis, ho-
 mini simillimum fieri, ut vincendo peccatū do-
 ceat hominē, vinci ab eo peccatum posse. Si vero
 sit immortalis, exemplum proponere homini nul-
 lo modo potest. Existet enim constans aliquis, ac
 dicet: Tu quidē non peccas, quia liber es ab hoc
 corpore nō concupiscis, quia immortalis nihil est
 necessarium. Mihi verō multis rebus opus est, ut
 lucear hanc vitam. Mortē nō times, quia vale-
 re in te nō potest. Dolorem contemnis, quia nul-
 lam vim pati potes. At ego mortalis utrunque
 timeo, quia cruciatibus mihi gravissimos inferūt,
 quos tolerare carnis infirmitas non potest. Do-
 ctor itaq; virtutis etiā hāc excusationē debuit
 hominibus auferre, ne quis, quōd peccat, necessi-
 tati potius adscribat, quā culpæ suæ. Ergo ut
 perfectus esse possit, nihil ei debet opponi ab eo
 qui docendus est: ut si forte dixerit, Impossibilia
 præcipi, respondeat, Ecce ipse facio. At ego car-
 ne indutus sum, cuius est peccare proprium. Et
 ego eandem carnem gero, & tamē peccatū in
 me nō dominatur. Mihi opes continere difficile
 est, quia vini aliter nō potest in hoc corpore. Ecce
 & mihi corpus est, & tamen pugno cōtra omnē
 cupiditatem. Non possum pro iustitia nec dolo-

rem ferre, nec morē, quia fragilis sum. Ecce & in me dolor, ac mors habet potestatem, & ea ipsa, que times, vinco, ut victorem te faciam doloris, ac mortis. Prior vado per ea, que sustineri non posse pretendis: si precipientem sequi non potes, sequere antecedentē. Sublata est hoc modo omni excusatio: & fateri hominē necesse est sua culpa iniustum esse, qui doctorem virtutis, & eundem ducē non sequatur. Vides ergo quanto perfectior sis mortali doctor, quia dux esse mortali potest, quam immortalis: quia patientiam docere non potest, qui subiectus passionibus nō est. Nec hoc tamen eo pertinet, ut hominem Deo præferam: sed ut ostendam neque hominem perfectē doctrinæ esse posse, nisi sit idem Deus, ut auctoritate celesti necessitatem parendi, hominibus imponat: neque Deum, nisi mortali corpore induatur, ut præcepta sua factis adimplendo, ceteros parendi necessitate cōstringat. Liquidō igitur apparet, eum, qui vitæ dux, & iustitiæ suæ magister, corporalem esse oportere: nec aliter fieri posse, ut sit illius plena & perfectā doctrinā, nisi habeat radicem ac fundamentum, stabilisq; apud homines ac fixa permaneat, ipsum autem subire carnis & corporis imbecillitatem, virtutemq; in se recipere, cuius doctor est, ut eam simul & verbis doceat & factis. Nō subiectū esse morti, & passionibus cunctis, quomā & in passione toleranda, & in morte subeūdi, virtutis officia versantur, que omnia (ut dixi) consummatus doctor perfer

perferre debet, vt doceat posse perferri.

De Iesu aduentu, & carne, & spiritu.

CAP.

XXV.

Discant igitur homines, & intelligat, quare Deus summus, cum legatum, ac nuntium suum mitteret, ad erudiendam præceptis iustitiæ sue mortalitatem, mortali voluit eum carne indui, & cruciatu affici, & morte multari. Nam cum iustitia nulla esset in terra, doctorem misit, quasi viuam legem, vt nomen ac templum nouum conderet: vt veram ac piam cultum per omnem terram & verbis & exemplo seminaret. Sed tamen vt certum esset, à Deo missum, non ita illum nasci oportuit, sicut homo nascitur, ex mortali utroque cõcretus, sed vt appareret, etiam in homine illum esse caelestem, creatus est sine opera genitoris. Habebat enim spiritalem patrem Deum: & sicut pater spiritus eius Deus sine matre, ita mater corporis eius virgo sine patre. Fuit igitur, & Deus & homo, inter Deum atq; hominem medius cõstitutus. Vnde illum Græci *Μετάνωτος* vocant, vt hominẽ perducere ad Deum posset, id est, ad immortalitatẽ: quia si Deus tantum fuisset (vt supra dictum est) exempla virtutis homini præbere non posset: si homo tantum, non posset homines ad iustitiam cogere, nisi auctoritas, ac virtus homine maior accederet. Et enim cum constet homo ex carne, & spiritu, oporteat spiritum iustitiæ operibus emereri, vt fiat æternus: caro, quoniam terrena, adeoq; mortalis

LIBROS

DEL DR.

L. MARCO

Antamamiento de Madrid

copulatum sibi spiritum trahit secum, & ab immortalitate ducit ad mortē. Ergo spiritus carnis expertus, dux esse homini ad immortalitatē nullo pacto poterat: quoniam caro impedit spiritū, quominus Deū sequatur. Est enim fragilis, & subiecta peccato: peccatum autem pabulum mortis est. Itaque idcirco mediator aduenit, id est, Deus in carne, ut caro eum sequi posset, & eriperet morti hominem, cuius est dominatio in carnem. Ideo carne se induit, ut desiderijs carnis edoceret, non necessitatis esse peccare, sed propositi, ac voluntatis. Vna enim nobis, & magna & precipua cum carne luctatio est, cuius infinite cupiditates promunt animam, nec deum retinere patiuntur, sed eam voluptatibus, & illecebris suauibus mancipatā, morte afficiunt sempiterna. Quibus ut repugnare possimus, Deus nobis viam superande carnis & aperuit & ostendit. Quae virtus perfecta, & omnibus numeris absoluta, coronam vincentibus, & mercede expetēde nobis immortalitatis impertit.

De cruce Iesu, & ceteris formantis.

C A P .

X X V I .

Dixi de humilitate, & fragilitate, & passione, cur haec Deus subire maluerit: nunc ipsius crucis ratio reddenda est, & vis enarranda. Quid summus pater à principio disposuerit, & quemadmodū cuncta, quae gesta sunt, ordinavit, nō tantū diuinitio prophetarū, quae in Christum vera praecessit, sed etiam ratio ipsius passionis

fionis docet. Quacunq; enim passus est, non fue-
 runt inania, sed habuerunt figuram, & signifi-
 cantiam magnam, sicut etiam diuina illa opera
 que fecit: quorum vis, & potentia valebat qui-
 dem in presens, sed declarabat aliquid in futu-
 rum. Aperuit cecorum lumina celestis virtus,
 & lucem videntibus reddidit. Sed hoc factum
 significabat fore, ut conuersus ad gentes, que
 Deum nesciebant, insipientium pectora illumi-
 naret luce sapientia, & ad veritatem contem-
 plandam oculos cordis aperiret. Verè enim ceci
 sunt, qui celestia non videntes, & tenebris igno-
 rantia circumfusi, terrena & fragilia veneran-
 tur. Patefecit aures surdorum. Non utiq; hacle-
 nus vis illa celestis operata est: sed declarabat
 breui fore, ut qui erant veritatis expertes, &
 audirent, & intelligerent diuinas Dei voces.
 Verè enim surdos dixeris, qui celestia, & vera,
 & facienda non audiunt. Multorum linguas in
 eloquium soluit: admirabilis, etià cum fieret, po-
 tentia: sed inerat huic virtuti alia significatio,
 que ostenderet, mox futurum, ut rerum cele-
 stium nuper ignari, percepta sapientia discipli-
 na, de Deo, & veritate differeret. Nam qui ra-
 tionem diuinitatis ignorat, is verè elinguis &
 mutus est, licet sit omnium disertissimus. Lingua
 enim cum verum loqui cœperit, id est, virtutem
 maiestatemq; Dei singularis interpretari, tum
 ad eum officio nature sue fingitur: quando au-
 tem falsa loquitur, in vsu suo non est: & ideo

infans sit, necesse est, quò diuina proloqui nò po-
 test. Pedes quoq; claudorù ad officium gradien-
 di reformauit. Laudabilis diuini operis for-
 do: sed figura id contineret, quòd cohibitis erro-
 ribus vita seculari, ac deuia, iter veritatis aperi-
 retur, per quòd graderetur homines ad Dei gra-
 tiam cõsequendam. Is enim verè claudus existi-
 mandus est, qui caligine, ac tenebris insipientia
 implicatus, & quò cõdat ignarus, offensibilibus,
 & caducis gressibus per viã mortis incedit. Nè
 labes, & maculas inquinatorum corporum re-
 purgauit, non exigua immortalis potètia opera:
 verum id portendebat hæc vi, quòd peccatorù
 cladibus, ac vitiòrù maculis inquinatos, doctri-
 na eius purificatura esset, eruditione iustitiæ. Le-
 prost enim verè, atq; elephantici debent haberi,
 quos vel infinita cupiditates ad scelera, vel insa-
 tiabiles voluptates ad flagitia compellunt, &
 dedecorum maculis inustos, labe afficiunt sem-
 piterna. Iacencia mortuorum corpora erexit,
 eosq; nominibus suis inelamatos, à morte reuo-
 cavit. Quid congruentius Deo? Quid miraculo
 dignius omnium seculorum, quàm decursam vi-
 tam resignasse, completisq; hominum tempori-
 bus tempora adiecisse, arcana mortis reuelasse?
 Sed hæc inenarrabilis potèstas, imago virtutis
 maioris fuit, quæ demonstrabat, tantam vim ha-
 bituram esse doctrinam suam, vt gentes in toto
 orbe, quæ alienæ à Deo, subiectæ morti fue-
 runt, cognitione veri luminis animatæ, ad im-
 mortã

mortalitatis premia peruenirent. Eos enim rectè
mortuos existimaueris, qui datorem vite Deum
nescientes, atq; animas suas à celo in terram de-
primentes, in laqueos eterne mortis incurrunt.
Quæ igitur iam faciebat in presenti, imagines
erant futurorum, quæ illis, affectuq; corpori-
bus adhibebat, ea spiritualium figuram gerebat,
vt & in presenti, virtutis nobis terrene opera
monstraret, & in futurum, potestatem celestis
sue maiestatis ostenderet. Ergo sicut opera eius
significauit quoque maioris potestatis habue-
runt, ita etiam passio non simplex, nec superua-
cua, nec fortuita præc. sit. Sed vt illa, quæ fecit,
magnam virtutem, ac potestatem doctrine eius
significabant: sic ea, quæ passus est, odie futu-
ram esse sapientiam nuntiabat. Aceti enim po-
tus, ac fellis cibus. acerbitates, & amaritudi-
nes, in hac vita, sectatoribus veritatis polliceba-
tur. Et quanquam passio ipsa per se acerba, &
amara, specimen nobis futurorum tormentorum
dabat, quæ moratibus in seculo, virtus ipsa pro-
ponit: tamen illiusmodi potus, & cibus, in os do-
loris nostri veniens, pressuraru nobis ac labo-
rum, & miseriarum præbebat exemplum. Quæ
omnia tolerare, ac perpeti necesse est eos qui ve-
ritatem sequuntur: quoniam veritas acerba est,
& inuisa omnibus, qui virtutis expertes, vitam
suam meretricis voluptatibus dedunt. Nam cora-
na spinea, capiti eius imposita, id declarabat, fo-
re, vt diuinam sibi plebem de nocentibus cõgre-
garet.

garet. Corona enim dicitur, circumdāns in orbem populus. Nos autem, qui ante cognitionem Dei fumus spine, id est, iniusti, mali, & nocentes eramus, ignorantes quid esset bonum, & à iustitiæ notione, atque operibus alieni, omnia scelere ac libidine polluebamur. * Electi ergo ex dūmis & sentibus sanctum Dei caput cingimus, quia conuocati ab ipso, & circumfusi vndiq; ad eum, magistro ac doctore Deo assistimus, regemq; illum mundi, & omnium viuentiam dominum coronamus. Quod verò ad crucem spectat, magna in ea vis ac ratio est, quā nunc conabor ostendere. Deus namq; (sicut superius exposui) cū constitūisset hominem liberare, magistrum virtutis legauit in terram, qui & præceptis salubribus formaret homines ad innocentiam, & operibus factisq; presentibus iustitiæ viam panderet, quā gradiens homo, & doctorem suum sequens, ad vitam æternam perueniret. Is igitur corporatus est, & veste carnis indutus, vt homini, ad quem docendum uenerat, virtutis exēplæ & incitamenta præberet. Sed cū in omnibus vitæ officijs, iustitiæ specimen præbuisset, vt doloris quoque patientiam, mortisq; contemptum, quibus perfectæ & consummata sit virtus, traderet homini, venit in manus impie nationis, cū & vitare potuisset scientia futuri, quam gerebat, & repellere eadē virtute, quā mirabilia faciebat. Sustinuit ergo cruciatus, & verbera, & spinas. Postremò
 etiam

etiam mortem suscipere non recusauit, vt homo illo duce subactam, & catenatam mortem cum suis terroribus triumpharet. Cur autem summus pater id potissimum genus mortis elegerit, quo affici eum sineret, hæc ratio est. Dicat enim fortasse aliquis, cur si Deus fuit, & mori voluit, nõ falsè honesto aliquo mortis genere affectus est? Cur potissimum cruce? Cur infami genere supplicij? quod etiam homine libero, quamuis nocente, videatur indignum. Primum quod is, qui humilis aduenerat, vt humilibus & infirmis opem ferret, & omnibus spem salutis ostenderet, eo genere afficiendus fuit, quo humiles, & infirmi solènt, ne quis esset omnino, qui eum non posset imitari. Deinde, vt integrum corpus eius conseruaretur, quem die tertia resurgere ab inferis oportebat. Nec enim hoc unquam ignorandum est, quòd ipse antè de sua passione ^{*prædicans,} etiam id notum fecerit, habere se potestatem, cum vellet, deponendi spiritum, & resurgendi. Suffixus itaq; cum spiritu spontè deposuisset, necessarium carnifices non putauerunt ossa eius suffringere (sicut mos eorum ferebat) si d tantummodo latus eius perforauerunt. Sic integrum corpus de cruce detractum est, & sepulcro diligenter inclusum. Quæ omnia idcirco facta sunt, ne lesum ac diminutum corpus ad resurgendum inhabile redderetur. Illa quoq; præcipua fuit causa, cur Deus crucem maluerit, quòd illa exaltari eum fuit necesse, omnibus vrgentibus passio-

*prædicans,

nem Dei notescere. Nam quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & ceteris altior, crux potius electa est, qua significaret illum tam conspicuum, tamq̃; sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum pariter & colendum, cuncte nationes ex omni orbe concurrerent. Denique nulla gens tam inhumana est, nulla regio tam remota, cui aut passio eius, aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extendit ergo in passione manus suas, orbemq̃; dimensus est, ut iam tunc ostenderet, ab ortu Solis, usque ad occasum, magnam populum ex omnibus linguis, & tribubus congregatum sub alas suas esse venturum, figuramq̃; illud maximum, atq; sublime, frontibus suis suscipiturum. Cuius rei figuram Iudaei etiam nunc exhibent, cum lumina sua de cruce agni notant. Deus enim percussurus Aegyptios, ut ab ea plaga immunes faceret Hebraeos, his preceperat, ut agnum candidum sine macula immolarent, ac signum luminibus suis de sanguine eius imponerent. Itaq; cum Aegyptiorum primogenitura nocte interissent, Hebraei soli signum sanguinis tuti fuerunt: non quia cruor pecudis tantam in se vim gerebat, ut hominibus saluti esset, sed mago fuerat rerum futurarum. Agnus enim candidus sine macula Christus fuit, id est, innocens, & iustus, & sanctus, qui ab eisdem Iudaeis immolatus, saluti est omnibus, qui signum sanguinis, id est, crucis, qua sanguinem fudit, in sua fronte conscripserunt. Frons autem sum-

MIUTO

num limen est hominis, & lignum sanguine delibutum, crucis significatio est. Deniq; immolatio pecudis ab q̄s ipsis, qui faciunt, pascha nominatur. Δὲ τὸ ῥῆ μαρτυρεῖν, qui passionis figura est, quam Deus prescius futurorum, tradidit per Moysen populo suo celebrādam. Sed tum signa valuit in presenti ad depellendum periculum, ut appareat, quantum veritas ipsa valitura sit ad plebem Dei protegendam, in extrema totius orbis necessitate. Quomodo autem, vel in qua plaga tuti omnes sint futuri, qui signum hoc veri, & diuini sanguinis in summo corporis sui no- tauerint, in nouissimo libro docebo.

De crucis virtute, & de demonibus.

C A P. XXXVII.

Nunc satis est, huius signi potentiam, quantum valeat, exponere. Quanto terrori sit demonibus hoc signum, sciet, qui viderit, quatenus adiurati per Christum, de corporibus, quae obsederint, fugiunt. Nam sicut ipse, cum inter homines ageret, vniuersos demones verbo fugabat, hominumq; mētes emotas, & malis incur- sibus furiatas, in sensus pristinos reponebat: ita nunc sectatores eius, eosdem spiritus inquinatos de hominibus, & nomine magistri sui, & signo passionis excludunt. Cuius rei non difficile est probatio. Nam cum Dñs suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant. Nec responsa potest consistere reddere vates. Et haec sepe causa praecipua iusti-

tiam persequendi, malis regibus fuit. Cum enim quidam ministrorum nostrorum sacrificantibus dominis assisteret, imposito frontibus signo, deos illorum fugauerunt, ne possent in visceribus hostiarum futura depingere. Quod cum intelligeret aruspices, iustigantibus iisdem demonibus, quibus profecerant, conquerentes, profanos homines sacris interesse, adegerunt principes ipsos in furorem, ut expugnarent Dei templum, seque vero sacrilegio contaminarent, quod grauissimis persequentium pœnis expiaretur. Nec tamen ex hoc ipso cæci homines intelligere possunt, aut hanc esse veram religionem, cui ad vincendum tanta vis inest, aut illam falsam, qua subsistere aut congruere non potest. Sed aiunt, hoc deos non metu, verum odio facere: quasi quisquam possit odisse nisi eum, qui aut noceat, aut possit nocere: imò verè congruens maiestati fuit, ut eos, quos oderant, presentibus pœnis afficerent potius, quam fugerent. Sed quoniam neque accedere ad eos possunt, in quibus celestem notam vident, nec ipsi nocere, quos signum immortale munierit, tãquam inexpugnabilis murus, laceffunt eos per homines, et manibus persequuntur alienis, quos profecto si esse confitentur, vicimus. Necessè est enim veram esse hanc religionem, que et rationem demonum novit, et astutiam intelligit, et vim reiudit, et eos spiritualibus armis domitos, ac subactos, cedere sibi cogit. Si negant, testimonys poetarum, ac philosophorum re-

fellen

fellentur. Quod si esse, & malos esse, inficias non
 eunt, quid superest, nisi ut alios esse dicant deos,
 alios demonas? Exponant igitur nobis differen-
 tia generis utriusq; ut sciamus quid colendum,
 quid execrandum sit. Habeantne inter se ali-
 quod consortiū, an verò inimici sint. Si sunt ali-
 qua necessitudine copulati, quatenus eos discer-
 nemus? aut quomodo utriusq; generis honorem,
 cultumq; miscbimus? Si autem sunt inimici, cur
 aut demones, deos non timent, aut dū demonas
 fugare non possunt? Ecce aliquis indinctu de-
 monis percitus dementit, effertur, insani: ducam-
 us hūc in Iouis optimi maximi tēplū, vel, quia
 sanare homines Iupiter nescit, in Æsculapij, vel
 Apollinis sanum. Iubeat utriuslibet sacerdos,
 Dei sui nomine, ut nocens ille spiritus excedat
 ex homine: nullo id pacto fieri potest. Quæ igitur
 vis deorum est, si subiectos sibi demonas non ha-
 bent? At verò ūdem demones adiurati per no-
 men Dei veri, protinus fugiunt. Quæ ratio est,
 ut Christum timeāt, Iouem autem non timeāt,
 nisi quòd ūdem sunt demones, quos vulgus deos
 esse opinatur? Deniq; constitutatur in medio &
 ū, quem constat incursum demoni perpeti, &
 Delphici Apollinis vates, eodem modo nomen
 Dei horrebit, & tam celeriter excedet de vate
 suo Appollo, quam ex homine spiritus ille demo-
 niacus, & adiurato, fugatoq; Deo suo, vates in-
 perpetuum comicescet. Ergo ūdem sunt demo-
 nes, quos fatentur execrandos esse, ūde dū, qui-
 bus

bus supplicat. Si nobis credendum esse non putant, credat Homero, qui summum illum Iovem demonibus aggregavit: sed & alijs poetis, ac philosophis, qui eosuè modo demonas, modo deos nuncupant: quorum alterum verum, alterum falsum est. Illi enim nequissimi spiritus, ubi adiurantur, ibi se demonas esse consentunt: ubi coluntur, ibi se deos mentiuntur, ut errores hominibus immittat, & auocet à veri Dei notione, per quam solam potest mors aeterna vitari. Idem sunt, qui deiciendi hominis causa, varios sibi cultus, per diuersa regionum condiderunt, mentitis tamen, assumptisq; nominibus, ut fallerent. Nam quia diuinitatem per seipsos affectare non poterant, assumerunt sibi nomina potentium regum, sub quorum titulis honores sibi deorum vendicarent. Qui error discuti potest, & in lucem veritas protrahi. Nam si quis studet altius inquirere, congreget eos, quibus peritiam est eiecit ab inferis animas. Euocent Iovem, Neptunum, Vulcanum, Mercurium, Appollinem, patremq; omnium Saturnum. Respondebunt ab inferis omnes, & interrogati loquentur, & de se ac Deo fabulentur. Post hæc euocent Christum, non aderit, non apparebit: quia non amplius quàm biduo apud inferos fuit. Quid hac probatione certius proferri potest? Ego verò non dubito, quin ad veritatem Trismegistus hac aliqua ratione perueniret, qui de Deo patre omnia, de filio locutus est multa, qua diuinis continentur

ARCAE

Arcanū.

De Ipe, & vera religione, & superstitione.

CAP. XXVIII.

Qua cum ita se habeant, ut ostendimus, ap-
 paret, nullam aliam spem vite homini
 esse propositam, nisi ut abieclis vanitatibus, &
 errore miserabili, Deum cognoscat, & Deo ser-
 uiat, nisi huic temporali renuntiet vice, ac se
 rudimentis iustitie ad cultum vere religionis in-
 situat. Hac enim conditione gignimur, ut gene-
 ranti nos Deo, iusta, & debita obsequia præ-
 beamus, hunc solum nouerimus, hunc sequamur.
 Hoc vinculo pietatis obstricti Deo, & religati
 sumus, unde ipsa religio nomen accipit, non, ut
 Cicero interpretatus est, à relegendo, qui in li-
 bro de natura deorum secundo ita dixit: Non
 enim philosophi solum, verum etiam maiores
 nostri superstitionem à religione separauerunt.
 Nam qui totos dies precabantur, et immolabant,
 ut sui sibi liberi superstites essent, supersticiosi
 sunt appellati. Qui autem omnia, que ad cul-
 tum deorum pertinerent, retractarent, & tan-
 quam relegerent, ij dicti sunt religiosi ex relegen-
 do, tanquam ex eligendo eligentes, & ex deli-
 gendo diligentes, & intelligendo intelligentes.
 His enim verbis omnibus in-est vis legendi, ea-
 dem, que in religioso. Ita factum est in supersti-
 tioso, & religioso, alterum vitij nomen, alterum
 laudis. Hac interpretatio quam inepta sit, ex re
 ipsa licet noscere. Nam si ita usdem dijs colen-
 dia

* deū me-
sentur

dis & superstitio, & religio versatur, exigua
vel potius nulla distantia est. Quid enim mihi
affereat causa, cur precari pro salute filiorum se-
mel, religiosi, & idem decies facere superstitiosi
esse hominis arbitretur? Si enim semel facere
optimum est, quanto magis sapius? Si hora pri-
ma, ergo & tota die. Si vna hostia placabilis,
placabiliores utique hostie plures: quia multipli-
cata obsequia * decerentur potius, quam offen-
dunt. Non enim nobis odiosi videntur ū famuli,
qui assidui, & frequētes ad obsequium fuerint,
sed magis chari. Cur igitur sit in culpa, et nomen
reprehensibile suscipiat, qui aut filios suos magis
diligit, aut deos satis honorat, laudetur autē qui
minus? Quod argumentum etiam ex contrario
valet. Si enim totos dies precari, & immolare
criminosum est, ergo & semel. Si superstitiosus filios
subinde optare, vitiosum est, superstitiosus igitur
est et ille, qui etiā raro id optauerit. Aut cur
vitū nomen sit ex eo tractum, quo nihil hone-
stius, nihil iustius optari potest? Nam quod ait,
religiosos à relegendo appellitos, qui retractent
ea diligēter, quae ad cultum deorum pertineant:
cur ergo illi, qui saepe hoc in die faciunt, religio-
forū nomen amittant, cum multo utiq; diligen-
tius ex assiduitate ipsa relegant ea, quibus dū
eoluntur? Quid ergo est? Nimirum religio veri
cultus est, superstitio falsi. Et omnino quid colas
interest, non quemadmodū colas, aut quid pre-
sere. Sed quia Deorum cultores religiosos se pu-
tant,

tant, cum sint superstitiosi: nec religionem possunt à superstitione discernere, nec significatiua nominum exprimere. Diximus nomē religionis à vinculo pietatis esse deductū, quod hominem sibi Deus religauerit, & pietate constringerit: quia seruire nos ei, vt domino, & obsequi vt patri, necesse est. Melius ergo Lucretius id nomen interpretatus est, quia ait religionum se nos exoluere. Superstitiosi autem vocantur, non qui filios suos superflites optant, (omnes enim optamus) sed aut q̄, qui superflitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus suis superflites, * celebrant imagines eorum domi, tan- * colēbāt
quam deos penates. Nam qui nonos sibi ritus assumebant, vt deorum vice mortuos adorarent, quos ex hominibus in celum receptos putabāt, hos superstitiosos vocabant. Eos verò, qui publicos, & antiquos deos colerent, religiosos nominabant Vnde Vergilius,

Vana superstitio, veterumq; ignara Deorum.
Sed cum veteres quoq; deos inueniamus eodem modo consecratos esse post obitum, superstitiosos ergo qui multos ac falsos deos colunt. Nos autem religiosi, qui vni & vero Deo supplicamus.

De religione Christiana, & de Iesu cum patre coniunctione. CAP. XXXIX.

Fortasse querat aliquis, quomodo, cum Deū nos vnum colere dicamus, duos tamen esse asseramus, Deum patrem, & Deum filium.
que

que asseueratio plerisque in maximum impingit error m. Quibus cum probabilia videantur esse, que dicimus, in hoc vno labare nos arbitrantur, quod & alterum, & mortalem Deum facerimus. De mortalitate iam diximus, nunc de unitate doceamus. Cum dicimus Deum patrem, & Deum filium, non diuersam dicimus, nec utrumque secernimus: quia nec pater esse sine filio potest, nec filius à patre secerni: siquidem nec pater nuncupari sine filio, nec filius potest sine patre generari. Cum igitur & pater filium faciat, & filius patrem: una utrique mens, vnus spiritus, vna substantia est: sicut ille quasi exuberans fons est, hic tanquam defluens ex eo riuus: ille tanquam Sol, hic quasi radius à Sole porrectus, qui quoniam summo patri & fidelis, & charus est, non separatur, sicut nec riuus à fonte, nec radius à sole porrectus: quia & aqua fons in riuo est, et Solis lumē in radio: eque nec vox ab ore se iungi, nec virtus, aut manus à corpore diuelli potest. Cum igitur à prophetis idē manus Dei, et virtus, & sermo dicatur, utique nulla discretio est: quia et lingua sermonis ministra est, et manus, in qua est virtus, indiuidua sunt corporis portiones. Propriore exemplo uti libet: Cum quis habet filium, quē vnice diligit, quē tamē sit in domo, & in manu patris, licet et nomē domini, potest atque cōcedat, ciuile tamen iure et domus vna, & vnus dominus nominatur. Sic hic mūdus, vna Dei domus est: & filius ac pater, qui vnanimes incolunt mund

mundum, Deus vnus est: * quia & vnus tan- * qui
 quam duo, & duo tanquam vnus. Neq; id mi-
 rum, cum & filius sit in patre, quia pater diligit
 filium: & pater in filio, quia voluntati patris fi-
 deliter pareat, nec vnquam faciat aut fecerit, nisi
 quod pater aut voluit, aut iussit. Denique vnus
 Deum esse tam patrem quam filium. Esaias in
 illo exemplo, quod superius posuimus. ostendit,
 cum diceret: Adorabunt te, & te deprecabun-
 tur, quoniam in te Deus est, et non est alius Deus
 preter te. Sed & alio loco similiter ait: Sic di-
 cit Deus rex Israël, & qui eruit eum Deus eter-
 nus: ego primus, & ego nouissimus, & preter
 me * nemo est Deus. Cum duas personas propo- * non
 suisset Dei regis, id est. Christi, & Dei patris, qui
 eum post passionem ab inferis excitauit, sicut
 ostendisse dicimus Oseam prophetam, qui ait,
 Et de manu inferorum eruat eum: tamen ad
 vtriusq; personam referre is, intulit, & preter me
 non est Deus, cum posset dicere preter nos: sed
 fas non erat plurali numero, separationem tan-
 te necessitudinis fieri. Vnus est enim solus, liber,
 Deus summus, carens origine. quia ipse est origo
 rerum, & in eo simul & filius & omnia conti-
 nentur. Quapropter cum mens & voluntas al-
 terius in altero sit, vel potius vna in vtroque,
 merito vnus Deus vterq; appellatur: quia quic-
 quid est in patre, ad filium transiit, & quic-
 quid in filio, à patre descendit. Non potest igitur
 summus ille ac singularis Deus nisi per filium co-

li: qui solum se patrem colere putat, sicut filium non colit, ita nec patrem quiaem colit. Qui autem filium suscipit, & nomen eius gerit, is verò cum filio simul & patrem colit, quoniam legatus, & nuntius, & sacerdos summi patris est filius. Hic templi maximi ianua est, hic lucis via, hic dux salutis, hic ostium vite.

De hæresibus, & superstitionibus, deq; iis vitandis.

CAP. XXX.

Sed quoniam multe hæreses extiterunt, & in distinctibus demonum populus Dei scissus est, determinanda est nobis veritas breuiter, & in suo proprio domicilio collocanda: ut si quis aquam vite cupiet haurire, non ad detritos lacus deferatur, qui non habent venam, sed vberimum Dei noverit fontem, quo irrigatus, perenni luce potiatur. Ante omnia, scire nos convenit, & ipsum, & legatos eius prædixisse, quòd plurimæ sectæ, & hæreses haberent existere, quæ concordiam sancti corporis rumperent: ac monuisse, ut summa prudentia caueremus, ne quòdo in laqueos, & fraudes illius aduersarij nostri, cum quo nos Deus luctari voluit, incideremus.

posteri Tum dedisse certa mandata, quæ in^{perpetuum} custodire deberemus. Quorum plerique immemores, deserto itinere celesti, rursus sibi denias peransactus, & præcipua condiderunt, per quas partem plebis incauti in & simplicem, ad tenebras, mortemq; deducerunt. Quod quatenus acciderit, exponam. Fuerunt quidam nostrorum
vel

vel minus stabilita fide, vel minus docti, vel minus cauti, qui dissidium facerent unitatis, & ecclesiam dissiparent. Sed ij, quorum fides fuit lubrica, cum Deum nosse se & colere simularent, augendis opibus, & honori studentes, affectabant maximum sacerdotium: & à potioribus victi, secedere cum suffragatoribus sui maluerunt, quam eos ferre prepositos, quibus concupiebant ipsi ante preponi. Quidam verò non satis celestibus literis eruditi, cum veritatis accusatoribus respondere non possent, obijcientibus vel impossibile, vel incongruens esse, ut Deus in veterum se mulieris includeret, nec caelestem illam maiestatem ad tantam infirmitatem potuisse deduci, ut hominibus contemptui, derisui, contumelia, & ludibrio esset, postremo etiam cruciamenta perferret, atq; in execrabili patibulo figeretur: quæ omnia cum neq; ingenio, neque doctrina defendere ac resistere possent (nec enim vim, rationemq; penitus peruidebant) depravati sunt ab itinere recto, & caelestes literas corruperunt, ut novam sibi doctrinam sine ulla radice ac stabilitate componerent. Nonnulli autem falsorum prophetarum vaticinio illecti, de quibus & veri propheta, & ipse produxerat, exciderunt à doctrina Dei, & traditionem veram reliquerunt. Sed illi omnes demoniacis fraudibus irreviti, quas prospicere, & cavere debuerant, diuturnum nomen & cultum per imprudentiam perdidērunt. Cum enim Phryges, aut Novatiani aut

Valentiniani, aut Marcionite, aut Anthropiani,
 aut Arriani, seu quilibet alij nominantur, Chri-
 stiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso,
 humana & externa vocabula induerunt. Sola
 igitur catholica ecclesia est, que verum cultum
 retinet. Hic est fons veritatis, hoc est domicilium
 fidei, hoc templum Dei: quod si quis non intrave-
 rit, vel à quo si quis exiuerit, à spe vite ac salutis
 eterne alienus est. Nomine sibi oportet pertinaci
 concertatione blandiri. Agitur enim de vita, &
 salute: cui nisi cautè ac diligenter consulatur, a-
 missa & extincta erit. Sed tamen quia singuli
 quiq; cætus hæreticorum, se potissimum Christia-
 nos, & suam esse catholicam ecclesiam putant,
 sciendum est illam esse veram, in qua est cõfessio,
 & pœnitentia, que peccata & vulnera, quibus
 subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat.
 Hæc interim paucis admonendi gratia retuli, ne
 quis errorem fugere cupiens, maiori implicetur
 errore, dum penetrare veritatis ignorat. Postea
 plenius & verius contra omnes mendaciorum
 sectis proprio, separatoq; opere pugna-
 binus. Sequitur, vt, quoniam satis
 de religione vera, & sapientia
 locuti sumus, in proxi-
 mo libro de iusti-
 tiis differa-
 mus.

FINIS.

I. COB

LACTANTI

FIRMIANI DIVI-

narum institutionum aduersus Gen-
tes, liber Quintus, de Iustitia,
ad Constantinum Im-
peratorem.

*

De iudicando, pertinacia perfidorum, eloquen-
tia, & veritate.

CAP. I.

NON est apud me dubium, Con-
stantine Imperator Max. quin
hoc opus nostrum, quo singula-
ris ille rerum conditor, & huius
immensi rector asseritur, si quis
attigerit ex istis ineptè religiosis (vt sunt nomia
superstitione impatienter) insectetur etiam ma-
ledictis, & vix lecte fortasse principio, affligat,
proūciat, exeretetur, seq; inexpiabili scelere con-
taminari, atq; adstringi putet, si hæc aut legat
patienter, aut audiat. Ab hoc tamen, si fieri po-
test, humanitatis iure postulamus, vt non prius
damnet, quàm vniversa cognouerit. Nã si sacri-
legis, & proditoribus, & veneficis potestas de-
fendendi sui datur, nec prædamnari quenuquam
incognita causa licet, non iniuste petere vider-
mur, vt si quis erit ille, qui incidit in hæc, si le-
get, perlegat: si audiet, sententiam differat in ex-
tremum. Sed noui hominum pertinaciam, nun-

L 3

quàm

quàm impetrabimus. Timent enim ut à nobis
 reuerti, manus dare aliquando, clamante ipsa
 veritate cogantur. Obstreperunt igitur, & inter-
 cedunt, ne audiant: & oculos suos opprimunt, ne
 lumen videant, quod offerimus. Quo planè ipsi
 diffidentiam sua perditæ rationis ostendunt, cum
 neque cognoscere, neque congreri audent, quia
 sciunt se facile superari. Et idcirco disceptatione
 sublata,

Pellitur à medio sapientia, vbi geritur res,
 Vt ait Ennius. Et quia student damnare tan-
 quam nocentes, quos vtiq; sciunt innocentes, cõ-
 stare de ipsa innocetia nolunt: quasi verò maior
 iniquitas sit, probatam innocentiam damnasse,
 quam inauditam. Sed (vt dixi) verentur ne si
 audierint, damnare non possint. Et ideo cultores
 Dei summi, hoc est, iustos homines torquent, in-
 terficiunt, exterminant: nec causas odiorum red-
 dere ipsi possunt, qui tam vehementer oderunt:
 quia ipsi errant, irascuntur q̄s, qui veram viam
 sequuntur: & cum corrigere se possint, errores
 suos insuper crudelibus factis concervant, inno-
 centiũ cruore maculantur, & dicatas Deo men-
 tes enisceratis corporibus extorquent. Cum tali-
 bus nunc congreri, & disputare contendimus,
 hos ad veritatem ab inepta persuasionẽ traduce-
 re, qui sanguinem facilius hausserint, quàm ver-
 ba iustorum. Quid igitur? Operamne perdemus?
 Minimè. Nam si lucrari hos à morte, ad quam
 concitatissimè tendunt, non potuerimus, si ab illa

istincte

itinere deuiso ad vitam, lucemq; reuocare, quoniam ipsi salutis suae repugnant: nostros tamen confirmabimus, quorum non est stabilis, ac solidis radicibus fundata & fixa sententia. Nutant enim plurimi, ac maximè qui literarum aliquid attigerint. Nam & in hoc philosophi, & oratores, & poetae perniciosi sunt, quod incautos animos facillè irretire possunt suauitate sermonis, et carminum dulci modulatione currentium. † Mella sunt haec venenum tegentia. Ob eamq; causam volui sapientiam cum religione coniungere, ne quid studiosis inanis illa doctrina possit officere: ut iam scientia literarum non modò nihil noceat religioni, atq; iustitiae, sed etiam proficit quamplurimum, si is, qui eas didicerit, sit in virtutibus instructior, & in veritate sapientior. Praeterea, etiam si nulli atq; nobis certo proderit, delectabit se conscientia, gaudebitq; mens in veritate se luce versari, quod est animae pabulum, incredibili quadam iucunditate persusum. Verùm non est desperandum. Fortasse non canimus surdis. Nec enim † plus imparis spiritibus, quam sancto licet: aut † tam in malo statu res est, ut desint sauae mentes, quibus & veritas placeat, & monstratum sibi rectum iter & videant, & sequantur. Circumliniatur modo poculum caelesti melle sapientiae, ut possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari, dum illiciens prima dukedo acorbitatem saporis asperi, sub praetextu suauitatis occultat. Nam haec in primis

causa est, cur apud sapientes, & doctos, & principes huius seculi, scriptura sancta fide careat, quod prophetae communi ac simplici sermone, et ad populum, sunt locuti. Contemnantur itaque ab illis, qui nihil audire vel legere, nisi expolitum ac disertum volunt: nec quicquam inherere animis eorum potest, nisi quod aures obtusiori sono permulcet. Illa verò quae sordida videntur, amlia, inepta, vulgaria existimantur. Ad eò nihil verè putat, nisi quod auditu suave est: nihil credibile, nisi quod potest incutere voluptatem: nemo rem veritate ponderat, sed ornam. Non credunt ergo diuinis, quia furo carent: sed ne illis quidem, qui ea interpretantur, quia sunt & ipsi aut omnino rudes, aut certe parum docti. Nam ut planè sint eloquentes, petrarò contingit: cuius rei causa in aperto est. Eloquentia enim seculo seruit, populo se iactare, et in rebus malis placere gessit: siquidem veritatè sapius expugnare conatur, ut vim suam monstret, opes expetit, honores concupiscit, summum denique gradum dignitatis exposcit. Ergo haec quasi humilia despicit, arcana tanquam contraria sibi fugit, quippe quae publico gaudeat, & multitudinem, celebratamque desideret. Eo fit ut sapientia, & veritas idoneis praecōibus indigeat. Et si qui fortè literatorum se ad eam contulerunt, defensionem eius non suffecerunt. Ex quibus, qui mihi noti sunt, Minutius Felix, non ignobilis inter causidicos loci fuit. Huius liber, cui Octavia titulus est, declarat quàm idoneus veritatù assertor

* praeco-
nibus

assertor esse potuisset, si se totum ad id studium
 contulisset. Septimius quoque Tertullianus fuit
 omni genere literarum peritus, sed in eloquendo
 parum facilis, et minus cōptus, et multum obscu-
 rus fuit. Ergo ne hic quidem satis celebritatis in-
 uenit. Vnus igitur præcipuus et clarus Cyprianus
 extitit, quoniam et magnâ sibi gloriam ex artis
 oratorie professione quesierat, et admodum mul-
 ta conscripsit in suo genere miranda. Erat enim
 ingenio facili, copioso, suauis, et (que sermonis
 maxima est virtus) aperto, ut discernere ne-
 queas, utrumne ornatio in eloquendo, an faci-
 lior in explicando, an potentior in persuadendo
 fuerit. Hic tamen placere ultra verba, sacramen-
 tum ignorantibus non potest, quoniam mystica
 sunt, que locutus est, et ad id preparata, ut à so-
 lis fidelibus audiantur. Denique à doctis huius
 seculi, quibus fortè scripta eius innotuerunt, de-
 ridenti solet. Audiui ego quendam hominem sanè
 disertum, qui eum immutata vna litera * Co-^{* Capria-}
 prianum vocaret, quasi quòd elegans ingenium, num
 et melioribus rebus aptum, ad aniles fabulas
 contulisset. Quòd si accidit hoc ei, cuius eloquen-
 tia non insuauis est, quid tandem putemus eis
 accidere, quorum sermo ieiunus est et ingra-
 tus, qui neque vim persuadendi, neque subtilita-
 tem argumentandi, neque ullam proferens acerbi-
 tatem ad reuincendum habere potuerunt?

De impugnatione Christianæ religionis.

CAP. II.

¶ Ergo

ERgo quia defuerunt adud nos idonei, pevi-
 litiq; doctores, qui vehementer, qui acriter
 errores publicos redarguerent, causam omnem
 veritatis ornatè, copioseq; defenderent: provocauit
 quosdã hac ipsa penuria, vt auderent scribere
 contra ignotam sibi veritatem. Omitto eos, qui
 prioribus eam temporibus nequicquam lacesse-
 runt. Ego cum in Bithynia oratorias literas acci-
 tus docerem, contigissetq; vt eodem tempore Dei
 tẽplum euerteretur: duo extiterũt ibidẽ, qui iac-
 cẽti, atq; abiecta veritati, nescio vtrũ superbĩus,
 an impertinĩus insultarent, quorum alter anti-
 stitem se philosophiæ profitebatur, verũm ita* vi-
 tiosus, vt continentis magister, non minus aua-
 ritia, quam libidinibus arderet: in victu tam
 sumptuosus, vt in schola virtutis assertor, parsi-
 monie, paupertatĩq; laudator, in palatio peius
 cœnaret, quam domi: tamen vitia sua capillis &
 pallio, et (quod maximũ est velamentũ) diuitĩq;
 prætegebat, quas vt auget, ad amicitias iudicũ
 miro ambitu penetrabat, eosq; sibi repẽdẽ auctori-
 tate falsi nominis obligabat, non modò vt eorum
 sententias vèderet, verũm etiam vt cõsues suos,
 quos sedibus, agrĩq; pellebat, à suo repetendo,
 hac* potentia retardaret. Hic verò, qui suas di-
 sputationes moribus destruebat, vel mores suos
 disputationibus arguebat, ipse aduersus se gra-
 uis censor, & accusator acerrimus, eodem ipso
 tẽpore, quo iustus populus nefarie lacerabatur,
 tres libros euomuit contra religionem, nomenq;
 Christi

*pernicio-
sus,

*pecunia

Christianum. Professus ante omnia, philosophi officium esse erroribus hominum subuenire, atque illos ad veram viam reuocare, id est, ad cultus deorum, quorum numine ac maiestate (ut ille dicebat) mundus gubernaretur, nec pati homines imperitos quorundam fraudibus illi, ne simplicitas eorum, praece ac pabulo sit hominibus astuta. Itaque se suscepisse hoc munus philosophia dignum, ut praeferret non videntibus lumen sapientiae, non modo ut susceptis deorum cultibus resauescant, sed etiam ut pertinaci obstinatione deposita, corporis cruciamenta deiciant, ne suas membrorum lacerationes frustra perpeti velint. Ut autem appareret, cuius rei gratia opus illud elaborasset, effusus est in principum laudes, quorum pietas et providentia (ut quidem ipse dicebat) cum in ceteris rebus humanis, tum praecipue in defendendis deorum religionibus claruisset, consultum tandem esse rebus humanis, ut cohibita anili et impia superstitione, vniuersi homines legitimis sacris vacarent, ac propitios sibi deos experirentur. Vbi autem religionis eius, contra quam perorabat, infirmare voluit rationem, ineptus, vanus, ridiculus apparuit, quia grauis illa consultor utilitatis alienae, non modo quid oppugnaret, sed etiam quid loqueretur nesciebat. Nam si qui nostrorum affuerunt, quamuis temporum gratia conticerent, animo tamen derisere, utpote cum viderent hominem profitentem, se illuminatum alios, cum ipse caecus esset: reduclurios alios

alios ab errore, cū ipse ignoraret ubi pedes suos
 poneret: eruditurū alios ad veritatem, cuius ille
 ne scintillam quidem unā vidisset aliquando,
 quippe cū sapientia professor, profigare sapi-
 tiam niteretur. Omnes tamē id arguebant, quod
 illo potissimum tempore id operi esset aggres-
 sus, quo furebat odiosa crudelitas. O philosophi
 adulatorem, ac tempori seruientem! Verum hic
 pro sua inanitate contemptus est, qui & gratiā
 quam speravit, non adeptus est: & gloria, quam
 captavit, in culpam, reprehensionemq; conuersa
 est. Alius eādē materiā mordacius descripsit,
 qui erat tum è numero iudicum, & qui autor
 in primis faciendæ persecutionis fuit: quo scelere
 non cōtentus, etiam scriptis eos, quos affixerat,
 insecutus est. Composuit enim libellos duos, non
 contra Christianos, ne inimicē insectari videre-
 tur, sed ad Christianos, ut humanē ac benignē
 cōsulere^o putaretur: in quibus ita falsitatē scri-
 pturæ sacre arguere conatus est, tanquam sibi
 esset tota contraria: nam quedā capita, que re-
 pugnant sibi videbantur, exposuit, ad eō multa,
 ad eō intima enumerans, ut aliquādo ex eadem
 disciplina fuisse videatur. Quod si fuit, quis eum
 D. mothesenes poterit ab impietate defendere?
 qui religionis, cui fuerat assensus, & fidei, cuius
 nomen induerat, & sacramenti, quod accepe-
 rat, proditor factus est? nisi forte casu in manus
 eius diuina litera inciderunt. Que igitur teme-
 ritas erat, id audere dissoluere, quod illi nemo
 interp

^ovider

Interpretatus est bene, quod aut nihil didicit,
aut nihil intellexit. Tantum enim abest à divi
nitate literis repugnantia, quantum ille abfuit à
fide & veritate: precipue tamen Petrum Pau-
lumq; laceravit, ceterosq; discipulos, tanquam
fallacia seminatores, quos eosdem tamen rudes,
& indoctos fuisse testatus est: nam quosdã eo-
rum piscatorio artificio fecisse quæstum: quasi
egre ferret, quod illum rem non Aristophanes
siquis, aut Aristarchus commentatus sit.

De veritate Christianorum, & aduersario-
rum vanitate. CAP. III.

Absut ergo ab ijs fingendi voluntas, &
castitia, quoniam rudes fuerunt. Aut quis
possit indoctus apta inter se, & coherentia fin-
gere, cum philosophorum doctissimi Plato, &
Aristoteles, & Epicurus, & Zenon, ipsi sibi re-
pugnantia, & contraria dixerint? Hæc est enim
mendaciorum natura, ut coherere non possint.
Illorum autem iraditio, qui vera est, quadrat
vndiq; ac sibi tota consentit, & ideo persuadet,
quia constati ratione suffulta est. Nõ igitur qua-
estus, & commodi gratia, religionem istam com-
mentati sunt, quippe qui & præceptis, & re ipsa
vitam eam securi sunt, que & voluptatibus ca-
ret, & omnia que habentur in bonis, spernit: &
qui non tantum pro fide mortem subierint, sed
etiam morituros se esse & scierint & prædixe-
runt, & postea iuniverfos, qui eorum discipuli iam
secuti essent, acerba, & nefanda passuros. Ipsam
autem

autem Christum affirmavit à Iudeis fugatū, et
 lecta noningentorum hominū manu, latrocinia
 fecisse. Quis tanta auctoritati audeat repugnare?
 Credamus hoc planè: nam fortasse illi hoc in
 somnis Apollo aliquis nuntiavit. Tot latrones sem-
 per perierunt, & quotidie pereunt (vixq; multos
 & ipse damnasti) quis eorū post crucem suam,
 nō dicā Deus, sed homo appellatus est? Verūm tu
 forsitan ex eo credidisti, quia vos homicidam
 Martem consecrastis ut Deum: quod tamē non
 fecissetis, si illū Areopagite in cruce sustulissetis.

* Idem * Ille cū facta eius mirabilia destrueret, nec ta-
 men negaret, voluit ostēdere Apolloniū vel pa-
 rīa, vel etiā maiora fecisse. Mirū quōd Apuleiū
 prætermisit, cuius solent & multa, & mira me-
 morari. Cur igitur, o delirū caput, nemo Apollo-
 nium pro Deo colit? nisi fortè tu solus, illo scilicet
 Deo dignus, cum quo te in sempiternū verus
 Deus punit. Si magus Christus, quia mirabilia
 fecit, peritior vixq; Apollonius, qui (vi descri-
 ptis) cum Domitianus eum punire vellet, repēti
 in iudicio non comparuit, quā ille, qui & com-
 prehensus est, & cruci affixus. At enim ex hoc
 ipso fortasse insolentiam Christi voluit arguere,
 quōd Deum se constituerit, ut ille verecundior
 fuisse videatur, qui cū maiora faceret, ut hic
 putat, tamē id sibi non arrogaverit. Omitto nūc
 ipsa opera comparare, quia in sicūdo, et in sup-
 rioris libro de fraude, ac præstigijs artis magica
 dixi. Negā esse quonquā, qui non optet in primis

* Idem

* narrari.

id

id sibi post mortem cōtingere, quod etiam reges
 maximi cōcupiscunt. Cur enim sibi homines se-
 pulchra magnifica, cur statuas, cur imagines cō-
 parant? Cur aliquibus clarū factis, aut etiā pro-
 ciuiibus morte suscepta, student opiniones homi-
 num promereri? Cur deniq; ipse ingenij tui moni-
 mentum hoc detestabile, stultitia, tanquā cæno-
 edificatum cōstituere voluisti, nisi quod immor-
 talitatem de memoria nominis speras? Stultum
 igitur est, id putare, Apollonium noluisse, quod
 optaret utiq; si posset: quia nemo est, qui immor-
 talitatē recusset, maximè cum eū dicas & ado-
 ratum esse a quibusdā, sicut Deum, & simula-
 crum eius sub Herculis Alexicaci nomine con-
 stitutum, ab Ephesijs etiam nunc honorari. Non
 potuit ergo post mortē Deus credi, quia & ho-
 minē, & magum fuisse constabat: & ideo alieni
 nominis titulo affectauit diuinitatē, quia suo nec
 poterat, nec audebat. Noster verò & potuit Deus
 credi, quia magus non fuit: & creditus est, quia
 verus fuit. Non, inquit, hoc dico, idcirco Apolla-
 nium non haberi Deum, quia ueluerit: sed ut
 appareat, nos sapiētiores esse, qui mirabilibus fa-
 ctis nō statim fidē diuinitatis adiunximus, quam
 vos, quī ob exigua potentia Deū credidistis. Nō
 est mirum, si tu, qui à Dei sapiētia longē remo-
 tus es, nihil prorsus intelligis eorum, que legisti:
 cum Iudei, qui à principio prophetas lectraue-
 rant, quibusq; sacramentū Dei fuerat obsigna-
 tum, tamen quid legerint, ignorauerunt. Disce
 igitur,

igitur, si quid tibi cordis est, non idcirco à nobis Deum creditum Christum quia mirabilia fecit, sed quia vidimus in eo facta esse omnia, quæ nobis annuntiata sunt vaticinio prophetarum. Be- cit mirabilia: magù putassemus, ut & vos nuncupatis, & Iudæi tunc putauerūt, si non illa ipsa facturū Christū prophete omnes vno spiritu prædixissent. Itaq; Deum credimus, non magis ex fideis operibusq; mirandū, quàm ex illa ipsa cruce, quam vos sicut canes lambitis, quoniã simul & illa prædicta est. Non igitur suo testimonio, (cui enim de se dicenti potest credi?) sed prophetarum testimonio, qui omnia, quæ fecit ac passus est, multò antè cecinerūt, fidem diuinitatis accepit: quod neq; Apollonio, neq; Apuleio, neq; cuiquā maiorū potuit aut potest aliquando contingere. Cum igitur talis ignorantia suæ deliramenta sudisset, cum veritatem ponitū excidere connixus esset, ausus est libros suos nefarios, ac Dei hostes *Φιλαληθῆς* annotare. O cecum pectus! ò mentē cimmerijs (ut aiunt) tenebris atrorem! Discipulus hic fortasse Anaxagoræ fuit, cui viues alimentum fuerunt. Aiquē eadem cecitas est, & vero falsitatis, & mendacis veritatis nomen imponere: videlicet homo subdolis voluit lupum sub ouis pelle celare, ut fallaci titulo posset irretire lectorem. Verum esto, inscitia hoc non malicia feceris. Quam tandem nobis attulisti veritatem? nisi quod assertor deorum, eos ipsos ad vltimum prodidisti. Profecutus enim

summi

summi Dei laudes, quem regem, quæ maximū,
quem opificem rerum, quem fontem bonorum,
quem preuentem omnium, quem factorem alto-
remq; videntium confessus es, ademisti Ioui tuo
regnum, eumq; summa potestate depulsam, in
ministerorū numerū redogisti. Epilogus itaq; te
tuus arguit stultitiæ, vanitatu, erroris. Affirmas
enim deos esse, & illos tamen subijcēs & man-
cipas ei Deo, cuius religionem conaris euertere.

De se, & Teruliano, & Cypiano.

C A P.

I I I I.

Itergo, de quibus dixi, cū presente me, ac
Idolente, sacrilegas suas literas expli assent:
& illorum superbi impietate stinnuatus, & ve-
ritatis ipsius conscientia, & (vt ego arbitror)
Deo, suscepi hoc munus, vt omnibus ingenij mei
viribus accusatores iustitiæ refutarim: nō vt con-
tra hos scriberem, qui paucis verbis obteri pote-
rāt, sed vt omnes, qui vbiq; idem operū efficiūt,
aut effecerunt, vno s. mei impetu prestigarem.
Non dubito enim, quin & alij plurimi, & mul-
tis in locis, & non modo Græcis sed etiam La-
tinis literis, monumentum iniustitiæ suæ struxe-
rint: quibus singulis quoniā respondere non pote-
ram, sic agendam mihi hanc causam putavi, vt
priors cum suis omnibus scriptis peruerterem,
& futuris omnem facultatem scribendi aut re-
spondendi amputarē: prabeant modo aures. Ef-
ficiam profectō, vt autemq; ista cognouerit, aut
suscipiat quod an: ē damnauit, aut quod est pro-
ximum,

A

ximum,

ximū, deridere aliquando desistat. Quamquam
 Tertulianus eandē causam plenē perorauerit in
 eo libro, cui Apologetico nomē est: tamē quoniam
 aliud est accusantibus respondere, quod in defen-
 sione, aut nēgatione sola positum est: aliud institu-
 tuere, quod nos facimus, in quo necesse est, doctri-
 na totius substantiam contineri: non defugī hūc
 timorem, ut implemē materiā, quam Cyprianus
 non est executus in ea oratione, qua Demetria-
 num) sicut ipse ait) oblatrantem, atq; obstrepen-
 tem veritati, redarguere conatur: quia materia
 non est vsus, ut debuit. Non enim scriptur, e testi-
 monijs, quam ille utiq; vanam, fictam, commen-
 titiam putabat, sed argumentis, & ratione fac-
 rat refellendus. Nam cum ageret contra homi-
 nem veritatis ignarum, dilatis paulisper divinis
 lectionibus, formare hunc à principio tanquam
 rudē debuit, etq; paulatim lucis principia mon-
 strare, ne toto lumine obiecto caligaret. Nam se-
 cut infans, solidi ac fortis cibi capere vim non
 potest, ob stomachi teneritudinē, sed liquore la-
 ctis, ac mollitudine alitur, donec firmatis viri-
 bus, vesci fortioribus possit: ita & huic oportebat,
 quia nondum capere poterat divina, prima
 humana testimonia offerri, id est, philosophorum
 & historicorum, ut suis potissimum refectere-
 tur autoribus. Quod quia ille non fecit, raptim
 ex multis eruditione diuinarum literarum, ut qd
 solis contentus esset, quibus fides constat: accessit
 Deo inspiratus, ut ego sic: rem, & simul, ut vid-
 ceter

ceteris ad imitandum pararem. At si hortatus
nostro docti homines, ac deserti huc se conferre
coeperint, & ingenia sua vimq; dicendi in hoc ve-
ritatis campo sactare maluerint, euanturas bre-
ui religiones falsas, & occasuram esse omnem
philosophiam, nemo dubitauerit: si fuerit omni-
bus persuasum, cum hanc solam religionem, tu
etiam & veram & solam esse sapientiam. Sed
euagatus sum longius, quam volebam.

De iustitia, primis seculis, & posterioribus.

CAP. V.

Nunc reddenda est de iustitia proposita di-
sputatio, que aut ipsa est summa virtus,
aut fons est ipsa virtutis: qua non modo philoso-
phi quaesierunt, sed poeta quoq; qui & priores
multo fiserunt, & ante natu philosophiam omne pro
sapientibus habebatur. Hi plane intellexerunt,
abesse hanc a rebus humanis, eamq; finxerunt
offensam vitis hominum, cessisse e terra, in ce-
lumq; migrasse: atq; ut doceant, quid sit iustitiam
uere (sicut enim precepta per ambages dare) a
Saturni temporibus, que illi vocant aurea, re-
petunt exempla iustitie, narrantq; in quo statu
fuerit humana vita, dum illa in terra moraretur.
Quod quidem non pro poetica fictione, sed pro
vero habendum est. Saturno enim regnate, non
dum deorum cultibus institutis, nec adhuc vlla
gente ad diuinitatis opinionem consecrata Deis
ritique colebatur. Et ideo non erant neq; dissen-
siones, neq; inimicitie, neq; bella:

A I

Nond

Nondum *vesanos rabies nudauerat enses,*
Vt Germanicus Caesar in Araseo loquitur car-
mine:

^{nota.} Nec consanguineis fuerat discordia* nota.
 Imò ne alienigenis quidem, sed neq; vlli omnium
 gladij, qui nudarentur, fuerunt. Quis enim pre-
 sente, ac rigente iustitia, aut de tutela sui, cum
 nemo insidiaretur, aut de pernicie alterius con-
 gitaret, cum nemo quicquam concupisceret?

Malebant tenui contenti viuere cuitu,
 Vt Cicero in suo ait Arato, quod est proprium
 nostræ religionis.

Ne signa requidem, ut partiri limite capum
 Fas erat, in medium querebant.-

Quippe cum Deus communem omnibus terram
 dedisset, ut communè degerent vitam, nõ ut ra-
 bidus, & furens auaritia sibi omnia vendicaret,
 nec vlli deesset, quod omnibus nasceretur. Quod
 poetæ dictũ sic accipi oportet, nõ ut existimemus
 nihil omnino tũ fuisse privati, sed more poetico
 figuratum: ut intellegamus, tam liberales fuisse
 homines, ut natae sibi fruges non includerent,
 nec se à absconditis incubarent, sed pauperes ad
 communem proprij laboris admitterent.

Flumina iã lactis, iam flumina nectaris ibãt.
 Nec mirum, cum promptuaria iustorum beni-
 guè paterent omnibus, nec auaritia interrupent
 beneficia diuina, famam, stemq; vulgo iaceret,
 sed omnes equi vider abundantem, cum habentes
 non habentibus largè, copioseq; donarent. Sed
 postq

postquam Saturnus à filio pulsus, in Latiumq;
delatus est,

Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis,
cùm iam populus vel noui regis metu, vel sua
ponte deprauatus, Deum colere desisset, re-
gemq; pro Deo habere cœpisset, cùm ipse prope-
modum parricida, exemplo cæteris esset ad vio-
landam pietatem:

Deseruit propterè terras iustissima virgo,
Sed non, ut ait Cicero,

Et Iouis in regno, celiq; in parte resedit.
Quomodo enim poterat in eius regno residere,
aut commorari, qui patrem regno expulit, bello
persecutus est, exulem toto orbe iactauit?

Ille malum virus serpentibus addidit atris,
Prædariq; lupos iussit. — id est, odium, & inui-
diam, & dolû hominibus iniecit, ut tam essent
quàm serpentes venenati: tam rapaces, quàm
lupi. Quod quidem verè faciunt ij, qui iustos, ac
fideles Deo persequuntur, dantq; iudicibus se-
uienti aduersus innoxios potestatem. Fortasse
aliquid eiusmodi Iupiter fecerit ad expugnan-
dam, tollendamq; iustitiam, & ideo cœsus
serpentes, ac lupos acuisse traditur:

Tum belli rabies, & amor successit habendi.
Neq; inmerito: sublata enim Dei religione, bo-
ni quoq; ac mali scientiâ perdidervnt. Sic homi-
nibus intercidit communitas vitæ, & dirruptum
est fœdus societatis humana. Tunc inter se ma-
nus cœferere cœperunt, & insidiari, & gloriam

sibi ex humano sanguine comparare.

De vitis temporum deprauatorum.

C A P. VI.

QVorum omnium malorum fons, cupiditas erat: quæ scilicet ex contemptu veri maiestatis erupit. Non tantum enim non participabât alijs quibus aliquid affluebat, sed aliena quoque rapiebant, in priuatum lucrum trahentes omnia: & quæ antea in usus hominum etiam singuli laborabant, in paucorum domos confrebat. Vt enim seruitio ceteros subiugarent, in primis necessaria vita subducere, et colligere cœperunt, eaq; firmiter conclusa seruare, vt beneficia caelestia facerent sua, non propter humanitatem, quæ nulla in ipsis erat, sed vt omnia cupiditatis, & auaritiæ instrumenta contraderet. Leges sibi etiã iustitiæ nomine munitas, iniquissimas, iniustissimasq; sanxerunt, quibus rapinas, & auaritiã suam contra vim multitudinis tueretur. Tantum igitur autoritate, quantum viribus, aut opibus, aut malitiis preualebant. Et quoniam nullum in his vestigium iustitiæ fuit, cuius officia sunt humanitas, equitas, misericordia: iam superba & tumida inaequalitate gaudebant, alioresq; se ceteris hominibus, satellitum comitatu, & ferro, & insigni veste faciebant. Hinc honores sibi & purpuras, et fiscoes inuenerunt, vt securium, gladiatorumq; terrore subnixi, quasi iure dominorum percussis ac pauperibus imperarent. In hac conditione hu-

manam

manam vitam rex ille constituit, qui debellato
 ac fugato parente, non regnum, sed impiam ty-
 rannidem vi, & hominibus armatis occupauit,
 & aureum illud, iustumque seculum sustulit,
 coegitq; homines, malos, & impios fieri, vel ex
 hoc ipso, quod eos auertit à Deo ad se adoran-
 dum: quod terror insolentissime potestatis ex-
 presserat. Quis enim non metueret eum, quem
 arma cingebant, quem ferri, & gladiatorum ful-
 gor insuetus circumdabat? Aut cui parceret alie-
 no, qui ne patri quidem suo pepercerat? Quem
 vero metueret, qui Titanum robustam, & ex-
 cellentem viribus gentem bello vicerat, occisione
 deleuerat? Quid mirum, si omnis multitudo, inso-
 lito metu pressa, in vnius adulationem concesser-
 rat? Hunc venerabantur, huic honorè maximè
 deferebant. Et quoniam mores, ac vitia regis
 imitari, genus obsequij indicatur, abiecerunt
 omnes pietatem, ne exprobrare regi scelus viderentur,
 si pie viueret. Sic assidua imitatione cor-
 rupti diuinum fas reliquerunt, et paulatim ma-
 le viuendi consuetudo, mos factus est. Nec iam
 quicquam ex antecedentis seculi pio atq; opti-
 mo statu remansit, sed explosa iustitia, & veri-
 tatem secum trahens, reliquit hominibus errorem,
 ignorantiam, cecitatem. Imprudentes igitur poe-
 ta, qui eam ad caelum confugisse cecinerunt, id
 est, ad Iouis regnum. Si enim seculo, quod vocant
 aureum, iustitia in terra fuit, à Ioue utiq; pulsa
 est, qui aureum seculum contaminauit. Seculi autem

commutatio & expulsio iustitiae, nihil aliud, ut dixi, quam desertio vere diuinae religionis pueritudo est, quae sola efficit; ut homo hominē charum habeat, eumq; sibi si aeternitatis vinculo sciat esse constrictum: siquidem pater idem omnibus Deus est, ut Des, patrisq; communis beneficium is, qui non habent, partiatur, nulli nocent, nullum premat, non fores claudat hospiti, non aurem precanti, sed sit largus, beneficus, liberalis, quas regis esse laudes Tullius existimauit. Haec est profecto iustitia, & hoc aureum seculum, quod Ioue regnante primū corruptum, mox & ipso & omni eius progenie consecratum, deorumq; multorum cultu suscepto, fuerat omne sublatum.

De Iesu aduentu, fructu, & virtute, & vitis.

C A P I T U L U M VII.

SED Deus, ut parens diligentissimus, appropinquante ultimo tempore, nuntium misit, qui verus illud seculum, fugatamq; iustitiam reduceret, ne humanū genus maximis, & perpetuis agitaretur erroribus. Rediit ergo species illius aurei temporis & reddita quidem terra, sed praeiis assignata iustitia est, quae nihil aliud est, quam Dei vnici pia ac religiosa cultura. Sed moueat aliquem fortasse, cur si haec sit iustitia, nō omni humano generi sit data, nec in eam multitudo vniuersa consenserit. Magnae hoc disputationis est, cur à Deo, cum iustissimam terra daret, sit retenta diuersitas: quod & alio loco declar

declaravi: & ubique opportune incidere,
 explicabitur. Nunc designare id breuissime sa-
 tis est. Virtutem aut cerni non posse, nisi habeat
 vitia contraria: aut non esse perfectam, nisi exer-
 ceatur aduersis. Hanc enim Deus bonorum ac
 malorum voluit esse distantiam, ut qualitatem
 boni ex malo sciamus, item mali ex bono: nec
 alterius ratio intelligi, sublato altero potest.
 Deus ergo iustitiam reducturus & non exclusit
 malum, ut ratio virtutis constare posset. Quo-
 modo enim patientia vim suam, nomenq; retine-
 ret, si nihil esset quod pati cogeremur? Quomodo
 laudē mereretur deuota Deo suo fides, nisi esset
 aliquis, qui à Deo vellet auertere? Nam & ideo
 potentiores esse iniustos permisit, ut cogere ad
 malum possent: ideo plures, ut virtus esset pre-
 tiosa, quod rara est. Quod quidem ipsum Quin-
 tilianus egregie, ac breuiter ostendit in capite
 obuoluto. Nā quæ. inquit, virtus esset innocētia,
 nisi laudem raritas dedisset? Verū quia natura
 sic comparati est, ut odium, cupiditas, ira, in id,
 quod incubuerint, agant cæcos, supra hominem
 videtur culpa vacare. Alioqui si natura pares
 omnibus affectus dedisset, pietas nihil erat. Hoc
 quàm verum sit, docet necessitas ipsa rationis.
 Si enim virtus est, malū ac vitij fortiter repu-
 gnare, apparet, sine malo & vitio nullam esse
 virtutē, quam Deus ut absolutam, perfectamq;
 redderet, retinuit id, quod erat ei contrarium,
 cum quo depugnare posset. Agitata enim malis

A § quari

quatientibus stabilitatem capit, & quanto frequentius impellitur, tanto firmiter roboratur. Hac nimirum causa efficit, ut quamuis sit hominibus missa iustitia, tamen aureum seculum non esse dicatur, quia malum non sustulit, ut retineret diuersitatem, que sacramentum diuine religionis continet sola.

De iustitia, & continentia, & veri Dei cultu.

C A P. VIII.

Qui ergo putant, iustum esse neminem, ante oculos habent iustitiam, sed eam nolunt cernere. Quid est enim, cur illam vel in carminibus, vel in omni sermone describant, conquirentes eius absentiam, cum sit facillimum, bonos esse si velint? Quid vobis inanē iustitiam depingitis, & optatis cadere de celo, tanquam in aliquo simulacro figuratam? Ecce in conspectu vestro est: suscipite (si potestis) eamque in domitio vestri pectoris collocare: nec difficile aut alienum à temporibus existimetis. Estote equi ac boni, & sequetur vos sua sponte iustitia, quæ queritis. Deponite omnē malam cogitationem de cordibus vestris, & statim tempus illud vobis aureum reuertetur: quod aliter consequi non potestis, quam si Deum verū colere cæperitis. Vos autem manente cultu deorum, iustitiam desideratis in terra, quod fieri nullo pacto potest. Sed ne tam quidem potuit, cum putatis: quia nondū natū deus istis, quos impiè colitis, necesse est vnus Dei cultum fuisse per terram, cuius scilicet qui

EXCEP

accratur malitiam, exigitq; bonitatem: cuius templum est, nō lapides, aut lutū, sed homo ipse, qui figuram Dei gerit. Quod tēplum non auro, & gemmarum donis corruptibilibus, sed aternis virtutum muneribus ornatur. Dicite igitur (si quid vobis reliquæ metis est) homines ideo malos, & iniustos esse, quia dū coluntur, & ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingrauescere, quia Deus mundi huius effector, & gubernator derelictus est: quia suscepta sunt, cōtra quān factus est, impie religiones: postremo, quia ne vel à paucis quidem coli Deum sinitis. Quod si solus Deus coleretur, non essent dissensiones et bella, cū scirent homines vnius se Dei filios esse, ideoq; diuinæ necessitudinis sacro & inuolabili vinculo copulatos: nulle fierent insidiæ, cū scirent cuiusmodi pœnas Deus animarum interfectoꝝ prepararet, qui clādestina scelera, & ipsas etiam cogitationes prauidet. Non essent fraudes, neque rapinæ, si Deo præcipiente didicissent & suo & paruo esse contenti, & fragilibus & caducis solida & aterna præferrent. Non essent adulteria, & supra, & mulierum prostitutiones, si esset omnibus notum damnari à Deo, quicquid appetitur ultra generandi cupiditatem. Nec feminā cogeret necessitas pudorem suum profanare, vt victum sibi obscœnissimum querat: cū & mares libidine contemnerent, et habentium pia & religiosa collatio non habentibus subueniret. Non essent igitur (vt dixi) hæc omnia

omnia in terris mala, si ab hominibus in legem Dei conspiraretur, si ab vniuersis fierent, quæ vnus noster populus operatur: quàm beatus esset, quàmquæ; autem humanarum rerum status, si per totum orbem mäsuetudo, & pietas, & pax, & innocentiæ, & equitas, & temerantia, & fides moraretur. Denique ad regendos homines, non opus esset tam multis, & tam varijs legibus, cum ad perfectam innocentiam, Dei lex vna sufficeret: neque carceribus, neque gladijs presidium, neque terrore pœnarum, cum præceptorum celestium salubritas, humanis pectoribus infusa, vltro ad iustitiæ opera homines erudiret. Nunc autem mali sunt ignoratione recti, ac boni. Quod quidem Cicero vidit: disputans enim de legibus, Sicut vna, inquit, eademquæ; natura, mūdus omnibus partibus inter se congruentibus coheret, ac nititur: sic omnes homines inter se natura confusi, prauitate dissentiunt, nec se intelligunt esse consanguineos, & subiectos omnes sub vnam, eandemquæ; tutelam: quod si teneretur, deorum profecto vitam homines virent. Vniuersa igitur mala, quibus humana gens seipsam inuicem conficit, iniustus, atque impius deorum cultus induxit. Nec enim poterat retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, ac rebelles liberi abnegassent.

De sceleribus impiorum, & Christianorum cruciatibus.

C A P. IX.

NONIUM

Nonnunquam tamē sentiunt, se malos esse,
 & veterum seculorum statum laudant,
 & de suis moribus, meritiq; coniectant, abesse
 iustitiam: quam obuersantem oculis suis nō tan-
 tum non suscipiunt, nec agnoscunt, verū etiam
 violenter oderunt, & persequuntur, & exter-
 minare conſedunt. Fingimus interim hanc non
 esse iustitiam, quam nos sequimur: quomodo si
 illa venerit, quam veram putā, eam recipient?
 qui laniant, & occidunt eos, quos & ipsi ſaten-
 tur imitatores esse iustorum, quia bona operen-
 tur & iusti: cū, si tantummodo malos occide-
 rent, digni essent, ad quos iustitia non veniret,
 cui nulla fuit alia causa linquendi terrā, quam
 humani cruoris effusio. Quanto magis, cū pius
 interficiant, & ipsos iustitie ſectatores pro ho-
 stibus ducant, imō verò plus quam pro hostibus?
 Quibus utiq; cū animas eorum, & opes, et li-
 beros ferro & igni appetant, tamen parcat
 vitia, & est locus inter arma clementie. Aut si
 adeo ſeuire placuit, nihil plus in eos fit, quam ut
 occidantur, vel in ſeruitutem abducantur. Hoc
 verò inchartabile est, quod fit aduersus eos, qui
 malifacere neſciunt. Et nulli nocentiores haben-
 tur, quam qui sunt ex omnibus innocentes. Au-
 dent igitur homines improbiſſimi, iustitie face-
 re mentionem, qui ſeras immanitate viuūt, qui
 placidiſſimū Deū gregem vaſtant, - lupi cū
 Raptores atra nū nebula, quos improba vētris
 Exigit cecos rabies. - Verū hos non retru, ſed
 cordis

*instru-
tus:

cordis rabies efferavit, nec atra in nebula, sed
 aperta pradatione grassantur: nec eos unquam
 conscientia scelerum revocat, ne sanctū ac pium
 nomen iustitię, ore illo violēt, quod cruore inno-
 centium, tanquam rictus bestiarū madet. Huius
 tanti, & tam pertinacis odiū quam potissimum
 causam esse dicemus? Vtrumne veritas odiū pa-
 rit, ut ait poëta, quasi divino spiritu *instinctus:
 an erubescūt corā bonis & iustis esse nequam?
 an potius utrūq;? Nā & veritas ideo semper in-
 uisa est, quod is, qui peccat, vult habere liberū
 peccandi locū, nec aliter se putat malefactorum
 voluptate securus perfui posse, quam si nemo
 sit, cui delicta non placeant. Ergo tāquam scele-
 rū, & malitię suę testes exstirpare funditus ni-
 tuntur, & tollere, grauesq; sibi putant, tāquam
 vitā eorū coarguatur. Cur enim sunt aliqui in-
 tempestiuē boni, qui corruptis moribus publici,
 conuictū bene viuēdo faciat? Cur non omnes sunt
 aequē mali, rapaces, impudici, adulteri, periuri,
 cupidi, fraudulēti? quin potius auferatur, quibus
 corā male viuere pudet, qui peccantiū frontem,
 & si non verbis, quia tacēt, tamen ipso vite ge-
 nere dissimili firiunt, & verberant. Castigare
 enim videtur, quicumq; dissentit. Nec est magno-
 pere mirandum, si aduersus homines ista fiunt,
 cūm aduersus ipsum Deum, propter eandē cau-
 sam, insurrexerit etiā populus in spe cōstitutus,
 nec Dei nescius: sequiturq; iustos eadem necessi-
 tas, que ipsum iustitię violantiū autorē. Vexant

ergo,

ergo, & exquisitis pœnarum generibus excruciant: parumq; habet interficere, quos oderunt, nisi etiam crudelitas corporibus illudat. Si qui autem doloris, vel mortis metu, vel sumpto perfidia, celeste sacramentum *deseruerint, et ad funesta sacrificia consenserint, eos laudant, & honoribus mactant, ut eorum exemplo ceteros illiciant. Qui autem magis estimauerint fidem, cultoresq; se Dei non abnegauerint, in eos totis carnicine sue viribus, veluti sanguinem sitiât, incumbunt, & desperatos vocant, quia corpori suo minime parcunt: quasi quicquam desperatius esse possit, quam torquere, ac dilaniare eum, quem satis feras esse innocetem. Ad eam nec pudor ullus apud eos superest, à quibus abest omnis humanitas: & retorquent in homines iustos conuicia sibi congruentia. Impios enim vocant ipsi scilicet pï, & ab humano sanguine abhorretes, cum si & actus suos considerent, & illorû, quos tanquam impios damnât, im intelligant, quam mendaces sint, & is omnibus, que aduersus bonos aut dicunt, aut faciunt, digniores. Non enim de nostro, sed ex illorû numero semper existunt, qui vias obsideant armati, maria prædentur: vel si palam grassari non lident, venena clam temperent, qui uxores necent, ut dotes earû lucrentur: aut maritos, ut adultaris nubantur: varios ex se pueros aut strangulent, aut si nimis pï fuerint, exprimentur libidines incestas nec à fratre, nec à sorore, nec à matre, nec à sacerdote contineant:

qui

* deservunt.

qui aduersus ciues suos, patriamq; coniuvent, qui nec culeum metuant, qui deniq; sacrilegis committant, & deorum, quos colunt, templa dissipant: & ut que leuia sunt, atque vilitata dicuntur, qui hereditates capient, testamenta supponant, iustos heredes vel auferant, vel excludat, qui corpora sua libidinibus prostituunt, qui denique inmemores, quid nati sint cum feminis patientia certent, qui sanctissimam quoque corporis sui partem contra fas omne polluant ac profanent, qui virilia sua ferro metant: & quod est sceleratius, ut sint religionis custodites, qui ne vita quidem sua parcant, sed extinguendas publice animas suas vendant, qui, si iudices sedeant, aut immeritos perdant mercede corrupti, aut noxios impune dimittant: qui celum quoq; ipsum beneficis appetant, tanquam illorum malitiam terra non capiat. Hec, inquam, & his plura scelera utique ab iis sunt, qui deos colunt. Quis inter haec tot ac tanta, iustitiae locus est? Et ego de multis pauca collegi, non ut arguerem, sed ut ostenderem. Qui volent scire omnia, Senecae libros in manum sumant, qui morum, vitiorumq; publicorum & descriptor verissimus, & accusator acerrimus fuit. Sed & Lucretius tenebrosam istam vitam circumscripte, breuiterq; depinxit his versibus:

Nunc vero a mane ad noctem, festo atq; profesto
Totum item pariterq; die, populusq;, patrisq;
Iactant, induforti se omnes, decedere nusquam.

Vni

Vni se, atq; eidem studio omnes dedere, et arti,
 Verba dare vt cautè possint, pugnare, dolosè
 Blandiri, certare, bonum simulare virum se,
 Insidias facere, vt si hostes sint omnibus omnes.
 Nostro autem populo quid horum potest obijci,
 cuius omnis religio est, sine scelere, ac sine macu-
 la viuere? Cùm igitur videant se ac suos ea, que
 diximus, gerere, nostros autem nihil aliud ope-
 rari, nisi æquum, et bonum, poterant (si quid sa-
 perent) ex hoc intelligere, & illos, qui bonum fa-
 ciunt, pios esse, & se impios, qui nefanda com-
 mittunt. Neque enim fieri potest, vt qui in omni-
 bus vitæ suæ actibus non errant, in ipsa summa
 errent, hoc est, in religione, qua rerum omnium
 caput est. Impietas enim suscepta in eo, quod est
 summum, per cetera vniuersa sequeretur. Æ-
 què fieri non potest, vt ipsi, qui errant in omni
 vita, non etiam in religione fallantur: quoniam
 pietas in summo regulam tenens, tenorem suum
 seruat in ceteris. Ita fit vt in vtraque parte de
 conditione rerum, que geruntur, qualis sit sum-
 ma ipsa noscatur.

De falsa pietate, & de falsa & vera religione:

C A P. X.

Operpretium est, cognoscere illorum pieta-
 tem, vt ex ijs, que clementer ac pie fa-
 ciunt, possit intelligi, qualia sint, que ab his con-
 tra iura pietatis geruntur. Ac ne quem videat
 inclementer* incesse, aliquam mihi personam argueret,
 porticam sumam, qua sis vel maximam pietatis

B. ex em.

exemplum Apud Maronem rex ille,

- Quo iustior alter

Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis:

præbuit? *Quæ nobis documenta iustitiæ protulit?*

Vinxerat & post terga manus, quos mit-
teret umbris,

Inferias caeso sparsurus sanguine flammis.
Quid potest esse hac pietate dementius, quam
mortuis humanas victimas immolare, & ignem
cruore hominum, tanquam oleo pascere? Sed
fortasse hoc non ipsius vitium fuerit, sed poëtae,
qui insignem pietate virum, insigni scelere scân-
daverit. Vbi est igitur, ô poëta, pietas illa quam
sepissimè laudas?

Ecce pius Aeneas

- Salmone creatos

Quattuor hic iuvenes, totidem quos educat
Vphens,

Viventes rapit inferias, quos immolet umbris,

Captivosq; rogi persundet sanguine flammis.

Cur ergo dicebat eodem ipso tempore, quo vin-
ctos ipsos homines ad immolationem mittebat:
Equidem & viuis concedere vellem, cum viuis
quos habebat in potestate, vice pecudum iube-
ret occidi? Sed hæc (ut dixi) culpa non illius fuit,
qui literas fortasse nõ didicerat, sed tua, qui, cum
esses eruditus, ignorasti tamè quid esset pietas, ac
illud ipsum, quod nefarie, quod detestabiliter fe-
cit, pietatis esse officium credidisti: videlicet ob
hoc unum pius vocatur, quia patrem dilexit.

Quid

Quid quod pius Aeneas haud aspernanda pre-
 cantei trucidauit? Adiuratus enim per eundem
 patrem, & per spes surgentis Iuli, nequaquam
 pepercit, furis accensus, & ira. Quisquamne igitur
 hunc putet aliquid in se virtutis habuisse,
 qui & furore, tanquam stipula, exarserit, &
 manium patris, per quæ rogabatur, oblitus, iram
 frenare nequiverit? Nullo igitur modo pius, qui
 non tantum non repugnantes, sed etiam precau-
 tes interemit. Dicit hic aliquis, Que ergo, aut
 ubi, aut qualis est pietas? Nimirum apud eos,
 qui bella nesciunt, qui concordiam cum omnibus
 seruant, qui amici sunt etiam inimicis, qui
 omnes homines pro fratribus diligunt, qui cohi-
 bere iram sciunt, omnemque animi furorem tran-
 quilla moderatione lenire. Quanta igitur caligo,
 quanta tenebrarum, & errorum nubes, homi-
 num pectora obduxit, qui cum se maxime pios
 putant, tum maxime sunt impij. Quanto enim
 religiosius terrenis istis simulacris inserviunt,
 tanto magis scelerati aduersus nomen vere di-
 uinitatis existunt. Itaque pro merito impietatis
 suæ grauioribus malis sepe vexantur, quorum
 causam quia nesciunt, Fortune culpa omnia ad-
 scribitur: & locum inuenit Epicuri philosophia,
 nihil ad Deos pertinere censentis, nec gratia eos
 tangi, nec ira moueri: quia & contemptores eo-
 rum sepe videant beatos, & cultores sepe misero-
 ros. Quod eò fit, quia cum religiosi videntur, et
 natura boni, nihil tale creduntur mereri, quale

sape patiuntur. Consolatur se tamen accusazione fortuna, nec sentiunt, quod si esset vlla, cultoribus suis nunquam noceret. Merito igitur huiusmodi pietatem poena consequitur, & offensa diuinitas scelere hominum prauè religiosorum, graui eos infortunio mactat, qui licet sanctis moribus viuunt, in summa fide atque innocentia: tamen quia Deos colunt, quorum ritus impios, ac profanos Deus verus odio habet, à iustitia, et à nomine vera pietatis alieni sunt. Nec est difficile dicere, cur Deorum cultores, iusti & boni esse non possint. Quomodo enim sanguine abstinerebunt, qui colunt cruentos Deos, Martem, atque Bellanam? Quomodo aut parentibus parcent, qui expulsorem patris sui Iouem, aut natu ex se infantibus, qui colunt Saturnum? Quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt deam nudam, et adulteram, & quasi apud Deos prostitutam? Quomodo se à rapinis & fraudibus abstinerebunt, qui Mercurij furta nouerunt, docētis, non fraudis esse decipere, sed astutiae? Quomodo libidines coerebunt, qui Iouem, Herculem, Liberum, Apollinem, ceterosq; venerantur, quorum adulteria, & supra in mares & scēminas non tantum doctis nota sunt, sed exprimuntur etiam in theatris, atq; cantantur, ut sint omnibus notiora? Possuntne inter hæc iusti esse homines, qui etiam si natura sint boni, ab ipsis tamen Dijs erudiantur ad iniustitiam? Ad placandum enim Deum, quem colas, ijs rebus opus est, quibus illum gaudere ac

del. Et

delectari scias. Sic fit, ut vitam colentium, Deus pro qualitate nominis sui formet, quoniam religiosissimus est cultus, imitari.

De crudelitate aduersus Christianos.

CAP. XI.

Igitur homines, qui Deorum suorum moribus incongruunt, quia grauem habent acerbamq; iustitiã, eandẽ impietate suam, qua in ceteris rebus utuntur, aduersus iustos violenter exercent. Nec immeritò à prophetis bestie nominantur. Præclare itaque M. Tullius: Etenim si nemo est, inquit, qui a mori malit, quàm conuerti in aliquam figurã bestie, quãuis hominis sit mētẽ habiturus: quãto est miserius, in hominis figura animo esse efferato? mihi quidem tãto videtur, quanto præstabilior animus corpore. Aspernantur itaq; corpora belluarum, quibus sunt ipsi seniores, sibiq; adedò placent, quòd homines nati sunt, quorũ nihil, nisi lineamenta, et summam figuram gerunt. Nã quis Caucasus, que India, que Hircania tam immanes, eã sanguinarias unquã bestias aluit? Quoniam ferarum omnium rabies usque ad ventris satietatem furit, fameq; sedata protinus conquiescit. Illa est vera bestia, cuius vnica iussione

Funditur ater vbiq; cruor, crudeli vbiq;

Luctus, vbiq; pavor, et plurima mortis imago.

Nemo huius tantæ belluæ inhumanitatem potest pro merito describere: que vno loco recubans, tamen per totum orbem ferreis dentibus sauit, & non tantũ artus hominum dissipat, sed &

B 3 ossa

ossa ipsa comminuit, & in cineres firit, ne quis
 extet sepulturae locus. Quasi verò id affeclet, qui
 Deum confitentur, ut ad eorum sepulcra venia-
 tur, ac non ut ipsi ad Deum perveniant. Quae-
 nam illa feritas, quae rabies, quae insania est, lu-
 cem vivis, terram mortuis aeneasse? Dico igitur,
 nihil esse ijs hominibus miserius, quos mini-
 stros furoris alieni, quos satellites impiae iustitiae
 necessitas aut invenit, aut fecit. Non enim honor
 ille, aut proelectio dignitatis fuit, sed hominis da-
 mnatio ad carnificinam, Dei verò ad poenam
 sempiternam. Quae autem per totum orbem sin-
 guli gesserint, enarrare impossibile est. Quis
 enim voluminum numerus capiet tam infinita,
 tam varia genera crudelitatum? Accepta enim
 potestate pro suis moribus quisque sensit. Alij
 pra nimia timiditate plus ausi sunt, quam iube-
 bantur. Alij suo proprio adversus iustos odio,
 quidam naturali mentis feritate: nonnulli ut pla-
 cerent, & hoc officio viam sibi ad altiora muni-
 rent: aliqui ad occidendum precipites extiterunt,
 *^{cx} sicut vnus * in Phrygia, qui uniuersum populum
 cum ipso pariter conuenticulo concremavit. Sed
 hic quanto sauior, tanto clementior inuenitur. Il-
 lud verò pessimum genus est, cui clementiae spe-
 cies falsa blanditur: Ille grauior, ille sauior est
 carnifex, qui neminem statuit occidere. Itaq; dici
 non potest, huiusmodi indices quanta, & quam
 grauia tormentorum genera excogitauerint, ut
 ad effectum propositi sui pervenirent. Haec autem

non tantum ideo faciunt, ut gloriari possint, nul-
 lum se innocentium peremisse (nam & ipse au-
 duit aliquos gloriantes, quod administratio sua,
 in hac parte, fuerit incruenta) sed & inuidie
 causa, ne aut ipsi vincantur, aut illi virtutis sine
 gloriam consequantur. Itaque in excoquendis pœ-
 narum generibus, nihil aliud, quam victoriam
 cogitant. Sciunt enim, certamen esse illud, & pu-
 gnam. Vidi ego in Bithynia, præsidem gaudio mi-
 rabiliter elatum, tanquam Barbarorum gentem
 aliquam subegisset, quod vnus, qui per biennium
 magna virtute resisterat, postremo cedere iussus
 esset. Contendant igitur, ut vincant, & exquisi-
 tos dolores corporibus inmittunt, & nihil aliud
 deuitant, quam ut ne torti moriantur. Quasi ve-
 ro mors tantummodo beatos faciat, ac non etiam
 tormenta, quanto fuerint grauiora, tanto maio-
 rem virtutis gloriam pariat. Illi autem pertinacè
 stultitia inibent curam tortis diligenter adhibe-
 ri, ut ad alios cruciatus membra renouentur, &
 repararetur nouus sanguis ad pœnam. Quid tam
 pium, tam beneficum, tam humanum fieri potest?
 non curassent tam sollicitè, quos amarent. Hac est
 Deorum disciplina. Ad hæc opera cultores suos
 erudiunt, hæc sacra desiderant. Quinetiam scele-
 ratissimi homicide contra pios inra impia con-
 diderunt: nam & constitutiones sacrilegæ, &
 disputationes Iurisperitorum leguntur iniuste.
 Domitius de officio Proconsulis, libro septimo
 escripta principum nefaria collegit, ut doceret,

quibus pœnis affici oporteret eos, qui se cultores
Dei confiterentur.

De veritate Virtutis, & existimatione.

CAP. XII.

Quid iis facias, qui ius vocant carnificinas
veterum tyrannorum aduersus innocentes
vabide seuentium? Et cum sint iniustitia, crude-
litasq; doctores, iustos se esse tamen, ac pruden-
tes videri volunt, cæci, & hebetes, & rerum &
veritatis ignari. Adeone vobis, o perdita men-
tes, inuisa iustitia est, vt eam summis sceleribus
adequetis? Adeone apud vos perit innocētia, vt
ne morte quidem simplici dignam inducētis? Sed
supra omnia facinora habeatur, nullum facinus
admittere, peccatūq; purum ab omni sceleris con-
tagione prestare. Et quoniam communiter cum
Deorum cultoribus loquimur, liceat per^{vos} be-
ne facere^{vobiscum}. Hæc est enim lex nostra, hoc
opus, hæc religio. Si vobis sapientes videmur,
imitamini: Si stulti, contemnite, aut etiam ride-
re, si libet: nobis enim stultitia nostra prodest.
Quid laceratis? quid affligitis? non inuidemus sa-
pientia vestra. Hanc stultitiam malumus, hanc
amplectimur. Hoc nobis credimus expedire, vt
vos diligamus, & in vos ipsos, qui odistis, omnis
conferamus. Est apud Ciceronem non abhorrens
à vero locus, in ea disputatione, quæ habetur à
Furio contra iniustitiam: Quero, inquit, si duo sint,
quorum alter optimus vir, æquissimus, summa
iustitia, singulari fide, alter insigni scelere, & au-
dacia,

*audacia, & si in eo sit errore ciuitas, vt bonum illum virum, sceleratum, facinorosum, uefarium putet: contra autem, qui sit improbissimus, existimet esse summa probitate ac fide: proq; hac opinione omnium ciuium, bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique auferantur, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, vratur, exterminetur, egeat, postremò iure etiam optimo omnibus miserimus esse videatur, contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur, honores ad eum omnes, omnia impetia, omnes opes, omnes denique copie, conferantur, vir denique optimus omnium existimatione, & dignissimus omni fortuna iudicetur: quis tandem erit tam demens, qui dubitet, vtrum se esse malit? Profectò quasi diuinaret, que nobis mala, & quomodo ventura essent propter iustitiam, hoc posuit exemplum. Hac enim populus noster patitur omnia, errantium prauitate. Ecce in eo est errore ciuitas, vel potius orbis ipse totus, vt bonos & iustos viros tanquam malos & impios persequatur, excruciet, damnet, occidat. Nam quod ait, neminem esse tam dementem, qui dubitet vtrum se esse malit: ille quidem, vt is, qui contra iustitiam differebat, hoc sensit, malle sapientem malum esse cum bona existimatione, quàm bonum cum mala. A nobis autem absit hæc amentia, vt falsum vero anteponamus. An boni nostri qualitas ex populi positus pendebit erroribus, quàm ex conscientia
 B § nostra,*

nostra, & iudicio Dei? Aut aliqua nos felicitas
 eliciet unquam, ut non potius veram bonitatem
 cum omni malo, quam falsam cum omni prospe-
 ritate malimus? Sua sibi habeant regna reges,
 suas diuitias diuites, (ut loquitur Plautus) suam
 verò prudentiam prudentes, relinquant nobis
 stultitiam nostram: quam vel ex hoc apparet
 esse sapientiam, quòd eam nobis invident. Quis
 enim stulto inuideat, nisi qui ipse sit stultissimus?
 Illi autem non sunt adeò stulti, ut stultis inui-
 deant: sed ex eo, quod accuratè, quod sollicitè per-
 sequantur, stultos non esse concedunt: cur enim
 tam crudeliter seuiant, nisi quia metuant, ne in-

*parteo- dies inualecente iustitia, cum Djs suis * curiosis
 fit, quos relinquantur? Si ergo cultores Deorum sapien-
 Narino- tes sunt, & nos stulti, quid metuant ne sapientes
 fos appel- illiciantur à stultis?

lat, quòd De Christianorum incrementis, & suppliciis
 odoribus

CAP. XIII.

thuris co-
 lantur.

CVm autem noster numerus semper de Deo-
 rum cultoribus augeatur, nunquam verò,
 ne in ipsa quidem persecutione, minuat (quo-
 niam peccare homines, & inquinari sacrificiis
 possunt, auerti autem non possunt à Deo: valet
 enim vi sua veritas) qui est tam excors, tamq;
 cæcus, qui non videat, in vera sit patre sapientia?
 Sed illi malitia, & furore cacantur, ne videant:
 stultosq; arbitrantur esse, qui cum habeat in sua
 potestate supplicia viare, cruciari tamè & emo-
 ri malunt, cum possint ex eo ipso peruidere, non

esse stultitiam, in quam tãta hominum millia,
 per orbem totũ, vna, & pari mente consentiant.
 Si enim femina sexus infirmitate labuntur (nã
 interdum isti muliebrem & anilem supersti-
 tionem vocant) viri certè sapiunt. Si pueri, se
 adolescentes improvidi sunt per etatem, maturi
 certè, ac senes habent stabile iudicium. Si vna
 ciuitas desipuerit, cetera, vtiq; innumerabiles,
 stulte esse non possunt. Si vna prouincia, vna
 natio providentia caret, ceteras omnes habere
 intelligentiam recti, necesse est. Cũ verò ab or-
 tu solis vsq; ad occasum lex diuina suscepta sit,
 & omnis sexus, omnis etas, & gens, & regio
 vniti ac paribus animi Deo seruiat, eadem sit
 vbiq; patientia, idem contemptus mortis: intelli-
 gere debuerant, aliquid in ea re esse rationis,
 quod non sine causa vsque ad mortem defendan-
 tur aliquid fundamenti, ac soliditatis, quod eam
 religionem non tantũ iniurijs, & vexatione
 non soluat, sed augeat semper, & faciat firmio-
 rem. Nam & in hoc quoq; illorum malitia con-
 vincitur, qui euertisse se funditus religionẽ Dei
 opinãtur, si homines inquinauerint, cum & Deo
 satisfacere liceat, & nullus sit tam malus Dei
 cultor, qui data facultate, ad placandum Deum
 non reuertatur, & quidem deuotione maiori.
 Peccati enim conscientia, & metus pœnæ reli-
 giosorem facit: & semper multo firmior est fi-
 des, quam reponit pœnitentia. Si ergo ipsi, cùm
 Deos suos arbitrantur iratos, tamẽ donis, & sa-
 crificis

crificijs, et odoribus placari eos credunt: quid est
 tandem, cur Deum nostrum tam inimicem, tam
 implacabilem putent, ut videatur is iam Christia-
 nus esse non posse, qui Dñs eorum coactus, iniu-
 rusq; libauerit? nisi si forte contaminatos semel
 animos ita putant posse transferri, ut sua sponte
 iam facere incipiant, quod per tormenta fecerunt.
 Quis id officium libens obeat, quod ab iniuria cœ-
 pit? Quis cum videat laterum suorum cicatrices, nō
 magis oderit deos, propter quos eterna poenarum
 insignia, et impressas visceribus suis notas gesserit?
 Ita fit, ut data diuinitus pace, & qui fuerint a-
 uersi redeant, & alius propter miraculum vir-
 eatis nouus populus accedat. Nam cum videat
 vulgus dilacerari homines varijs tormentorum
 generibus, & inter fatigatos carnifices inuicem
 tenere patientiam, existimant id, quod res est,
 nec consensum tam multorum, nec perseueran-
 tiam morientium vanam esse, nec ipsam pacien-
 tiam sine Deo cruciatus tantos posse superare.
 Latrones, & robusti corporis viri eiusmodi la-
 cerationes perferre nequeunt, exclamant, & ge-
 mitus edunt, vincuntur enim dolore, quia deest
 illis inspirata patientia. Nostri autem (ut de vi-
 ris taceam) pueri, & muliercule, tortores suos
 taciti vincunt, & expromere illis gemitum nec
 ignis potest. Eant Romani, & Mutio gloriantur,
 aut Regulo: quorum alter necandum se hostibus
 tradidit, quod captiuum puduit vivere: alter ab
 hostibus deprehensus, cum videret mortem se vi-
 tare

vare non posse, manum foco iniecit, ut pro facinore suo satisfaceret hosti, quem voluit occidere. eaq; pœna veniam, quam nō meruerat, accepit. Ecce sexus infirmus, & fragilis atas dilacerari se toto corpore, vtiq; perpetitur, nō necessitate, quia licet vitare si vellent, sed voluntate, quia confidunt in Deo.

De Christianorum fortitudine.

CAP. XIII.

HÆc est vera virtus, quam philosophi queque gloriabundi, non re, sed verbis manibus iactant, differentes, nihil esse tam congruens viri sapientis gravitati, atq; constantie, quam nullis terroribus de sententia proposito posse depelli: sed tanti esse, cruciari, & emori, ne fidem prodar, ne ab officio discedat, ne metae mortis, aut dolore acerbo subactus, aliquid faciat iniustum: nisi forte delirare illis videtur. Flaccus in Lyricis, cum dicit:

Iustum, & tenacem propositi virum,
 Non civium ardor prava iubentium,
 Non vultus instantis tyranni
 Mente quatit solida.

Quo nihil verius dici potest, si hoc ad eos referatur, qui nullos cruciatus, nullam mortem recusant, ne à fide, iustitiaq; declinent: qui nō tyrannicas iniusiones, non præsidum gladios tremunt, quo minus veram, & solidam libertatem constanti mente defendant, quæ in hoc solo tuenda sapientia est. Quis enim tam insolens, tam elatus est,

est, qui me vetet oculos in celum tollere? Quis imponat mihi necessitatem vel colendi quod nolim, vel quod velim, non colendi? Quid iam nobis viterius relinquatur, si etiam hoc, quod voluntate fieri oportet, libido extorquet aliena? Nemo istud efficiet, si quid nobis ad contemnendam mortem, doloremque virtutis est. Quam constantiam sitenemus, cur stulti iudicamur, facientes ea, que philosophi laudant? Recte igitur Seneca, incongruentiam hominibus obiectans, ait: Summa virtus illis videtur magnus animus. Et videm eum, qui contemnit mortem, pro furioso habent, quod est utique summe peruersitatis. Sed quod vana-rum religionum cultores, eadem stultitia id obijciunt, qua verum Deum non intelligunt, quos Sibylla Erythraea κωφους, καὶ ἀνοήτους vocat, surdos scilicet, et excordes, qui nec audiant diuina, nec sentiant, sed terram digitis sui imaginatam metuant, et adorent.

De stultitia, sapientia, pietate, et iustitia.

CAP. XV.

Qua vero causa sit, ut eos, qui sapientes sunt, stultos putent, magna ratio est, nec enim frustra falluntur. Qua nobis diligenter est explicanda, ut errores suos tandem (si fieri possit) ignoscant. Iustitia, suapte natura, speciem quandam stultitiae habet, quod ego et diuinis, et humanis testimoniis confirmare possum. Sed nihil fortasse apud istos agemus, nisi eos de suis doceamus autoribus, non posse quenquam iustum esse,

esse, quod est coniunctum cum vera sapientia, nisi idem stultus esse videatur. Carneades, Academicæ sectæ philosophus, cuius in differendo quævis fuerit, quæ eloquentia, quod acumen, quæ nescit, is ex predicatione Ciceronis intelliget, aut Lucili, apud quem differens Neptunus de re difficillima, ostendit non posse id explicari, nec si Carneadem ipsum Orcus remittat: Is, cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputavit de iustitia copiose, audiente Galba, et Catone Censorio, maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postredie, contraria disputatione subvertit, et iustitiam, quam pridie laudauerat, sustulit, non quidem philosophi gravitate, cuius firma et stabilis debet esse sententia, sed quasi oratorio exercitii genere, in utranque partem differendi. Quod ille facere solebat, ut alios quodlibet asserentes posset refutare. Eâ disputationem, qua iustitia evertitur, apud Ciceronem L. Furium recordatur. Credo, quoniam de Republica differebat, ut defensionem, laudationemque eius induceret, sine qua putabat regem non posse Rempublicam. Carneades autem, ut Aristotelem refelleret, ac Platonem, iustitiæ patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia, quæ pro iustitia dicebantur, ut posset illa, sicut fecit, evertere. Erat enim facillimum, iustitiam radices non habentem labefactare, ut diceret inani ter laborari, quia tum nulla in terra fuit, ut, quid esset, aut qualis, à philosophis cerneretur. ^{*dicere-}
Atque ^{tur.}

Atq; utinam tot, ac tales viri quantum eloquentia, quantum animi, tantum scientie ad implendam defensione summa virtutis habuissent, cuius origo in religione, ratio in equitate est. Sed ij, qui primam illam partem nescierunt, ne secundam quidem tenere potuerunt. Volo autem prius circumscripte, ac breuiter, quid sit, ostendere, vt intelligatur, philosophos ignorasse iustitiam, nec id, quod minime nouerant, potuisse defendere. Iustitia quamuis omnes simul virtutes amplectatur, tamen due sunt omnium principales, que ab illa diuelli separariq; non possunt, pietas, & equitas. Nam fides, temperantia, probitas, innocentia, integritas, & cetera huiusmodi, vel natura, vel institutis parentum, possunt esse in ijs hominibus, qui iustitiam nesciant, sicuti semper fuerunt. Nam Romani veteres, qui iustitia gloriari solebant, ijs utiq; virtutibus gloriabantur, que (vt dixi) proficisci a iustitia possunt, & ab ipso fonte fecerunt. Pietas vero, & equitas, quasi vena sunt eius: his enim duobus fontibus constat tota iustitia. Sed caput eius, & origo in illo primo est, in secundo vis omnis, ac ratio. Pietas autem nihil aliud est, quam Dei notio, sicut Trismegistus verissime definiuit, vt alio loco diximus. Si ergo pietas est, cognoscere Deam, cuius cognitionis hac summa est, vt eum colas: ignorat utiq; iustitiam, qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim potest eam nosse, qui vnde oriatur ignorat? Plato quidem multa de vno Deo

locut

* nescierunt.

* fuerunt. Nam Romani veteres, qui iustitia gloriari solebant, ijs utiq; virtutibus gloriabantur, que (vt dixi) proficisci a iustitia possunt, & ab ipso fonte fecerunt. Pietas vero, & equitas, quasi vena sunt eius: his enim duobus fontibus constat tota iustitia. Sed caput eius, & origo in illo primo est, in secundo vis omnis, ac ratio. Pietas autem nihil aliud est, quam Dei notio, sicut Trismegistus verissime definiuit, vt alio loco diximus. Si ergo pietas est, cognoscere Deam, cuius cognitionis hac summa est, vt eum colas: ignorat utiq; iustitiam, qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim potest eam nosse, qui vnde oriatur ignorat? Plato quidem multa de vno Deo

locutus est, à quo ait constitutum esse mundum:
 sed nihil de religione somnauerat enim Deum,
 nō cognouerat. Quòd si iustitie defensionem vel
 ipse, vel quilibet alius implere voluisset, in pri-
 mis deorū religiones euertere debuit, quia con-
 trarie sunt pietati. Quod quidem Socrates quia
 facere tentauit, in carcerem cōiectus est, ut iam
 tunc appareret, quid esset futurū ijs hominibus,
 qui iustitiam veram defendero, Deoq; singulari
 seruire cōpissent. Altera igitur iustitie pars est
 equitas, equitatem dico non utiq; bene iudican-
 di, quod & ipsum laudabile est in homine iusto:
 sed se cum ceteris coequandi, quā Cicero equa-
 bilitatē vocat. Deus enim, qui homines generat
 et inspirat, omnes equos, id est, parces esse voluit,
 eandem conditionem viuendi omnibus posuit,
 omnes ad sapientiā genuit, omnibus immortalit-
 atē spononit: nemo enim à beneficij eius ce-
 lestibus segregatur. Nam sicut omnibus vnicum
 suum lumen equaliter diuidit, emittit omnibus
 fontes, victū subministrat, quietē somni dulcis-
 simam tribuit: sic omnibus equitatē, virtutemq;
 largitur. Nemo apud eum seruus est, nemo do-
 minus. Si enim cunctis idem pater est, a quo iure
 omnes liberi sumus. Nemo Deo pauper est, nisi
 qui iustitia indiget: nemo diues, nisi qui virtuti-
 bus plenus est: nemo deniq; egregius, nisi qui bo-
 nus, & innocēs fuerit: nemo clarissimus, nisi qui
 opta misericordie largiter fecerit: nemo perfe-
 ctissimus, nisi qui omnes gradus virtutis imple-
 uerit.

merit. Quare neq; Romani, neq; Greci iustitiam tenere potuerūt, quia dispares multis gradibus homines habuerant, à pauperibus ad diuites, ab humilibus ad potentes, à priuatis deniq; usq; ad regum sublimissimas potestates. Vbi enim non sunt vniuersi pares, equitas non est, & excludit inequalitas ipsa iustitiam, cuius vis omni in eo est, vt pares faciat omnes eos, qui ad huius vite conditionem pari sorte venerunt.

De officijs viri iusti. CAP. XVI.

DVobis igitur illis iustitie fontibus immunitatis, omnis virtus, & omnis veritas tollitur, & ipsa iustitia remigrat in caelum. Ideo non est verū illud bonū à philosophis repertū: quia ignorabant vel vnde oriretur, vel quid efficeret: quod nullis alijs, præterquā nostro populo, reuelatum est. Dicit aliquis: Nōne sunt apud vos alij pauperes, alij diuites, alij serui, alij domini? nōne inter singulos aliquid interest? Nihil, nec alia causa est, cur nobis inuicem fratrum nomē impertiamur, nisi quia pares esse nos credimus. Nā cum omnia humana nō corpore, sed spiritu metiamur, tamen si corporum sit diuersa cōditio, nobis tamē serui non sunt, sed eos & habemus & dicimus spiritu fratres, religione conseruos. Diuitie quoq; non faciunt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariores. Diuites sunt enim non qui diuitias habēt, sed qui vtuntur illis ad opera iustitie. Et qui pauperes videtur, eo tamen diuites sunt, quia & non egēt, &

nihil concupiscunt. Cùm igitur & liberi seruis,
 & diuites pauperibus, humilitate animi pares
 finus, apud Deum tamen virtute discernimur.
 Et tanto quisq; sublimior est, quanto iustior. Si
 enim iustitia est, parem se etiam minoribus fa-
 cere, quanquam hoc ipso præcellat, quòd se inf-
 rioribus coequauit: tamen si non tantum quasi
 parem, sed etiã quasi minorem se gesserit, utiq;
 multo altiore dignitatis gradum, Deo iudice,
 consequetur. Nam profecto in hac vita secula-
 ri, quoniam breuia, & caduca sunt omnia, &
 preferunt se alteris homines, & de dignitate
 contendunt, quo nihil sanctius, nihil arrogantius,
 nihil à sapientis ratione semotius. Rebus enim
 celestibus contraria sunt ista vniuersa terrena.
 Sicut enim sapientia hominum, summa stulti-
 tia est apud Deum, stultitia autem (vt docui)
 summa sapientia est: sic Deo humilis, & abie-
 ctus est, qui fuerit conspicuus, & sublimis in
 terra: nam vt tacitam, quòd hec presentia ter-
 re bona, quibus magnus honos tribuitur, vir-
 tuti contraria sunt, & vigorem mentis ener-
 uant: que tandem potest firma esse nobilitas,
 que opes, que potentia, cum possit Deus reges
 quoq; ipsos, inferiores etiam infimis facere? Et
 ideo consulens nobis Deus, inter diuina præce-
 pta illud præcipuè posuit: Qui se extollit, humi-
 liabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Cuius
 præcepti salubritas docet, quòd qui se apud ho-
 mines planum fecerit, humilemq; præbuerit, hic

apud Deum precellens, & insignis habeatur. Nec enim falsa est illa sententia, quae apud Euripidem fertur in hunc modum: Quae hinc mala partantur, haec sunt in caelo bona.

De Christ anorum aequitate, sapientia, & stultitia.

CAP. XVII.

EXposui causam, cur philosophi nec inuenire iustitiam, nec defendere potuerunt. Nunc redeo ad id quod intenderam. Cur neades ergo, quoniam erant infirma quae à philosophis afferrebantur, sumpsit audaciam refellendi: quia refelli posse intellexit. Eius disputationis summa haec fuit: Iura sibi homines pro utilitate sancisse, scilicet varia pro moribus, & apud eosdem pro temporibus saepe mutata, ius autem naturale nullum esse. Omnes & homines, & alias animantes ad utilitates suas natura ducente ferri, proinde aut nullam esse iustitiam: aut, si sit aliqua, summam esse stultitiam, quoniam sibi noceret, alienis commodis consulens. Et inferebat haec argumenta: Omnibus populis, qui florent imperio, & Romanis quoque ipsis, qui totius orbis potirentur, si iusti velint esse, hoc est, si aliena restituant, ad casus esse redeundum, & in necessitate, ac miseris sacendum. Tamen omnibus communibus ad propria veniebat. Bonus vir, inquit, si habeat servum fugitivum, vel domum insalubrem, ac pestilentem, quae vitia solus sciat, & ideo proscribat, ut vedat, utrumne profitebitur, fugitivum servum, ac pestilentem domum se vendere, an celabit emptorem? Si profitebitur

firebitur emptori, fugitivum esse, bonus quidem
 quia non faller, sed etiam stultus iudicabitur,
 quia vel parvo vendet, vel omnino non vendet.
 Si celauerit, erit quidem sapiens, quia rei con-
 suler, sed idem malus, quia faller. Rursus, si re-
 periat aliquem, qui aurichalcum se putet ven-
 dere, cum sit illud aurum: aut plumbum, cum sit
 argentum: tacebit ne, ut id parvo emat, an iu-
 dicabit, ut magno? Stultum planè videtur, eme-
 re malle magno. Unde intelligi volebat, & eum,
 qui sit iustus ac bonus, stultam esse: & eum,
 qui sapiens, malum. Et tamen sine pernicie fie-
 ri posse, ut sint homines paupertate contenti.
 Transcendebat ergo ad maiora, in quibus ne-
 mo posset sine periculo vite iustus esse. Dicebat
 enim: Nempe iustus est, hominem non occi-
 dere, alienum proorsus non attingere. Quid ergo
 iustus facit, si fortè naufragium fecit, & ali-
 quis imbecillior viribus, tabula cœperit? Nonne
 illum à tabula deturbabit, ut ipse conscendat,
 eaq; nixus euadat? maximè cum sit nullus me-
 dio mari testis? Si sapiens est, faciet. Ipsi enim
 pereundum est, nisi fecerit. Si autem mori ma-
 luerit, quam manus inferre alteri, ià nō iustus il-
 le, sed stultus est, qui vite suæ non parcat, dum
 parcat alienæ. Item, si acie suorum fusæ, hostes
 insequi cœperint, & iustus ille nactus fuerit ali-
 quem saucium equo insidentem: einc parcat, ut
 ipse occidatur, an deiciet ex equo, ut ipse hoste
 possit effugere? Quod si fecerit, sapiens, sed

idē malus, si non fecerit, iustus, sed idem stultus sit necesse est. Ita ergo iustitiam cū in duas partes diuisisset, alterā ciuile esse dicet, alterā naturāle, utranq; subuertit. quōd illa ciuilis, sapientia sit quidem, sed iustitia non sit. Naturalis autem illa iustitia sit quidem, sed non sit sapientia. Arguta hæc planè, ac venenata sunt, & que At. Tull. non potuit refellere. Nā cum faciat Lelium Furio respondentem, pro iustitiāq; dicentē, irrefutata hæc, tanquam foueam, prætergressus est, ut videatur idem Lelius non naturāle, que in crimen stultitiæ venerat, sed illā ciuilem defendisse iustitiam, quam Furius sapientiam quidem esse concesserat, sed iniustam.

De iustitia, sapientia, & stultitia.

CAP.

XVIII.

Quod ad præsentem disputationem pertinebat, ostendi, quomodo iustitia similitudinem stultitiæ gerat, ut appareat, non sine causa decipi eos, qui putant nostræ religionis homines stultos esse, qui talia facere videantur, quæ illa ille proposuit. Nunc maius à me exigi sentio ut ostendam, quare iustitiam Deus, stultitiæ specie conuolutam, ex oculis hominum uoluerit auferre, si prius Furio respondero: quia parū planè respondit Lelius: qui profectō, licet sapiens fuerit, ut vocabatur, parocinari tamē ueræ iustitiæ nullo modo poterat, quia caput ipsum fontemq; iustitiæ non tenebat. Nobis autē facilius est ista defensio, quibus celesti beneficio fami-

liari

iurari est, ac penitus nota iustitia, quiq; illa non
 nomine, sed re nouimus. Nam Plato, & Aristo-
 teles honesta quidē voluntate iustitiā defendere
 cupierunt, off. cissentq; aliquid, siconatus eorū
 bonos, si eloquentiā, si virtutē ingenij, diuinarum
 quoq; rerū doctrina inuisset. Itaq; opus illorum
 inane, atque inutile iacuit, nec cuiquā hominum
 persuadere potuerūt, vt eorum prescripto vive-
 ret: quia fundamentum à celo disciplina illa non
 habuit. Nōstrum opus certius sit necesse est, quos
 Deus docuit. Illi enim depingebant verbis, &
 imaginabantur iustitiā, quæ in conspectu non
 erat, nec presentibus exemplis confirmare pote-
 rant, quæ asserbant. Responderi enim posset ab
 audientibus, non posse ita viui, sicut illi sua di-
 sputatione prescriberēt, ad eō vt nulli adhuc ex-
 titerint, qui in genus vite sequerentur. Nos au-
 tem non verbis modo, sed etiā exemplis ex vero
 petitis, vera esse, quæ a nobis dicuntur, ostendi-
 mus. Sensit igitur Carneades, quæ sit natura iu-
 stitiæ, nisi quod parū alte prospexit, stultitiā non
 esse: quanquā intelligere mihi videor, quæ mēte
 id fecerit. Non enim verè existimauit eum stul-
 tum esse, qui iustus est: sed cū sciret nō esse, &
 rationem tamen, cur ita videretur, non compre-
 henderet, voluit ostendere, latere in abdito ve-
 ritatem, vt decretū discipline sue iureretur: cu-
 jus summa sententia est, nihil percipi posse. Vi-
 deamus ergo, vtrumne iustitia fœdus aliquod
 habere cum stultitia possit: Iustus, inquit, si aut

equum saucio, aut tabulam naufragio non ademerit, ut ipse animam suam liberet, stultus est. Primum omnium, nego ullo modo fieri posse, ut homini, qui quidem verè iustus sit, eiusmodi casus eveniat: quia iustus neq; cuiquam nato iniuricus est, neq; quicquam omnino appetit alienum. Cur enim nauiget, aut quid petat ex aliena terra, cui sufficit sua? Cur autem belligeret, ac se alienis furoribus misceat, in cuius animo pax cõ hominibus perpetua versetur? Scilicet peregrinis mercibus, aut humano sanguine delectabitur, qui nec lucrum sicut appetere, cui sufficit victus, & nõ modo ipse eade facere, sed interesse sui ionibus, ac spectare, ducar nefus? Sed omitto ista: quoniam fieri potest, ut vel iniustus ad hæc subeunda cogatur. Adeone ergo iustitiam, õ Furi, vel potius, õ Carneade, cuius est illa omnis oratio, tam iniuriam, tam superuacua, tamque contemptam Deo putas, ut nihil possit, nihilq; habeat in sese, quod ad custodiam sui valeat? Sed videlicet, qui sacramentum hominis ignorant, ideoque ad hanc temporalem vitam referunt omnia, quanta sit vis iustitiae, scire non possunt. Nam cum de virtute disputant, quamuis intelligant ærumnis ac miseris esse plenissimam, tamen expetendam esse aiunt sua causa. Eius enim premia, quæ sunt æterna, & immortalia, nullo modo vident. Sic rebus omnibus ad hanc presentem vitam relatis, virtutem planè ad stultitiam redigunt. Siquidem tantos

huius

huius vitæ labores frustra & inaniter suscipit.
Sed hæc alio loco plenius: interim de iustitia,
ut capimus, cuius tanta vis est, ut cum oculos
in celum sustulerit, à Deo mereatur omnia. Re-
ferte igitur nobis Flaccus tantam esse dixit in-
nocentia vim, ut ad tutelam sui non egeat nec
armis, nec viribus, quæcumq; iter fecerit:

Integer vitæ, scelerisq; purus.

Non eget Mauri iaculis, nec arcu.

Nec venenatis gravida sagittis,

Fusce, pharetra.

Sive per Syriæ iter æstuosas,

Sive facturus per inhospitalem

Caucasum, vel quæ loca fabulosus

* Lambit Hydaspes.

* Ambit

Non potest ergo fieri, quin hominè iustum inter
discrimina tempestatum, atq; bellorum; caelestis
tutela custodiat, ac non, etiã si cum parricidis, et
nocentibus naviget, aut malis quoq; parcat, ut
vna iusta & innocens anima liberetur, aut certè
perentibus cæteris sola seruetur. Sed concedamus
posse fieri, quod proponit philosophus, quid ergo
iustus faciet, si nactus fuerit aut in equo sancin,
aut in tabula naufragum? non inuius cositeor:
moriatur potius, quam occidet. Nec ideo tamen
iustitia, quod est singulare hominis bonum, stul-
titiæ nomè accipiet. Quid enim melius, quid ca-
rius esse homini debet, quam innocentia? Quæ
vtiq; tanto perfectior sit necesse est, quanto il-
lam perduxeris ad extremum: moriq; malueris,

ne quid de innocētia ratione minuatur. Stultitia est, inquit, aliena anima parcere cum pernicie sue. Num etiā pro amicitia perire, stultū iudicabitur? Quid ergo illi familiares Pythagorū laudantur à vobis, quorum alter se tyranno valem moriū pro altero dedit, alter ad præstitutū tempus, cum iam sponsor eius duceretur, præse- riam sui fecit, cumq; interuentu suo libertavit? quorū virtus in tāta gloria non haberetur, quod alter pro amico, alter etiā pro fide mori voluit, si stulti putarētur. Deniq; ob hāc ipsam virtutem tyrannus his gratiam retulit, virumq; seruando, et hominis crudelissimi natura mutata est. Quis etiam deprecatus esse dicitur, vt se tertium in amicitiam reciperent, non utiq; tanquam stultos, sed tanquam bonos, et sapientes viros. Itaq; nō video, quare cum pro amicitia, & fide mori summa gloria computetur, non etiam pro innocētia perire, sit hominū gloriosum. Ergo stultissimi sunt, qui nobis crimini dant, mori velle pro Deo, cū ipsum eum, qui pro homine mori voluit, in celum summis laudibus tollant. Denique, vt concludam dissertationem, non posse eundem iustum esse, ac stultum, eundemq; sapientē, & iniustum, docet ipsa ratio. Qui enim stultus est, quid sit iustum, ac bonum nescit, & ideo semper peccat. Ducitur enim quasi captiuus à vitijs, nec resistere vllō modo potest, quia caret virtute, quam nescit. Iustus autem ab omni se peccato abstinet: quod aliter facere non potest, quāvis habeat

habeat recti, prauisq; nouitiam. Rectum autem
 discernere à prauo quis potest nisi sapiens? Ita
 fit, vt nūquam possit iustus esse qui stultus est,
 neq; sapiens, qui fuerit iniustus. Quod si est veris-
 simum, manifestū est, eum, qui aut naufragi ta-
 bulam, aut equum saucio non ademerit, stultum
 non esse, quia hæc facere peccatum est, à quo se
 sapiens abstinet. Videri tamē & ipse confiteor,
 per hominum errorem ignorantium cuiusque rei
 proprietatem. Itaq; omnis hæc quæstio non tam
 argumenti, quàm definitione dissoluitur. Stul-
 titia igitur est in factis, dictisq; per ignorantiam
 recti ac boni, erratio. Ergo stultus non est, qui
 ne sibi quidem parcit, * dum ne noceat alteri, ^{¶ dumme}
 quod est malum. Quod quidem nobis & veri- ^{do non}
 tas & ratio ipsa præscribit. In omnibus enim vi-
 demus animalibus, quia sapientia carent, con-
 ciliatricem sui esse naturam. Nocent igitur alijs,
 vt sibi profunt: nesciunt enim, quia malum est,
 nocere. Homo uero, quia scientiam boni ac ma-
 li habet, abstinet se a nocendo, etiam cum incom-
 modo suo: quod animal irrationale facere non
 potest. Et ideo inter summæ hominis virtutes
 innocentia numeratur. Quibus rebus apparet,
 sapientissimum esse, qui mauult perire, ne no-
 ceat, vt id officium, quo à mutis discernitur, ser-
 uet. Nam qui uidentis errorem non redarguit, vt
 aurū paruo emat: aut qui nō profitetur, fugitiuum
 seruum, vel pestilentem se domum uendere, lu-
 cro, & commodo suo consulens, non est ille sa-
 piens,

piens, ut Carneades videri volebat, sed callidus, & astutus. Calliditas, & astutia in multis quoque animalibus sunt, vel cum infidantur alijs, & dolo capiunt, ut denorent, vel cum infidias aliorum vario genere deludunt. Sapiencia verò in hominem solum cadit. Sapiencia enim est intelligentia vel ad bonum, rectumque faciendum: vel ad abstinentiam diolorum, factorumque improborum. Lucro autem nunquam sapiens studet, quia bona hæc terrena contemnit: nec quæquam falli patitur, quia boni viri officium est, errores hominum corrigere, eosque in viam reducere. Siquidem socialis est homini ac benefica natura, quo solo cognationem cum Deo habet.

De virtute & Christianorum ciuitatibus, & iure patris, & domini. C A P. XIX.

Sed nimirum hæc causa efficit, ut stultus esse videatur, qui egere, aut mori malit, quam noceat, vel eripiat aliquid alteri, quod hominem morte deleri putant. Ex qua persuasionem omnes tum vulgæ, tum etiam philosophorum nascuntur errores. Si enim post mortem nihil sumus, profecto stultissimi est homini, non huic vite consulere, ut sit quam diuturna, & commodis omnibus plena. Quod qui faciet, à iustitia regula discedat necesse est. Si autem superest homini vita melior & longior, quod & philosophorum magnorum argumentum, & vatum responsis, & prophetarum diuinis vocibus discimus: hanc presentem cum bonis suis contemnere sapientia est.

est, cuius omnis iactura, immortalitate pensa-
 tur. Apud Ciceronem idem ille iustitiae defensor
 Laelius: Vult, inquit, plane virtus honorem, nec
 est virtutis vlla alia merces. Est plane & qui-
 dem virtute dignissima, quam tu Laeli^s nequa-
 quam poteras suspicari: nihil enim diuinarum
 noueras literarum. Quam tamen illa (inquit)
 accipit facile, exigit non acerbè. Erras vehemen-
 ter, si putas, ab homine premium solui posse vir-
 tuti, cum ipse alio loco verissimè dixerit: Huic tu
 viro quas diuicias obijcies? quae imberia? quae
 regna? qui ista putat humana, sua bona diuina
 iudicat. Quis ergo te sapientem, Laeli, putet, cum
 ipse tibi loquere cõtraria? & paulò post virtuti
 adimas quae dedisti? Sed videlicet ignorantia
 veri facit incertam, labentemq; sententiam. De-
 inde quid adiungis? Sed si aut ingrati vniuersi,
 aut inuidi multi, aut inimici potentes, suis vir-
 tutem premijs spoliant. O quam fragilem, quam
 inanem virtutem induxisti, si spoliari premio
 suo potest! Quae si bona sua diuina iudicat, (ut
 aiebas) qui possunt existere tam ingrati, tam
 inuidi, tam potentes, qui virtutem spoliare va-
 leant usq; bonis, quae fuerint in eam callata diui-
 citus? Na illa se, inquit, multis solatijs oblectat,
 maximeq; suo decore seipsa sustentat. Quibus
 solatijs? quo decore? cum in crimen saepe veniat,
 & in pœnam decor ille vertatur. Quid ex m. si
 (ut Furius dicebat) rapiatur, vexetur, exter-
 minetur, egeat, auferantur ei manus, effodiantur

nūquam

107

tur oculi, damnetur, vinciatur, vratur, miserā
 etiam modū necetur, perdetne suū pramiū
 virtus? An potius peribit ipsa? Minime. Sed &
 mercedem suā Deo iudice accipiet, & viuet,
 ac semper vigebit. Quæ si tollas, nihil potest in
 vita hominum tam inutile, tam stultum videri
 quā virtus, cuius naturalis bonitas, & ho-
 nestas docere nos potest, animam non esse mor-
 talem, diuinūq; illi a Deo pramiū constitu-
 tum. Sed idcirco virtutem ipsam Deus sub per-
 sona stultitiæ voluit esse celatam, vt mysterium
 veritatis, ac religionis suæ esset arcanum: vt
 has religiones, sapientiamq; terrenam extollen-
 tem se altius, sibiq; multum placentem, vanita-
 tis, errorūq; dampnaret, vt proposita denique dif-
 ficultate, augustissimus trames ad immortalita-
 tis pramiū sublimē perduceret. Docui (vt opi-
 nor) cur populus noster apud stultos stultus ha-
 beatur. Nam cruciari, atq; interfici malle, quā
 iacere, thura tribus digitis comprehensa, in focus iacta-
 re, tam ineptū videtur, quā in periculo vitæ,
 alterius animam magis curare, quā suam. Ne-
 sciunt enim, quantum sit nefas, adorare aliud
 præterquam Deum, qui condidit celum atque
 terram, qui humanum genus finxit, inspirauit,
 luce donauit. Quod si seruatorum nequissimus ha-
 betur, qui dominum suum fuga deserit, usq; ver-
 beribus, & vinculis, & ergastulo, & cruce, &
 mniq; malo dignissimus iudicatur, & si filius
 eodem modo perditus, atq; impius existimatur,

qui

qui patrem suum derelinquit, ne illi obsequatur, ob eamque causam dignus putatur, qui sit exheres, & cuius nomen in perpetuum de familia deleatur: quanto magis qui Deum deserit, in quem duo vocabula, domini, et patris, aequè veneranda conveniunt? Nam ille, qui servum pretio comparat, quid in eum beneficij confert, praeterquam alimenta, quae illi utilitatis suae gratia subministrat? Et qui filium generat, non habet potestatem, ut concipiatur, ut nascatur, ut vivat. Vnde apparet, non esse illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum. Quibus ergo supplicij dignus est desertor eius, qui & dominus verus, & pater est, nisi quae Deus ipse constituit? qui spiritibus iniustis aeternum paravit ignem, quod ipse per vates suos impijs, ac rebellibus comminatur:

*in pote-
state, ut

De vanitate, & sceleribus impiatum religio-
num, & Christianorum cruciatibus.

C A P. XX.

Discant igitur & suorum, et alienorum in-
terfectores animarum, quam inexpiabile
facinus admittant: Primum, quod seipfos ingu-
lant, perditissimis demonibus serviendo, quos
Deus in aeterna supplicia dānavit. Deinde, quod
nec ab alijscoli Deum patiuntur, sed avertere
homines ad mortiferi sacra contendunt, nitun-
turque summo i diligētia, ne qua sit anima incolu-
mis in terra, quae salvo statu suo spectet in caelū
Quid aliud dicant quān miseros, qui praedonum
suorum

fuerit inſtigationibus parent, quos deos eſſe opi-
 nantur? quorum neq; conditionem, neq; origi-
 nem, neq; norina, neq; rationem ſciunt, ſed in-
 harentes perſuaſioni vulgari, libenter errant, et
 ſtultitie ſue ſauēt. A quibus ſi perſuaſionis eius
 rationem requiras, nulla poſſunt reddere, ſed ad
 maiorum iudicia conſugiant, quod illi ſapienter
 fuerint, illi probauerint, illi ſcietint, quid eſſet
 optimum, ſeq; ipſos ſenſibus ſpoliant, ratione ab-
 dicant, dum alienis erroribus credūt. Sic impli-
 citi rerum omnium ignorantia, nec ſe, nec deos
 ſuos norunt. Atq; vnam ſoli errare, ſoli deſipe-
 re vellent. Alios etiā in conſortium ſui mali ra-
 piunt, quaſi habituri ſolatiū de perditione mul-
 torum. Sed hæc ipſa ignoratio efficit, vt in perſe-
 quendis ſapientibus tam mali ſint, ſingantq; ſe
 illis conſulere, illos ad bonam mētē velle reuē-
 ſare. Num igitur hoc ſermone, aut aliqua ratio-
 ne reddita facere nituntur? Minime, ſed vi, atq;
 tormentis. O mira, & cæca dementia! In ijs pu-
 tatur mala mens eſſe, qui fidem ſeruare con-
 tentur, in carniſicibus autem bona. In ijs ne mala
 mens eſt, qui contra ius humanitatis, contra facta
 omne lacerantur? An potius in ijs, qui ea facta
 in corporibus innocentum, que nec ſeuiffimi la-
 trones, nec iratiſſimi hoſtes, nec immuniſſimi
 barbari aliquādo fecerunt? Ad eone etiam ſibi
 mentiuntur, vt viciffim, boni ac mali norina
 transferant, & immutent? Quid ergo nō diem
 noctem vocant? ſolem tenebras? Alioquin eā-
 dem

dem impudentia est, bonis, malorum nomen im-
 penere, sapientibus stultorum, iustis impiorum:
 quinimo, si qua illis fiducia est vel in philoso-
 phia, vel in eloquentia, armet se, ac resillat hac
 nostra, si possunt: congregiantur cominus, & sin-
 gula quoque discutiant. Decet eos suscipere defen-
 sionem deorum suorum, ne, si nostra inualuerint,
 (ut quotidie inualescunt) cum delubris, ac ludi-
 brijs suis deseratur. Et quoniam vi nihil possunt
 (augetur enim religio Dei, quanto magis premi-
 tur) ratione potius, & hortamentis agant. Pro-
 cedant in medium pontifices, seu minores, seu
 maximi, flamines, augures, item reges * sacrifi-
 culi, quiq; sunt sacerdotes, & antistites religio-
 num. Conuocent nos ad concionem, cohortentur
 ad suscipiendos cultus Deorum, persuadent
 multos esse, quorum numinis ac providentia re-
 gantur omnia, ostendant origines & initia sa-
 crorum ac Deorum, quomodo sint mortalibus
 tradita: qui fons, qua ratio sit, explicent: profe-
 rant, qua merces in cultu, qua poena in contem-
 ptu maneat, quare ab hominibus coli se velint:
 quid illis, si beati sunt, humana pietas confrat.
 Que omnia non asseueratione propria, (nec
 enim valet quicquam mortalis hominis autori-
 tas) sed diuinis aliquibus testimonijs confirmet,
 sicuti nos facimus. Non est opus vi, & iniuria:
 quia religio cogi non potest: verbis potius, quam
 verberibus res agenda est, ut sit voluntas: di-
 stringant aciem ingeniorum suorum: si ratio co-

* sacrifico-
 la,

D rum

rum vera est, afferatur: parati sumus audire, si doceant. Tacētibz certē nihil credimus, sicut ne
 * credi- se uidentibus quidem * cedimus. Imitetur nos, aut
 mur. rationem rei totius exponant. Nos enim non illi-
 cimus, ut ipsi obiectant, sed docemus, probamus,
 ostendimus. Itaq; nemo à nobis retinetur inui-
 tus. Inutilis est enim Deo, qui deuotione ac fide
 caret. Et tamen nemo discedit, ipsa ueritate reti-
 nente. Doceant illi hoc modo, si qua illis fiducia
 ueritatis est, loquantur, hisceant, audeant, inquit,
 disputare nobiscum aliquid eiusmodi: iam pro-
 fecto ab amiculis, quas contemnunt, & à pueris
 nostratibus error illorum ac stultitia irridebitur.
 Cum enim sint peritissimi, Deorumq; progeniem,
 & res gestas, & imperia, & interitum, & se-
 pulcra de libris nouerint, ipsosq; ritus, quibus
 sunt initiati, uel ex rebus gestis hominum, uel
 ex casibus, uel etiam ex moribus natos sciunt:
 incredibilis dementia est, deos putare, quos fuisse
 mortales negare non audeant: uel si tam im-
 pudentes fuerint, ut negent, sua illos, ac suorum
 litera coarguant, ipsa deniq; sacrorum illorum
 initia conuincant. Sciant igitur uel ex hoc ipso,
 quantum intersit inter uerum & falsum, quan-
 do ipsi, quum sint eloquentes, persuadere non possunt:
 imperiti, ac rudes possunt, quia res ipsa, &
 ueritas loquitur. Quid ergo sciunt, ut stulti-
 tiam suam dum minuire uolunt, augeant? Longi
 diuersa sunt, carnis scina, & pietas: nec potest
 aut ueri as cum ui, aut iustitia cum crudeli. uel
 conuina

coniungi. Sed merito non audent quicquam de
 rebus docere diuinis, ne et à nostris derideantur,
 et à suis deserantur. Nā forte vulgus, cui simplex,
 incorruptumq; iudicium est, si mysteria illa co-
 gnoscant in memoriā mortuorū constituta, damna-
 bit, aliudq; verius, quod colat, quæret. Hinc fida
 silentia sacris instituta sunt ab hominibus calli-
 dis, ut nesciat populus quid colat. Cū autē nos
 in eorum doctrinis versetur, cur nobis aut non
 credunt, qui utrunq; nouimus: aut inuidēt, quia
 falsis vera prætulimus? Sed defendenda sunt, in-
 quit, suscepta publicè sacra. O quā inhouesta
 voluntate miseri errāt! Sentiunt enim, nihil esse
 in rebus humanis religione præstantius, eamq;
 summa vi oportere defendi: sed ut in ipsa reli-
 gione, sic in defensionis genere falluntur. Defen-
 denda enim religio est, non occidendo, sed monen-
 do: non scuitia, sed ^{*}patientia: non scelere, sed fi-
 de: illa enim malorum sunt, hæc bonorum. Et ne-
 cesse est, bonum in religione versari, non malum.
 Nam si sanguine, si tormētis, si malo religionem
 defendere velis, iam non defendetur illa, sed
 polluetur, atq; violabitur. Nihil enim est tam vo-
 luntarium, quā religio: in qua si animus sacri-
 ficantis auersus est, iam sublata, iam nulla est.
 Recta igitur ratio est, ut religio e patientia, vel
 morte defendas, in qua fides conseruata, & ipsa
 Deo grata est, & religioni addit auctoritatem.
 Nam si is, qui in hac terrestri militia regi suo
 fidem seruat in aliquo egragio facinore, si postea

vixerit, acceptior fit, & charior: si perierit, summam consequitur gloriam, quod pro duce suo morte occubuerit: quanto magis imperatori omnium Deo fides seruanda est, qui non tantum viventibus, sed etiam mortuis premium potest virtutis exolvere? igitur Dei cultus, quoniam militiae caelestis est, deuotionem maximam, fidemque desiderat. Quomodo enim Deus aut amabit colentem, si ipse non ametur ab eo: aut praestabit peccanti, quicquid orauerit, cum ad precandum neque et animo, neque obseruanter accedat? Isti autem, cum ad sacrificandum dijs suis veniunt, nihil intimum, nihil proprium offerunt, non integritatem montis, non reuerentiam, non timorem. Periculis itaque sacrificijs inanibus, omnem religionem in templo, & cum templo, sicut inuenerant, relinquunt, nihilque secum ex ea neque afferunt, neque referunt. Inde est, quod eiusmodi religiones neque bonos facere possunt, neque firmos atque immutabiles. Traduntur itaque ab his homines facile, quia nihil ibi ad vitam, nihil ad sapientiam, nihil ad fidem discitur. Quae est enim superstitio illorum Deorum? quae vis? quae disciplina? quae origo? quae ratio? quod fundamentum? quae substantia? quod tendit? aut quid pollicetur, ut ab homine possit fideliter seruari, fortiterque defendi? In qua nihil aliud video, quam ritum ad solos digitos pertinentem. Nostra vero religio eo firma est, & solida et immutabilis, quia iustitiam docet, quia nobiscum semper est, quia tota in animo colentis est,

est, quia mentem ipsam pro sacrificio habet. Illic nihil exigitur aliud, quam sanguis pecudum, & fumus. & inepta libatio. hic bona mens, purum pectus, innocens vita. Illic veniunt, sine delectu adulteræ impudicæ, leuæ procacis, obscenæ meretricis, veniunt gladiatores, latrones, fures, venefici, & precantur nihil aliud, quam vt scelera impune committant. Quid enim latro sacrificas, aut gladiator roget, nisi vt occidat? Quid venenarius, nisi vt fallat? Quid meretrix, nisi vt plurimum peccet? Quid adulter, nisi vt mortem viri optet, aut vt sua impudicitia celetur? Quid lena, nisi vt multos bonis exuat? Quid fiet, nisi vt multa compilet? Hic verò etiam leui, communi usque peccato locus nullus est. Et si quis ad sacrificium non integra conscientia venerit, audit quæ illi Deus comminatur: ille, qui latebras cordis videt, qui peccatis semper infestus est, & exigit iustitiam, qui fidem poscit. Quis hic male menti, aut male preci locus est? At illi infelices, nec ex sceleribus suis intelligunt, quàm malum sit, quod colunt, quandoquidem stagnis omnibus inquinati, veniant ad precandum: & se pie sacrificasse opinantur, si cutem lauerint, tanquam libidines intra pectus inclusas vlli amnes abluant, aut vltima maria purificent. Quanto salius est, mentem potius eluere, quæ malis cupiditatibus sordidatur, et vno virtutis ac fidei lauacro vniuersa vitia depellere? Quod qui fecerit, quamlibet inquinatum ac sordidum corpus gerat, satis purus est.

De cultu Deorum, & Dei veri, & Aegyptiarum
bestiarum.

C A P. XXI.

Ubi, quo

Isti autem, qui nesciunt, vel quid *vel quomodo sit colendum, ceci, et imprudetes in contrarium cadunt. Adorant itaque hostes suos, latrones & interfectores suos victimis placant, & animas suas cum thure ipso cremandas, aris detestabilibus imponunt. Irascuntur etiam miseri, quod non similes alij pereant, incredibili mentium cecitate. Quid enim videant, qui Solē non vident? Quasi verò si Dē essent, indigerent hominū auxilio, aduersus contemptores suos. Quid ergo nobis irascuntur, si illi nihil possunt? nisi, quod ipsi Deos suos destruunt, de quorū potestate diffidunt, magis irreligiosi, quam qui omnino non colunt. Cicero in suis Legibus, cum castè ad sacrificia præciperet accedere, Pietatem, inquit, adhibento, opes amouento: qui secus faxit, Deus ipse vindex erit. Rectè hoc quidem. Neque enim fas est, desperare de Deo, quem ideo colas, quia potentem putas. Nam quomodo vindicare iniuriam colentis se potest, si suam non potest? Libet igitur ex his querere, cui potissimum præstare se putent, cogendo inuitos ad sacrificium. Ipsis ne, quos cogunt? At non est beneficium, quod ingertur recusanti. Sed consulendum est etiam nolentibus, quando quid sit bonum, nesciunt. Cur ergo tam crudeliter vexant, cruciant, debilitant, si saluos volunt? Aut vnde pietas tam impia, vt eos miseris modis aut perdant, aut inuites faci-

ant;

dant, quibus velint esse consultum? An verò
 Dijs præstant? At non est sacrificium, quod ex-
 primitur inuito: nisi enim sponte, atq; ex animo
 fiat, execratio est, cum homines proscriptione, in-
 iurijs, carcere, tormentis adacti, faciunt. Si Dijs
 sunt isti, qui sic coluntur, vel propter hoc solùm
 colendi non sunt, quòd sic coli volunt, digni scilicet
 detestatione hominum, quibus cum lacrymis,
 cum gemitu, cum sanguine de membris omnibus
 fluente libatur. At nos contra, nõ expetimus, ut
 Deum nostrum, quò est omnium creator velint,
 nolunt, colat aliquis inuitus, nec, si non colerit,
 irascimur. Confidimus enim maiestati eius, qui
 tam contemptum sui possit vlcisci, quàm etiam
 seruorum suorum labores, & iniurias. Et ideo cum
 tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem re-
 flamur. Sed Deo remittimus vltionem, non ut
 ò faciunt, qui defensores se Deorum suorum esse
 videri volunt, & seuiunt efferatè aduersus non
 colentes. Ex quo intelligi datur, quàm non sit
 bonum, Deos colere: quoniam bono potius addu-
 cendi homines ad bonum fuerant, non malo. Sed
 quia illud malum est, etiam officium eius bono
 caret. At enim puniendis sunt, qui destruunt re-
 ligiones. Num peius nos destruimus, quàm natio
 Ægyptiorum, qui turpissimas bestiarum ac pe-
 cudum figuras colunt, quedam etiam puden-
 da dicta tanquam Deos aderant? Num peius,
 quàm òdem ipsi, qui, cum Deos colere se di-
 cant, tamen eos publice, turpiterq; derident, de-

quibus etiam† perfrimimus agi cum risu, et voluptate patiuntur? Quales hæc religio, aut quanta maiestas putanda est, quæ adoratur in templis, illudatur in theatris? Et qui hæc fecerint, non pœnas violati numinis pendunt, sed honorati etiam laudatiq; descendunt. Num peius nos destruimus, quàm quidam Philosophi, qui omnino nullos Deos esse aiunt, sed omnia sua sponte nata, omnia fortuito fieri, quæ geruntur? Num peius quàm Epicurei, qui esse quidem deos, sed curare quicquam negant, neque irasci eos, neq; gratia commoveri? Quibus dictis utiq; persuadens colendos omnino non esse: siquidem nec colentes respiciunt, neq; non colentibus irascuntur. Præterea cum contra metus differunt, nihil aliud efficere conantur, quàm ut nemo Deos timeat. Et hæc tamen ab hominibus et audiuntur libenter, & differuntur impunè.

De Demonum fontis, & errore infidelium.

CAP. XXII.

Non ergo ideo aduersus nos insaniunt, quia Dii non coluntur a nobis, (a multis enim non coluntur,) sed quia veritas penes nos est, quæ (ut est verissimè dictum) odium parit. Quid igitur existimabimus, nisi nescire illos, quid patiuntur? Periti enim perfruntur cæco & irrationabili furore, quem nos videmus, illi nesciunt. Non enim ipsi homines persequuntur, qui causam, cur irascatur innocentibus, non habent: sed illi spiritus contaminati, ac perditæ, quibus veri-

†Pergitur enim cæco

tas & nota est, & inuisa, insinuante se mentibus
 eorum, & instigant nescios in furorem. Hi enim
 quandiu pax est in populo Dei, fugitant iustos,
 & pauent, & cum corpora hominum occupant,
 animasq; diuexant, adiuratur ab his, & nomine
 Dei veri fugantur. Quo audito tremunt, exclamant,
 & vri se verbarariq; testantur: & interrogari, qui sint, quādo venerint, quomodo in hominem irrepserint, confitentur. Sic extorti & excruciatī virtute diuini nominis exulant. Propter hæc verbera, & minas, sanctos & iustos viros semper od-runt. Et quia per se nocere hi nihil possunt, publicis eos odys persequuntur, quos sibi graues sentiunt: excercentq; scuitiam, quā violentissimè possunt, vt aut eorum fidem minuant per dolorem, aut si id efficere non quiverint, auferant omnino de terra, ne sint qui eorum nequitiam possint coercere. Non me fugit, quid responderi e contrario possit. Cur ergo Deus ille singularis, ille magnus, quem rerum potentem, quem Dominum omnium confiteris, hæc si ri paritur, nec cultores suos aut vindicat, aut luetur? Cur deniq; qui eum non colunt, et opulenti, & potentes, & beati sunt, & honoribus regnoq; potiuntur, eosq; ipsos ditioni suæ, ac potestati subiectos habent? Reddēda & huius rei ratio est, ne quid remaneat erroris. Nam in primis hæc causa est, cur existimetur religio Dei vim nō habere, quod inducuntur homines specie terrenorū ac presentium bonorum, quæ ad curam mētis nullo modo

D 5 pertinet

pertinent: quibus quia carere iustos vident, & affluere iniustos, & Dei cultum inane arbitrantur, in quo inesse illa non cernunt, & Deorum ritus estimant veros, quoniam cultores eorum & diuitijs, & honoribus, & regnis fruuntur. Verum qui, qui sunt in hac existimatione, non perspiciunt altius vim, rationemque hominis, que tota non in corpore, sed in mente est. Nihil enim vident amplius, quam corpus, quod scilicet quia videtur oculis, manuque tractabile est, imbecillius, fragile, mortale est: cuius sunt illa omnia bona, que cupiditati ac miraculo sunt, opes, honores, imperia, quoniam corpori afferunt voluptates, & ideo tam caduca sunt, quam corpus ipsum. Animus vero, quo solo est homo, quoniam subiectus oculis non est, nec bona eius aspici possunt, que in sola virtute sunt posita: & ideo tam stabilis, & constans, & perpetuus sit necesse est, sicut ipsa virtus, in qua est animi bonum.

De Iustitia, & patientia Christianorum.

CAP. XXIII.

Longum est, vniuersas virtutis species promerere, vt de singulis doceam, quam necesse sit sapientem ac iustum virum longè ab illa omnibus bonis abhorrere, quibus quia fruuntur iniusti, Deorum cultus veri & efficaces esse creduntur. Quod ad presentem pertinet questionem, satis est, si ex vna virtute id probemus, quod intendimus. Nempe magna, & precipua virtus est patientia, quam pariter & vulgi publica vocat.

(cel)

et Philosophi, et Oratores summis laudibus
 celebrant. Quod si negari non potest quin sum-
 ma sit virtus, necesse est, iustum, et sapientem vi-
 rum in potestate esse hominis iniusti, ut capiat
 patientiam. Patientia est enim malorum, quae
 aut infruntur, aut accidunt, cum equanimitate
 perlatio. Ergo iustus ac sapiens, quia virtutem
 capit, habet in se patientiam, qua carebit omni-
 nis, si nihil patietur aduersi. Contra, qui in rebus
 prosperis agit, impatientis est, et virtute maxima
 caret. Impatientem dico, quia nihil patitur. In-
 nocentiam quoque seruare non potest, quae et ipsa
 iusto et sapienti viro propria virtus est. Sed et
 nocet sepe, et concupiscit aliena, et rapit, quae
 cupierit, per iniuriam: quia virtutis expertus, vitio
 peccatoque subiectus est. Dominari affectat in li-
 beros, quia temperantiam non habet, et fragi-
 litatis oblitus, animo insolenter elato tumet. In-
 de iniusti, ac Deum nescientes, et diuitiis, et po-
 tentia, et honoribus florent. Hec enim cuncta,
 iniustitiae premia sunt, quia et perpetua esse non
 possunt, et per cupiditatem, violentiamque quaer-
 untur. Iustus vero, ac sapiens, quia illa omnia
 humana sunt, (ut est a Laelio dictum) sua bona
 diuina indicat: nec alienis quicquam concupiscit, ne
 quem contra ius humanitatis ledat omnino: nec
 illi potentiam, honorumue desiderat, ne cui fa-
 ciat iniuriam. Scit enim cunctos ab eodem Deo,
 et eadem conditione generatos, iure fraternitatis
 esse coniunctos. Sed et suo contentus, et paruo,
 quia

quia fragilitatis suae memor, non amplius quaerit, quam vnde vitam sustentet: & ex eo ipso, quod habet, impertit etiam non habenti, qui pius est. Pietas autem summa virtus est. Accedit eò, quòd voluptates caducas, vitiosasq; contemnit, quantum causa opes appetuntur, quoniam continens est, ac libidinum victor. Idem nihil timoris atq; insolentiae gerens, non extollit se altius, nec erigit superbum caput, sed placidus, & concors, & comis, & planus est, quia conditionem suam novit. Cum ergo iniuriam nulli faciat, nec aliena cupiat, nec sua quoq; si vi auferantur, defendat, cum sciat etiam illatam iniuriam moderatè ferre, quia virtute praeditus est, necesse est iustum hominem subiectum esse iniurto. & contumeliè affici ab insipiente sapientem, ut & illo peccet, quia iniustus est, & hic in* servitutem abeat, quia iustus est. Si quis autè volet scire plenius, cur malos, & iniustos, Deus potentes, beatos, & divites fieri sinat, pios contra humiles, miseros, inopes esse patiatur, sumat eum Seneca librū, cui titulus est, Quare bonis viris multa mala accidant, cum sit providentia. in quo illa multa non plinè imperitia seculari, sed sapienter, ac p'nè divinitus elocutus est: Deus, inquit, homines pro liberis habet: sed corruptos & vitiosos, luxuriosè ac delicatè patitur vivere, qui non putat emendatione sua dignos. Bonos autè, quos diligit, castigat saepius, & assiduis laboribus ad usum virtutis exercet, nec eos caducis ac

* se virtutē
habear,

mort

mortalibus bonis corrumpi ac depravari sinit.
 Unde nemini mirum debet videri, si pro nostris
 saepe delictis castigamur à Deo. Inno verò, cum
 vexamur ac premimur, tum maxime gratias
 agere debemus indulgentissimo patri, quod cor-
 ruptelam nostram non patitur longius procedere,
 sed plagis ac verberibus emendat. Ex quo intelli-
 gimus, esse nos Deo curae, quibus quoniam pecca-
 mus, irascitur. Nam cum posset populo suo op-
 pes & regna largiri, sicut dederat ante iudeis,
 quorum nos successores ac posteri sumus, idcirco
 eum voluit sub aliena disione atq; imperio dege-
 re, ne rerum prosperarum felicitate corruptus, in
 luxuriam laberetur, ac Dei praecepta contemneret,
 sicut illi maiores nostri, qui saepe terrenis ac fra-
 gilibus his bonis enervati, aberrarunt à discipli-
 na, & legis vincula ruperunt. Providit ergo, qua
 rennis cultoribus suis praestaret quietem, si man-
 data servassent, & tamen eos emendaret, si prae-
 ceptis non obtemperassent. Itaque ne tam corrup-
 perentur otio, quam patris eorum licentia. premi
 eos voluit ab his, in quorum manibus eos collocavit,
 ut & labantes confirmet, & corruptos ad
 fortitudinem reparet, & fidos experiatur ac ten-
 tet. Quomodo enim potest imperator militem
 suorum probare virtutem, nisi habuerit hostem?
 Et illi tamen adversarius exurgit inuito, quia
 mortalis est, & vinci potest. Deo autem quia re-
 pugnavi non potest, ipse adversarios nomini suo
 excitat, non qui contra Deum ipsum pugnent,

sed

* diffu-
sem col-
ligat

sed contra milites eius, ut deuotionem ac fidem
suorum vel probet, vel corroboret, donec pressu-
rae verberibus* destuetem corrigeat disciplinam.
Est et alia causa, cur aduersum nos persecutio-
nes fieri sinat, ut dei populus augeatur. Nec est
difficile monstrare, cur aut quomodo illud fiat.
Primum fugantur à deorum cultibus plurimi
odio crudelitatis: qui enim talia sacrificia non
horreant? Deinde placet quibusdam virtus, ac
fides ipsa. Nonnulli suspicantur, deorum cul-
tum non sine causa malum putari à tam multis
hominibus, ut emori malint, quam id facere,
quod alij faciunt, ut viuant. Aliqui cupiunt sci-
re, quidnam sit illud bonum, quod ad mortem
vsque defenditur, quod omnibus, quae in hac vi-
ta iucunda sunt et chara, praefertur, à quo nec
honorum, nec lucis amissio, nec dolor corporis, nec
viscerum cruciamenta deterrent. Valent haec plu-
rimum: sed illae maximè cause nostrorum nume-
rum semper auxerunt. Audit circumstantis popu-
lus, inter ipsa tormèta dicentes, nolle sacrificare
se lapidibus humana manu factis, sed Deo nim-
qui sit in celo. Multi hoc verum esse intelli-
gunt, et in peccatis admittunt. Deinde, ut fieri
solet in rebus incertis, dum inter se inuicè qua-
runt, quae sit huius perseverantiae causa, multi
quae à religionem pertinent, diuisitata, ac per-
tumorem vicissim aucupata, discuntur: quae quia
bona sunt, placeat necesse est. Praeterea vltio co-
secuta, sunt semper accidit, ad credendum rebe-
menter

menter impellit. Nec hæc quidē leuis causa est, quid immundi demonum spirituum, accepta licentia, multorum se corporibus immergunt: quibus postea eiectis, omnes qui resanati fuerint, adhaerent religioni, cuius potentiam senserint. Hæc tot cause in vnum collate magnam Deo multitudinem mirabiliter acquirunt.

De Dei vltione. CAP. XXIII.

Quicquid ergo aduersum nos mali principes moluntur, fieri ipse permittit. Et tamen iniustissimi persecutores, quibus Dei nomen contumelia, ac ludibrio fuit, non se putent impunè laturos, quia indignationis aduersus nos eius quasi ministri fuerunt. Punietur enim iudicio Dei, qui accepta potestate supra humanum modū fuerint abusi, & insultauerint etiam Deo sepebrius, eiusq; nomen æternum vestigijs suis subiecerint impie nefarieq; calcandum. Propterea vindicaturum se in eos celeriter pollicetur, & exterminaturum bestias malas de terra. Sed idem, quamuis populi sui vexationes & hic in presenti soleat vindicare, tamen iubet nos expectare patienter illum celestis iudicii diem, quo ipse pro suis quenque meritis aut honoret, aut puniat. Quapropter non sperent sacrilege anime, contemptos & inultos fore, quos sic obterunt. Veniet, ^t veniet & rabiosis & voracibus lupis merces sua, qui iustas, & simplices animas, nullis facinoribus admisis, excruciauerunt. Nos tantummodo laboremus, vt
ab

ab hominibus nihil aliud in nobis, nisi sola in-
stituta puniatur. Demus operam totis viribus ut
mereamur à Deo simul, & ultionem passionum,
& primum.

FINIS.

L. COELII

LACTANTII

FIRMIANI DIVI-
narum institutionum aduersus Gen-
tes, liber Sextus, de vero cultu,
ad Constantinum Im-
peratorem.

*

De Dei veri cultu, & innocentia, & cultu
falsorum deorum. CAP. I.



VODerat officium suscepti mi-
neri, diuino spiritu instruentis,
ac suffragante ipsa veritate com-
pleuimus. Cuius asserende, atq;
illud traunde causam mihi et scie-
tia, & fides, & ipse dominus noster imposuit
sine quo nec sciri quicquam potest, nec explicari.
Vemo nunc ad id, quod est summum huius operum,
& maximum, ut doceam quo ritu, quo ve sacrificio
Dei coli oporteat. Id enim est hominis officium,
in eoq; solo summa rerum, & omnis beate vite
ratio consistit: quandoquidem propterea * fidei &
instit

* facti

inspirati ab eo sumus, non ut celum videremus,
 & solem, (quod Anaxagoras putavit) sed ut
 artificem Solis & cæli Deum pura & integra
 mente coleremus. Quamuis autem precedentibus
 libris, pro ingenij mediocritate defenderim veri-
 tate, tamen ex ritu quoque ipso elucere vel maxi-
 me potest. Nihil enim sanctæ & singularis illæ
 maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam
 innocentiam: quæ si quis obtulerit Deo, satis pie,
 satis religiose litavit. Homines autem neglecta in-
 stitia, cum sint omnibus flagitijs ac sceleribus in-
 quinati, religiosos se putant si templâ & arce ho-
 stiarum sanguine cruentaverint, si focos odorati ac
 veteris vini professione madesecerint. Quinctiam
 sacras dapes apparant, et exquisitas epulas, quasi
 aliquid inde libaturis offerant. Quicquid aspectu
 rarum, quicquid opere, aut odore pretiosum est,
 id gratis esse dijs suis non ex aliqua divinitatis
 ratione, quam nesciunt, sed ex suis cupiditatibus
 indicant, nec intelligunt terrenis opibus Deum
 non indigere. Nihil enim sapiunt, nisi terram: bo-
 namque & mala, solius corporis sensus & voluptate
 perpendunt. Huius arbitrio, ut religionem ponde-
 rant, sic totius vite sue actus disponunt. Et quo-
 niam se semel à cæli cõtemplatione auerterunt,
 se summi illum caelestem corpori mancipaverunt,
 libidinibus suæ permittunt, tanquam secum abla-
 tari voluptatē, quam momentis omnibus capere
 festinant, cum animus ministerio corporis, non
 corpus ministerio animi vii debeat. Inde maxi-

mum bonum iudicāt opes: quas si bonis artibus
 assequi non possunt, malis assequuntur, fraudāt,
 rapiūt, spoliant, insidiātur, abiurāt: nihil deniq;
 moderati aut pensi habent, dummodo auro coru
 scent, argento, gemmis, vestibus fulgeant, auidis
 sumo ventri opes suggerāt, stipati familiarū gre
 gibus, det^o dimotum populum semper incedant.

• domitū Sic addicti, & seruientes voluptatibus, vim ri
 goremq; mētis extinguūt: & cūm viuere se ma
 ximē putant, ad mortem cōcitatisimē properāt.
 Nam, sicut in secundo libro docuimus, calis ratio
 in animo, terra autem in corpore est: qui bona
 negligunt animi, & corporis appetunt, in tene
 bris ac morte versantur, quæ sunt terre, atq; cor
 poris: quia vita, & lumen à celo est: cuius quo
 niam expertes sunt corpori seruendo, longē ab
 sunt ab intellectu rerum diuinarum. Eadem nō
 seros ubiq; cecitas premit: sicut enim qui sū
 verus Deus, ita qui sit verus cultus, ignorant.

De falsorum deorum, & veri Dei cultu.

CAP. II.

Caute
 lege.

Mactant igitur opimas & pingues hostias
 Deo quasi esurienti, profundunt vina
 tanquam sitenti, accendunt lumina velut in
 tenebris agenti. Quod si suspicari, aut percipere
 animo possent, quæ sint bona illa caelestia, qua
 rii magnitudinē, terreno adhuc corpore obuolu
 ti sensu capere nō possumus, iam se cum his offi
 cū inanimibus, stultissimos esse cognoscant. Vel si
 caeleste lumen, quod dicimus solem, contemplari
 velint,

velint, iam sentient quòd non indigeat lucernis
 eorum Deus, qui ipse in vsum hominis tam cla-
 ram, tam candidam lucem dedit: & tamè cum
 in tam paruo circulo, qui propter longinquitatè,
 non amplius, quàm humani capitis videtur ha-
 bere mèsuram, tantum sit fulgoris, vt eum mor-
 talium luminum acies nò^{*} queat conueri: & si * valeat
 paulisper intenderis, hebetatos oculos caligo ac
 tenebre consequantur: quid tandè luminis, quid
 claritatis apud ipsum Deum, penes quem nulla
 nox est, esse arbitremur? qui hanc ipsam lucem
 sic moderatus est, vt neque nimio fulgore, neque
 calore vehementi noceret animantibus: tantūq;
 istarum rerum dedit ei, quantum aut mortalia
 corpora pati possent, aut fugum maturitas po-
 stularèt. Num igitur mentis sue compos putan-
 dus est, qui auctori & datori luminis, cande-
 larum ac cerarum lumen offert pro munere?
 Aliud verò à nobis ille exigit lumen, & qui-
 dem non fumidum, sed (vt ait poëta) liquidum
 atq; clarum, mentis scilicet, propter quod à poë-
 tis Quis nuncupatur, quod exhibere non potest,
 nisi qui Deum agnouerit. Illorum autem Dii,
 quia terreni sunt, egent luminibus, ne in tene-
 bris sint: quorum cultores, quia caeleste nihil
 sapiunt, etiam religiones, quibus deseruiunt, ad
 terram reuocant. In ea enim lumine opus est,
 quia ratio eius, & natura senebrosa est. Itaque
 Dii non caelestem sensum, sed humanū potius
 attribuunt, ideoq; illis necessaria, & grata cre-
 dunt

diuit esse, quæ nobis, quibus aut esuriētibus opus
est cibo, aut sitientibus potu, aut veste argenti-
bus, aut cum sol decesserit, lumine, vt videre pos-
simus. Nullis igitur ex rebus tam probari vni-
uelligi potest, neos istos, cum aliquando vixerint,
mortuos esse, quam ex ipso ritu, qui est totus è
terra. Quid enim celestis in se boni potest ha-
bere pecudum sanguis effusus, quo aras inqui-
nant? nisi forte deos existimât eo vesci, quod ho-
mines aspernâtur attingere. Et quisquis illis hæc
sacram præstiterit, quamuis grassator ille, adul-
ter, venepicus, parricida sit, beatus, ac felix erit.
Hunc diligunt, hunc tuentur, huic omnia, que
optauerit, præstant. Merito ergo Persius huius-
cemodi superstitiones suo more deridet:

- Quæ tu (inquit) mercede decorum

Emeris auriculas, pulmone, & lactibus vinctis?
Sentiebat videlicet, non carne opus esse ad pla-
candam celestem maiestatem, sed mente sancta,
& iusto animo, & pectore, (vt ipse ait) quod
naturali sit honestate generosum. Hæc est religio
celestis, non que constat ex rebus corruptis, sed
que virtutibus animi, que oritur è celo. Hic ve-
rus est cultus, in quo mens colentis, se ipsam Deo
immaculatam victimam sistit. Id autem ipsum
quomodo consequendum, quomodo præstandum
sit, docebit huius libri disputatio. Nihil enim tam
præclarum, hominibusq; conueniens potest esse, quam
erudire homines ad iustitiam. Apud Ciceronem
Catulus in Hortensio philosophiam rebus omni-
bus

bus preferens, malle se dicit, vel unum paruum
de Officio libellum, quàm longam orationem pro
fediti, sò homine Cornelio. Quæ sententia non
viti; Caruli, qui illud fortasse non dixit, sed Cice
ronis est putanda, qui scripsit. Credo vt libellos,
quos ac Officijs erat scripturus, commendaret: in
quibus ipsis, nihil esse testatur in omni philoso
phia melius, & fructuosius, quàm præcepta vita
dare. Quòd si hoc illi faciunt, quibus non est ve
ritas cognita, quanto magis nos facere debemus,
qui à Deo eruditi, & illuminati, possumus vera
præcipere? Nec tamè sic docebimus, vt quasi pri
ma virtutis elemèta tradamus, quod est infinitum,
sed tanquam docendum suscepimus eum, qui
apud illos iam perfectus esse videatur. Manent
enim præcepta eorum, quæ solent ad pro
bitatem rectè dari, ignota illis superstruemus, ad
perficiendam, consummãdamq; iustitiam, quam
non tenent. Ea verò, quæ possunt cum illis esse
communia, prætermittam: ne quid ab ijs videar
mutuari, quorum errores coarguere atq; aperte
decreuerim.

De viis vitæ; & de vitiis & virtutibus: de cæ
li præmiis, & infernorum poenis.

C A P. III.

Duæ sunt viæ, † Constantine Imperator, † per
quas humanam vitam progredi necesse
est: una, quæ in cælum ferat: altera, quæ ad infe
ros deprimat: quas & poeta in carminibus, &
philosophi in disputationibus suis induxerunt.

1 3 Et

Et quidem philosophi alteram virtutum esse voluerunt, alteram vitiorum: eamque, que sit assignata virtutibus, primo aditu esse arduam, & conflagosam, in qua si quis difficultate superatus, in summum eius euaserit, habere eum de cetero planum iter, lucidum, amœnumque campum, & omnes laborum suorum capere fructus uberes atque iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos in eam vitiorum viam labi, atque deflectere, que primo ingressu sit quasi amœna, multoque iuciosior: deinde cum in eam paulo ulterius processerint, amœnitatis eius speciem repente subduci, exoriri autem viam præcipitem, nunc faxinâ asperam, nunc obductam sentibus, nunc gurgitibus intercisam, vel torrentibus rapidam, ut laborare, herere, labi, cadere sit necesse. Que omnia eo proferuntur, ut appareat, in virtutibus capiendis, labores esse maximos: in perceptis autem maximos fructus, & solidas atque incorruptas voluptates: vitia verò quibusdam delinimentis naturalibus allicere animos hominum, & inanum incūditatum specie captos, ad acerbam amaritudinem, miseriamque perducere. Inopiens profusè disputatio, si virtutum ipsarum formis atque terminos scirent. Non enim didicerat, vel que sint, vel quid eas mercedis à Deo maneat, quod nos his duobus libris docebimus. Hi verò, qui ignorabāt, aut dubitabāt, animas hominum immortales esse, & virtutes & vitia terrenis honoribus aut pœnis æstimauerunt.

Omnia

Omnis ergo hæc de duabus vijs disputatio, ad
 frugalitatem ac luxuriam spectat. Dicunt enim
 humana vite cursum *r*, literæ esse simile, quod
 unusquisq; hominum, cum primum adolescentiæ
 lumen attigerit, & in eum locum venerit, par-
 tem ubi se via findit in ambas, hereat nubi abun-
 dus, ac nesciat in quam se partem potius incli-
 net, si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad me-
 liora titubantem, hoc est, si aut philosophiam di-
 dicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honeste ar-
 tis, quò euadat ad bonam frugem, quod fieri si-
 ne maximo labore non potest, honestam ac co-
 piofam vitam disputant peracturum. Si ve-
 rò doctorem frugalitatis non inuenerit, in sini-
 stram viam, quæ melioris speciem mentia-
 tur, incedere, id est, desidiæ, inertie, luxuriæ se
 tradere, quæ suauis quidẽ videntur ad tempus,
 vera bona ignorant, post autem amissa omni
 dignitate, ac re familiari, in omnibus miserijs,
 ignominiaq; victurum. Ad corpus ergo, & ad
 hanc vitam, quam in terra ducimus, fines earum
 viarum retulerunt. Poète fortasse melius, qui hoc
 biuium apud inferos voluerunt esse. Sed in eo ful-
 luntur, quod eas vias mortuis proposuerunt.
 Vtriq; ergo verè, sed tamen utrique non rectè,
 quia oportuit vias ipsas ad vitam, fines earum
 ad mortem referri. Nos igitur melius, & ve-
 rius, qui duas istas vias, celi & inferorum esse
 dicimus, quia in istis immortalitas, in istis pœna
 eterna proposita est. Quomodo autem via iste

vel in celum tollant, vel ad inferna precipitent, explicabo: aperiamque, quae sint virtutes, quas philosophi nescierunt: tum earum quae sint praemia, simul etiam quae sint vitia, quae ue eorum supplicia monstrabo. Nam fortasse aliquis expectet, ut separatim de vitijs ac virtutibus dicam, cum de bono aut malo differentibus nobis, etiam quod est contrarium possit intelligi. Sive enim virtutes inseras, vitia sua sponte decedent, sive etiam vitia eximas, virtutes vltro subibunt: sic bonorum, ac malorum constituta natura est, ut se inuicem semper oppugnent, semper expellant. Ita fit, ut neq; vitia detracti sine virtutibus possint, nec virtutes inseri sine detractioe vitiorum. Haec igitur vias longè aliter inducimus, quam induci à philosophis solent. Primum, quod utriq; propositum esse dicimus ducem, vtrunq; immortalem: sed alterum honoratum, qui virtutibus ac bonis praesit, alteru damnatum, qui vitijs, ac malis. Illi autem in dexteriore cauum via ducem ponunt, neq; vnum, neq; perpetuum. Si quidem quemlibet doctore bone artis inducunt, quia desideria reuocet homines, et frangi esse doceat. Sed neq; ingredi faciunt in eam viam, nisi pueros, et adolescentes, videlicet quod artes in his discantur etatibus. Nos autem, omnis sexus, et generis, et etatis, in hoc caeleste iter inducimus: quia Deus, qui eius via dux est, immortalitatem nulli homini nato negat. Forma quoq; ipsarum viarum non ita est, ut illi putauerunt.

rerunt. Quid enim opus est *X*, litera in rebus contrariis, atq; diuersis? Sed altera illa melior, conuersa est ad Solis ortum, altera illa deterior ad occasum: quoniam qui veritatem ac iustitiam sequuntur, is accepto immortalitatis premio ferenni luce potietur: qui autem ab illo malo duce illectus praetulerit vitia virtutibus, mendacium veritati, necesse est ad occasum & tenebras deferatur. Describam igitur utranq; & earum proprietates habitusq; monstrabo.

De vijs vitæ, & voluptatibus, & incommo-
dis Christianorum. C A P. IIII.

Vna est itaq; virtutis ac bonorum via, que fert non in Elysios campos, (vt poeta loquuntur) sed ad ipsam mundi arcem:

- At leua malorum

Exerces poenas, & ad impia tartara mittit.
Est enim crinatoris illius, qui prauis religionibus institutis, auertit homines ab itinere caelesti, & in viam perditionis inducit. Cuius via species & figura sic est composita in aspectu, vt plana & patens, & omni genere florum atque fructuum delectabilis esse videatur. In ea enim
* posuit Deus omnia, que pro bonis habentur in terra, opulentiam dico, honorem, quietem, voluptatem, illecebras omnes: sed cum his pariter iniustitiam, crudelitatem, superbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatem, discordiam, ignorantiam, mendacium, stultitiam, ceteraq; vitia. Exitus autem huius via talis est: Cum ventum

* posita
sunt oia.

R S fuerit

fuerit ad extremum, vnde iam regredi nō licet,
 cum omni sua pulchritudine tam subito præcidi-
 tur, vt non antè quis fraudem prospicere possit,
 quàm præcipitatus in altitudinem profundam
 cadat. Quisquis enim præsentium bonorum specie
 captus, & in his consequendis, ac fruendis occu-
 patus, non præviderit ea, quæ post mortē secutu-
 ra sunt, seq; à Deo auerterit: is certò ad inferos
 deiectus, in æternam damnabitur pœnam. Vis
 ergo illa celestis, difficilis, & cliuosa propofita
 est, & spinis horrentibus aspera, vel saxis ex-
 santibus impedita: vt cum summo labore, ac pe-
 dum tritu, cumq; magna cadendi sollicitudine sit
 cuiq; gradiendum. In hac posuit iustitiam, tem-
 perantiam, patientiam, fidem, castitatem, absti-
 nentiam, concordiam, scientiam, veritatem, sa-
 pientiam, ceterasq; virtutes, sed simul cum his
 paupertatem, ignominiam, laborem, dolorem,
 amaritudines omnes. Quisquis enim spem suam
 porrexerit longius, & meliora maluerit, carebit
 his terra bonis, vt expeditus ac leuis difficulta-
 tem vie superet. Nec enim potest, qui se appu-
 ratu regio circumdederit, aut diuitis oneraue-
 rit, angustias illas vel ingredi, vel tenere. Vnde
 intelligitur idcirco malis, et iniusti facilius pro-
 venire, quæ cupiam, quia prona & decliuus est
 eorum via: boni autem, quæ optent difficilè pro-
 cedere, quia difficilis & arduo itinere gradiun-
 tur. Iustus ergo, quoniam durum, asperumq; iter
 ingressus est, contemptui, derisui, odio sit, necessi-
 est.

est. Omnes enim quos cupiditas aut voluptas precipites trahit, invident ei, qui virtutem capere potuit: & iniquè ferunt id habere aliquem, quod ipsi non habent. Erit itaq; pauper humilis, ignobilis, subiectus iniurie, & tamen omnia, quæ amara sunt, perferens. Et si patientiam iugem, ad summum illum gradum, finemq; perduxerit, dabitur ei corona virtutis, & à Deo pro laboribus, quos in vita propter iustitiam pertulit, immortalitate donabitur. Hæ sunt viæ, quæ Deus humane vite assignavit, in quibus singulis & bona ostendit, & mala, sed ordine præpostero, atq; conuerso. In vna enim monstrauit temporalia prius mala cum æternis bonis, qui est ordo melior: in altera, temporalia prius bona, cum æternis malis, qui est ordo deterior: ut quicumq; præsentia mala cum iustitia delegerit, maiora & certiora consequatur bona, quam fuerunt illa, quæ spreuit: quisquis autem præsentia bona preposuerit iustitiæ, in maiora, & longiora incidet mala, quàm fuerunt illa, quæ fugit. Hæc enim vita temporalis, quia breuis est, idcirco & bona eius, et mala, breuia sint, necesse est. Illa verò spiritalis, quæ huic terrene contraria est, quoniam sempiterna est, idcirco & bona eius & mala sempiterna sunt. Ita fit, ut & bonis breuibus mala eterna, & malis breuibus bona eterna succedant. Itaque cum simul proposita sint homini bona & mala, considerare vnumquonq; secum decet, quanto satius sit, perpetuis bonis

bonis mala breuia pensare, quàm pro breuibus
 & caducis bonis mala perpetua sustinere. Nam
 sicut in hoc seculo, cum est propositum cum hoste
 certamen, prius laborandum est, vt sis postmo-
 dum in otio, esuriendum, sitiendum, estus, frigo-
 ra perferenda, humi quiescendum, vigilandum,
 periclitandum est, vt saluis pignoribus, & do-
 mo & re familiari, & omnibus pacis ac victo-
 riæ bonis persui possis: sibi autem presens otium
 malueris, quàm laborem, malis tibi maximum
 facias necesse est. Preoccupabit enim aduersa-
 rius non resistentem, vastabuntur agri, diripie-
 tur domus, in prædam vxor ac liberi venient,
 & tu ipse interficere, aut capere. Quæ omnia
 ne accidant, presens commodum differendum
 est, vt maius, longiusq; pariat. Sic in omni hac
 vita, quia nobis aduersarium Deus reseruauit,
 vt possemus capere virtutem, omittenda est præ-
 sens voluptas, ne hostis opprimat, vigilandum,
 stationes agenda, militares expeditiones cœuen-
 de, fundendus ad vltimum cruor, omnia deniq;
 amara & graua; patienter ferenda, eo quidem
 promptius, quo nobis imperator noster Deus
 premia pro laboribus eterna constituit. Et cum
 in hac terrena militia, tantum homines labori
 exhauriant, vt ea sibi pariant, quæ possunt e-
 dem modo perire, quo parata sunt: certè nobis
 nullus labor recusandus est, quo id acquiratur,
 quod nullo modo possit amitti. Voluit enim
 Deus, qui homines ad hæc militiã genuit, expe-
 ditos

ditos in acie stare, & intentis acriter animis, ad
 * inuisibilis hostis insidias, vel apertos impetus * vnus
 vigilare: qui nos, sicut periti, & exercitati duces
 stent, varijs artibus captat, pro cuiusq; natura
 & moribus seuiens. Alijs enim cupiditatem in-
 satiablem immittit, vt opibus suis tanquam
 compedibus illigatos, à via veritatis excutiat.
 Alios inflammat ire stimulis, vt ad nocendum
 potius intentos, à Dei contemplatione detor-
 queat. Alios immoderatis libidinibus immer-
 git, vt voluptati, & corpori seruentes, ad virtus
 tem respicere nò possint. Alijs verò inspirat in-
 uidiã, vt suis ipsi tormentis occupati, nihil co-
 gitent aliud, nisi eorù, quos oderint, felicitatem.
 Alios inflammat ambitionibus. Is sunt, qui ad
 gerendos magistratus omnem vite sue operam,
 curamq; conuertunt, vt factos signent, & auiis
 nomen imponant. Quorundam cupiditas tendit
 altius, non vt prouincias temporali gladio re-
 zant, sed vt infinita & perpetua potestate do-
 minos se dici velint vniuersi generis humani,
 Quos autem pios viderit, vanus implicat reli-
 gionibus, vt impios faciat. Is verò, qui sapien-
 tiam querunt, philosophiam in oculos impingit,
 vt specie lucis excæcet, ne quis comprehendat
 ac teneat veritatem. Sic hominibus obstruxit
 a litus omnes, & obsepsit vias, publicis letus er-
 roribus: quos vt discutere possemus, ipsumq; au-
 rorem malorù vincere, illuminauit nos Deus, &
 armavit vera, celestiq; virtute, de qua mihi * firmavit
 nunc

nunc differendum est.

De falsa virtute, & eadem vera, & scientia.

C A P. V.

Sed prius quam singulas virtutes exponere incipiam, determinanda est ipsa virtus, quam non recte philosophi definiuerunt, quid esset, aut in quibus rebus, quid operis, quid habeat officij. Nomen itaque solum retinuerunt, vim vero, & rationem, & effectum perdiderunt. Quæcumque autem in definitionem virtutis solent dicere, patet versibus colligit & enarrat Lucilius: quæ malo equidem ponere, ne dum multorum sententias refello, sim longior, quam necesse est:

*Virtus, Albine, est, pretium persolvere verum,
Quæ inuersamur, quæ in viuimus reb^a adesse.
Virtus est homini, scire id, quod quæque ha-
beat res.*

*Virtus scire homini rectam, utile, quid sit ho-
nestum,*

*Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, tur-
pe, inhonestum.*

Virtus, querenda finem rei scire, modumq;

Virtus, diuini pretium persolvere posse.

Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori

Hosti esse, atq; inimicū hoim, morūq; malorū

Contra defensore hominū, morumq; bonorum.

*Hos magnificere, his bene velle, his viuere
amicum.*

Commoda præterea patrie sibi prima putari

Deinde parētū, tertia iam postremaq; nostra.

In his definitionibus, quas poeta breuiter com-
 pendit, M. Tullius traxit officia videndi, Pa-
 necium Stoicum secutus: eaq; tribus volumini-
 bus inclusit. Hæc autem quam falsa sint, mox vi-
 debimus, ut appareat, quantum in nos dignatio
 minima constulerit, quæ nobis aperuit veritatem.
 Virtutem esse dixit, scire, quid sit bonum, & ma-
 lum, quid turpe, quid honestum, quid utile, quid
 minus: breuius facere potuit, si tantum bonum
 ac malum diceret, quia nihil potest esse utile, vel
 honestum, quod non idem bonum sit: nihil inuile
 ac turpe, quod non idem malum. Quod & phi-
 losophis videtur, et idem Cicero in tertio supra-
 dicti operis libro ostendit. Verum scientia non
 potest esse virtus, quia non est intus in nobis, sed
 ad nos extrinsecus venit. Quod autem transire
 ab altero ad alterum potest, virtus non est: quia
 virtus sua cuique est. Scientia igitur alieni bene-
 ficium est, quia posita est in audiendo. Virtus tota
 nostra est, quia posita est in voluntate faciendi
 bona. Sicut ergo in itinere celerando nihil pro-
 dest viam nosse, nisi conatus ac vires suppe-
 rant ambulandi: ita verò scientia nihil prodest,
 si virtus propria deficiat. Nam fræ etiam hi, qui
 peccant, & si non perfecte, tamen quid sit bo-
 num & malum sentiunt: & quoties aliquid im-
 probe faciunt, peccare se sciunt, & ideo celare ni-
 tuntur. Sed cum eos boni & mali natura non fallat,
 cupiditate mala vincuntur, ut peccent: quia de-
 stitit illis virtus, id est, cupiditas recta, & honestas
 facien-

beneficium.

faciendi. Ex hoc igitur apparet, aliud esse scientiam boni maliq; aliud virtutē quia potest esse scientia sine virtute, sicut in plurimis philosophorum fuit. In quo, quoniam recte ad culpam pertinet, non fecisse, que scieris recte, voluntas prava & vitiosus animus, quem ignoratio excusare non potest, punietur. Ergo sicut virtus non est, bonum ac malum scire: ita virtus est, bonum facere, malum non facere. Et tamen scientia sic cum virtute coniuncta est, ut scientia precedat virtutem, virtus sequatur scientiam: quia nihil prodest cognitio, nisi & actio subsequatur. Horatius igitur paulo melius definiuit:

*Virtus est, vitium fugere, et sapientia prima,
Stultitia caruisse.* -

Sed inepte, quod eam contritio terminavit, ut si diceret: Bonum est, quod malum non est. Cum enim quid sit virtus, nescio, ne vitium quidem quid sit, scio. Vtrumq; igitur indiget definitione: quia natura rei talis est, ut utrumq; aut intelligi aut non intelligi sit necesse. Verum nos faciamus quod ille debuit. Virtus est iram cohibere, cupiditatem compestere, libidinem refranare, id est enim vitium fugere. Nam ferè omnia, que sunt iniuste atq; improbè, ab his oriuntur affectibus. Si enim commotionis huius, que ira dicitur, impetus retundatur, omnes hominum contentione male sopietur, nemo insidabitur, nemo profectus ad nocendum. Item si cupiditas temperetur, nemo terra, mariq; grassabitur, nemo exercitum

ducet,

ducet, ut rapiat & vastet aliena. Item si ardor
 libidinum comprimatur, omnis etas & sexus re-
 tinebit suam sanctitatem, nemo quicquam pu-
 dendum aut patietur, aut faciet. Ergo vniuersa
 scelera, & flagitia his commotionibus virtute
 sedatis, ex hominum vita moribusq; tollentur.
 Quae sedatio commotionum, & affectuum hanc
 habet rationem, ut omnia* recta faciamus. Omnis * 1008
 igitur virtutis officium est non peccare: quo pro-
 fecto fingi non potest qui Deum nescit: quo-
 niam ignoratio eius, à quo bona oriuntur, im-
 prudentem impingat in vitia necesse est. Itaque
 ut breuius & significantius vtriusq; rei summa
 officia determinemus, scientia est, Deum nosse:
 virtus, colere. In illo sapientia, in hoc iustitia
 continentur.

De summo bono, & virtute, scientia, iustitia.

CAP. VI.

Dixi, quod erat primum, scientiam boni non
 esse virtutem: deinde, quid sit virtus, &
 in quo sit. Sequitur, ut id quoq; ipsum, quid sit
 bonum & malum, nescisse philosophos, breuiter
 ostendam: quod bene declaratum est libro tertio,
 in quo de summo bono disputatè. Quia autè, quid
 esset summum bonum, nescierunt, & in ceteris
 bonis, malisque, quae summa non sunt, errauerunt
 necesse est: quod non potest vero iudicio exami-
 nare, qui fontem ipsum non tenet, vnde illi de-
 scendunt. Fons autem bonorum Deus est, malo-

rum verò ille scilicet, diuini nominis semper inimicus, de quo saepe diximus. Ab his duobus principijs, bona malaq; oriuntur. Quae veniunt à Deo, hanc habent rationem, vt immortalitatem patret, quod est summum bonum: quae autem ab illo altero, id habent officium, vt à celestibus auocatum, terrenisq; demersum, ad poenam interficiat sempiternam, quod est summum malum. Non igitur dubium est, quin illi omnes, quid esset bonum & malum, ignorauerint, qui nec Deum, nec aduersarium Dei scierint. Itaq; finem bonorum ad corpus, & ad hanc breuè vitam retulerunt, qui scilicet solui et occidere necesse est: non sunt progressu ulterius: sed omnia eorum praecepta, & omnia, quae inducunt, bona, terra inhaerent, et homini iacent: quouiam simul cum corpore, quod est terra, moriuntur. Pertinent enim non ad vitam homini comparandam, sed ad parendas, vel auergendas opes, honores, gloriam, potentiam, quae sunt vniuersa mortalia, tam scilicet, quam ille, qui vt ea sibi contingerent, laborauit. Hinc est illud:

Virtus, querenda finem rei scire, modumq; Praecipunt enim quibus modis, & quibus artibus res familiaris querenda sit, quia vident male queri solere. Sed huiusmodi virtus non est proposita sapienti. Nec enim virtus est, opes querere, quarum neque inuentio, neque possessio in nostra potestate est. itaque & questus, & obtinendae faciliores sunt malis, quam bonis. Non potest ergo virtus esse in ijs rebus querendis, in quarum

contem

contemptu, vis ac ratio virtutis apparet, nec ad ea ipsa transfugiet, quæ magno, ac excelsa animo calcare, ac poterere gessit: neque fas est, animam caelestibus intentam bonis, ut hæc fragilia sibi comparet, ab immortalibus suis operibus auocari. Sed potissimum in ijs rebus comparandis, virtutis ratio consistit, quas nobis, nec homo ullus, nec mors ipsa possit auferre. Cùm hæc ita se habeant, illud, quod sequitur, verum est:

Virtus, diuitijs pretium persolvere posse.

Qui versus idem serè significat, quod primi duo: sed neque ipse, neque quisquam philosophorum scire potuit, pretium ipsum vel quale, vel quod sit. Id enim poeta, et illi omnes, quos secutus est, præcauerunt, rectè opibus uti, hoc est, frugi esse, non instruere conuiuia sumptuosè, non largiri temerè, non effundere in res superuacuas, aut turpes rem familiarem. Dicet aliquis fortasse, Quid tu? Negasne hanc esse virtutem? Non equidem nego: contraria enim videar probare, si negem. Sed veram nego, quia non illa caelestis, sed tota terrena est, quandoquidem nihil efficit, nisi quod remaneat in terra. Quid sit autem rectè opibus uti, et quis sit ex diuitijs fructus petendus, declarabo apertius, cùm de pietatis officio loqui cæpero. Iam cætera, quæ sequuntur, nullo modo vera sunt. Nam improbis inimicitias indicere, aut honorum defensionem suscipere, potest cum malis esse commune. Quidam enim probitate

F 2 ficta,

ficta, viam sibi ad potentiam muniunt, faciuntq; multa, que boni solent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt. Vtinamq; tam facile esset prestare, quam facile est simulare bonitatem. Sed is, cum esse cœperint propositi ac vult sui compotes, & summum potentia sua gradum ceberint, tum verò simulatione deposita, mores suos detegunt, rapiunt omnia, & violant, et veniant: eosq; ipsos bonos, quorum causam susceperant, insequuntur, & gradus, per quos ascenderunt, amputant, ne quis illos contra ipsos possit imitari. Veruntamen putemus, hoc officium non nisi boni esse, vt bonos defendat. Ac id suscipere, facile est: implere, difficile: quia cum te certamini congressioniq; commiseris, in arbitrio Dei, non tuo, posita victoria est. Et plerunq; improbi, & numero, & conspiratione sunt potentiores quam boni, vt ad eos superandos, non tam virtus sit, quam felicitas, necessaria. An aliquis ignorat, quod aliquoties melior, iustiorq; pars victa sit? Hinc semper dominationes acerbæ in ciuitates extiterunt. Plena est exemplis omnia historia, sed nos contenti erimus vno. Cn. Pompeius bonorum voluit esse defensor: siquidem pro Republica, pro Senatu, pro libertate arma suscepit: in tamen victus, cum ipsa libertate occidit, & in spadonibus Aegyptijs dextruncatus, insepultus abiectus est. Non est igitur virtus, aut hostem malorum esse, aut defensorem bonorum: quia virtus incerti casibus non potest esse subiecta.

Comm

Commoda præterea patrie sibi prima putare.

Sublata hominum concordia, virtus nihil est omnino. Quæ sunt enim patria commoda, nisi alterius civitatis aut gentis incommoda? Id est fines propagare, alijs violenter eiectis, augere imperium, vectigalia facere maiora. Quæ omnia non utique virtutes, sed virtutum sunt everfiones. In primis enim tollitur humane societatis coniunctio, tollitur innocẽtia, tollitur alieni abstinentia, tollitur denique ipsa iustitia, quæ disfidium generis humani ferre non potest, & ubi-
cunq; arma fulserint, hinc cam figari & exterminari necesse est. Verum est enim Ciceronis illud: Qui autem civium rationem dicunt habendam, externorum negant, dirimunt hî communem humani generis societatem: quæ sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur. Nam quomodo potest esse iustus, qui nocet, qui odit, qui spoliat, qui occidit? Quæ omnia faciunt, qui patrie prodesse nituntur. Id enim ipsum prodesse, quia sit, ignorant: qui nihil putant utile, nihil commodum, nisi quod teneri manere potest: quod solum teneri non potest, quia eripi potest. Hæc itaque (ut ipsi appellant) bona quisquis patrie acquisierit, hoc est, qui everfis civitatibus, gentibusq; deletis, ærarium pecunia refoverit, agros ceperit, cives suos locupletiores fecerit, hic laudibus fertur in calum, in hoc putatur summa, & perfecta esse virtus. Qui error non modo populi, & imperitorum, sed etiam philo-

sophorum est, qui præcepta quoque dant ad iustitiam, ne stultitia ac malitiae disciplina, & autoritas desit. Itaque cum de officijs ad rem militarem pertinentibus disputant, neque ad iustitiam, neque ad veram virtutem accommodatur ratio, illa omnis oratio, sed ad hanc vitam, moremque civilem, quem non esse iustitiam, & res indicat, & ipse Cicero testatus est. Sed nos, inquit, veri iuris, germanaque iustitie solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Umbra, & imaginibus utimur: easque ipsas vitam sequeremur. Feruntur enim ab optimis natura ac veritatis exemplis. Umbra est igitur, & imago iustitie, quam illi iustitiam putauerunt. Quid sapientiam? nonne idem confitetur, in philosophis esse nullam? At cum Fabricius, inquit, fortis, aut Aristides iustus nominantur, aut ab illo fortitudinis, aut ab hoc iustitie, tanquam à sapiente petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem volumus intelligi. Nec qui sapientes habiti, & nominati, M. Cato, & C. Lelius sapientes fuerunt: nec illi quidem septem, sed ex mediorem officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant, speciemque sapientum. Si ergo & philosophis, ipsorum confessione, adempta sapientia est, & his, qui iusti habiti sunt, adempta iustitia est: omnes igitur ille virtutis descriptiones false sunt, necesse est: quia que sit virtus vera, scire non potest, nisi iustus, ac sapiens. iustus autem ac sapiens homo est, nisi quem

quem Deus præceptis celestibus erudit.

De via erroris & veritatis. CAP. VII.

Iam illi omnes, qui per aliorum confessam stultitiam sapientes existimantur, specie virtutis inducti, umbras, & imagines apprehendunt, nihil verum: quod ea sit ratione, quoniam via illa mendax, que fert ad occasum, multos tramites habet propter studiorum & disciplinarum varietatem, que sunt in vita hominis dissimiles atq; diuersa. Nam sicut via illa sapientia habet aliquid simile stultitiæ, quod libro præcedente monstrauimus: ita hæc, cum sit tota stultitiæ, habet aliquid simile sapientiæ, quod arripiunt ij, qui stultitiam publicam intelligunt: & ut habet vitia manifesta, sic habet aliquid, quod simile virtuti esse videatur: ut habet apertum scelus, sic imaginem quandam, speciemq; iustitiæ. Quomodo enim præcursor eius viæ, cuius vis, & bonestas omnis in fallendo est, vniuersos in se rudens posset inducere, nisi verisimilia hominibus ostentaret? Dedit enim, ut immortale illud arcanum eius in aperto esset, posuit in via sua, que homines pro malis, & turpibus aspernarentur, ut auersi à sapientia, & veritate, quam sine villo duce requirebant, in id ipsum inciderent, quod vitare cupiebant. Itaq; illum herditionis, ac mortis viam multiplicem ostendit, vel quòd multa sunt genera vitæ, vel quòd Dÿ multi, qui coluntur. Huius dux præuaricator, ac subdulus, ut videatur esse discrimen aliquod falsi & veri,

mali ac boni, alia ducit luxuriosos, alia eos, qui fugi appellantur, alia imperitos, alia doctos, alia inertes, alia strenuos, alia stultos, alia philosophos, & eos quidem non vno tramite, illos enim, qui, aut voluptates, aut diuitias non refugunt, ab hac publica, & celebri via modicè segregat: eos autem, qui aut virtutem sequi volunt, aut contemptum rerum profitentur, per confragosa quadam precipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera, que speciem bonorum ostentant, non sunt alie via, sed diuerticula, & semite, que videntur quidem ab illa communi dextrosorsum separari, ad eandem tamen, & ad vnum omnes exitum sub ipso fine referuntur. Ibi enim dux ille coniungit omnes, vbi opus fuerat, bonos à malis, fortes ab inertibus, sapientes à stultis separari: in Deorum scilicet cultu, in quo ille vniuersos (quia sine vilo discrimine stulti fuerunt) vno mucrone iugulat, & precipitat in mortem. Hac autem via, que est sapientie, & veritatis, & virtutis, & iustitie, quorum omnium fons vnus est, vna vis, vna sedes, & simplex est, quòd paribus animis, summaq; concordia vnum sequimur & colamus Deum: & angusta, quoniam paucioribus virtus data est: & ardua, quoniam ad bonum, quod summum est, atque sublime, nisi cum summa difficultate, ac labore non potest perueniri.

De erroribus philosophorum, & varietate legitima.

CAP. VIII.

Hæc

Hæc est via, quam philosophi querunt: sed
 Hideo non inueniunt, quia in*terra potius,
 ubi apparere non potest; querunt *Errant
 velut in mari magno, nec quò ferantur intelli-
 gunt, quia nec viam cernunt, nec ducem sequuntur
 ullum. Eadem namq; ratione hanc vitæ viam
 queri oportet, qua in alto iter nauibus queri-
 tur: quæ nisi aliquod celi lumen obseruent, incer-
 tis cursibus vagantur. Quisquis autem rectum
 iter vitæ tenere nititur, non terram debet aspi-
 cere, sed celum, & (vt apertius loquar) non ho-
 minem sequi debet, sed Deum: non his terrestri-
 bus simulacris, sed Deo seruire celesti: non ad
 corpus referre omnia, sed ad mentem: non huic
 vitæ dare operam, sed æternæ. Itaque si oculos in
 celum semper intendas, & solem, quæ oritur, ob-
 serues, euniqu; habeas vitæ, quasi nauisq; ducem,
 sua sponte in viam pedes dirigentur: & illud ca-
 leste lumen, quod sanis mentibus multo clarius
 sole est, quàm hic, quem carne mortali videmus,
 sic reget, sic gubernabit, vt ad summum sapien-
 tiæ, virtutisq; portum sine vllò errore perducatur.
 Suscipienda igitur Dei lex est, quæ nos ad hoc
 iter dirigat, illa sancta, illa celestis, quam Mar-
 cus Tullius in lib. de Repub. tertio penè diuina
 voce depinxit, cuius ego, ne plura dicerem, verba
 subiici: Est quidam vera lex, recta ratio, naturæ
 congruens, diffusæ in omnes, constans, sempiter-
 na, quæ vocet ad officium, iubendo, vetando, à
 fraude deterreat: quæ tamen neq; probos frustra

iubet, aut vetat: nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi nec propagari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neq; tota abrogari potest. Nec verò aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus. Neque est querendus explanator, aut interpres \dagger eius \dagger alium. Nec erit alia lex Rome, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: sed $\&$ omnes gentes, $\&$ omni tempore vna lex, $\&$ sempiterna, $\&$ immutabilis continebit: vnusq; erit communis quasi magister, $\&$ imperator omnium Deus: ille legis huius inuentor, disceptator, lator, cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur: hoc ipso luet maximas pœnas. etiam si cetera supplicia, que putantur, effugerit. Quis sacramentum Dei sciens tam significanter enarrat legem Dei possit, quàm illam homo tonge à veritatis noticia remotus expressit? Ego verò eorum qui vera imprudenter loquuntur, sic habendos puto, tanquam diuinent spiritum aliquo instincti. Quod si, vt legis sancte vim rationemq; peruidet, ita illud quoque scisset, aut explicasset, in quibus præceptis lex ipsa consisteret, non philosophi fuisset sanctus officio, sed propheta. Quod quia facere ille non poterat, nobis faciendum est, quod ipsa lex tradita est illo vno magistro $\&$ imperatore omnium Deo.

De lege, & præcepto Dei, & misericordia, & errore philosophorum.

C A P. I X.

Hinc

Huius legis caput primum est, ipsum Deum
 nosse, soli obtemperare, solum colere. Non
 potest enim rationem hominis obtinere, qui pa-
 rentem animam suam Deum nescit, quod est sum-
 mum nefas. Quae ignorantia facit, ut Deus alienis
 seruiat: quo nihil sceleratius committi potest.
 Hinc iam procliuus est ad malitiam gradus per
 ignorantiam veri, ac singularis boni: quia Deus
 quem nosse refugit, fons est ipse bonitatis. Vel
 si iustitiam sequi vult Dei, aivini tamen iuris
 ignarus. gentis suae leges, tanquam verum ius
 amplectitur, quas non utique iustitia, sed uti-
 litas reperit. Cur enim per uniuersos populos di-
 uersa et varia iura sunt condita, nisi quod vna-
 quaque gens id sibi sanxit, quod putauit rebus
 suis utile? Quantum autem à iustitia recedat uti-
 litas, populus ipse Romanus docet, qui per fecia-
 les bella indicendo, et legitime iniurias inferen-
 do, semperque aliena* capiendo, atque rapiendo, *cupiēdo,
 possessionem sibi totius orbis comparauit. Verum
 si se iustos putant, si contra leges suas nihil fa-
 ciant: quod etiam timori adscribi potest, si presen-
 tum poenarum metu, sceleribus abstineant. Sed
 concedamus sanè, ut id natura, vel (ut ait phi-
 losophus) sua sponte faciant, quod legibus facere
 coguntur. Num id, irco iusti erant, quia parent
 instituti hominum, qui et ipsi aut errare, aut
 iniusti esse docuerunt? Sicut illi duodecim Tabu-
 larum conditores, qui publica utilitati pro con-
 ditione temporum seruiuerunt. Aliud est igitur
 civile

ciuile ius, quod pro moribus vbique variatur.
 Aliud est vera iustitia, quam uniformem, ac
 simplicem proposuit omnibus Deus, quam qui
 ignorat, & ipsum Deum ignoret necesse est. Sed
 putemus fieri posse, vt aliquis naturali & inge-
 nito bono, veras virtutes capiat: qualem fuisse
 Cimone[m] Athenis accepimus, qui & egentibus
 stipem dedit, & pauperes inuitauit, & nudos
 induit. Tamen cum illud vnum, quod est maxi-
 mum, deest, agnitio Dei, iam bona illa omnia su-
 peruacua sunt, & inania, vt frustra in his asse-
 quendi laborauerit. Omnis enim iustitia eius,
 similis est humano corpori caput non habenti, in
 quo tamen si membra omnia & locis suis consistunt,
 & figura, & habitudine, tamen quoniam deest
 id, quod est omnium principale, & vita, & omni
 sensu caret. Itaque membra illa formam tantum
 modo membrorum habent, usum non habent,
 tam scilicet quam caput sine corpore. Cui similis
 est, qui cum Deum non ignoret, vivit iniuste. Id
 enim solum habet, quod est summum, sed fru-
 stra, quoniam virtutibus tanquam membris eget.
 Itaque vt sit viuum ac sensibile corpus, & agni-
 tio Dei necessaria est, quasi caput, et omnes vir-
 tutes, quasi corpus: ita fiet homo perfectus, ac vi-
 uus. Sed tamen summa omnis in capite est, quod
 quamuis constare non possit sine omnibus, sine
 quibusdam tamen potest. Et erit quidem anima
 vitiosum, ac debile, sed tamen viuet: sicut
 qui & Deum nouit, & in aliqua re peccat.

Dat

Dat enim veniam peccatis Deus. Itaque sine
 membris aliquibus vivi potest, sine capite nullo
 modo. Hæc res efficit, ut philosophi etiam si na-
 tura sint boni, tamen nihil sciunt, nihil sapiant.
 Omnis doctrina & virtus eorum sine capite est,
 quia Deum nesciunt, qui est virtutis, ac doctri-
 nae caput: quem qui non agnoscit, licet videat,
 cæcus est: licet audiat, surdus, licet loquatur, e-
 mus est. Cum verò conditorem rerum parietemq;
 cognoverit, tunc & videbit, & audiet, & lo-
 quetur. Habere enim caput cœpit, in quo sunt
 sensus omnes collocati, hoc est, oculi, aures, &
 lingua. Nam profectò is videt, qui veritatem, in
 qua Deus est, vel Deum, in quo^r veritas est, oculis
 cordis aspexerit: is audit, qui divinas voces
 ac præcepta vitalia pectori suo affigit: is loqui-
 tur, qui celestia differens, virtutem, ac maiesta-
 tem Dei singularis enarrat. Quare non est du-
 bium, quin impius sit, quisquis Deum non agno-
 verit, omnesq; virtutes eius, quas habere, aut te-
 nere se putat, in illa mortifera via reperiuntur,
 quæ est tota tenebrarum. Quapropter nihil est
 quòd sibi aliquis gratuletur, si has inanes virtu-
 tes adeptus est: quia non tantum miser, qui bo-
 nis presentibus careat, sed etiam stultus sic ne-
 cesse est, qui labores in vita sua maximos susci-
 piat incassum. Nam dempta spe immortalitatis,
 quam Deus pollicetur in sua religione versantibus,
 cuius assequenda gratia virtus appetenda
 est, & quicquid malorum acciderit, perferen-
 dum,

dum, maxima erit profectò vanitas, obsequi
 velle virtutibus, que frustra homini calamitates
 afferunt, & labores. Nã si virtus est egestas,
 exilium, dolorè, mortemq; qua timentur a ceteris,
 pati fortiter, ac subire: quid tandè in se boni
 habet, cur eà propter seipsam philosophi dicant
 expetenda? Nimirum supervacuis & inanibus
 pœnis delectantur, quibus licet agere tràquillè.
 Si enim mortales sunt anima, si virtus dissoluta
 corpore nihil futura est, quid fugimus attributa
 nobis bona, quasi aut ingrati, aut indigni, qui di-
 vinis muneribus perfruemur? Que bona, ut he-
 beamus, sceleratè, impièq; vitendū est: quia vir-
 tutem, id est, iustitiã, paupertas sequitur. Sanctus
 igitur non est, qui nulla spe maiore proposita, ut
 bonis, quibus ceteri utuntur in vita, labores, &
 cruciatus, & miseria anteponat. Si autem vir-
 tus (ut ab his rectissime dicitur) capessenda est,
 quia constat ad eam nasci hominem, subesse de-
 bet spes aliqua maior, que malorū, & laborū,
 quos perferre virtutis est, magnum afferet, præ-
 clarūq; solatium. Nec aliter virtus, cum per se
 dura sibi haberi pro bono potest, quàm si acerbi-
 tatem suã maximo bono penset. A què non mi-
 ter his bonis presentibus abstinendum est, quàm
 si sunt alia maiora, propter quæ tã sit & volup-
 tates omittere, & mala omnia sustinere. Ea ve-
 rò nullã sūt bona alia (ut in tertio docui libro)
 nisi perpetua vite. Hanc autè prestare quis po-
 test nisi Deus, qui virtutē ipsam proposuit? Ergo

in Dei agnitione, & cultu, rerum summa ver-
satur, in hoc est spes omnis ac salus hominum: hic
est sapientia gradus primus, ut sciāmus quis sit
nobis verus pater, eumq; solum pietate debita
prosequamur: huic pareamus, huic deuotissimè
seruiamus: in eo promerendo actus omnis, &
cura, & opera collocetur.

De religione erga Deū, & misericordia erga
hominē, deq; mundi principio. CAP. X.

Dixi, quid debeatur Deo: dicā nunc, quid
homini tribuendū sit: quanquā id ipsum,
quod homini tribuitis, deo tribuitur, quia homo
Dei simulacrū est: Sed tamen primum iustitie
officiū est, coniungi cum Deo, secundum, cum
homine. Sed illud primum, religio dicitur: hoc
secundum, misericordia, vel humanitas nomi-
natur. Quæ virtus propria est iustorū, & cultorū
Dei, quòd ea sola vitæ communis in se con-
finit rationem. Deus enim, qui cæteris animalibus
sapientiam non dedit, naturalibus ea muni-
mentis ab incurso & periculo tutiora genera-
uit. Hominem verò quia nudum, fragilemq; ser-
mauit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit
ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut ho-
mo hominem tueatur, diligat, foueat, contraq;
omnia pericula & accipiat, & præstet auxi-
lium. Summū igitur inter se hominū vinculum
est humanitas: quod qui diruperit, nefarius, &
paricida existimāndus est. Nam si ab uno homi-
ne, quē Deus finxit, omnes orimur, certò consan-
guineō

guinēs sumus: & ideo maximum scelus putandum est, odisse hominē, vel nocentem. Propter eā Deus praecepit inimicitias per nos nunquam faciendas, semper esse tollendas: scilicet ut eos, qui sint nobis inimici, necessitudinis admonitos vitigemus. Item si ab vno Deo inspirati omnes & animati sumus, quid aliud quam fratres sumus? Et equidem coniunctiores qui animis, quam qui corporibus. Itaq; non errat Lucretius cum dicit,

Deniq; caelesti sumus omnes semine oriunde
Omnibus ille idem pater est.

Ergo pro bellis immanibus sunt habendi, qui hominibus nocent, qui contra ius humanitatis, & fas omne spoliant, cruciant, occidunt, exterminant. Ob hanc necessitudinem germanitati docet nos Deus, malum nunquam facere, se d semper bonum. Id autē ipsum bene facere, quid sit, idē ipse praescribit: prestare auxilium depressis & laborantibus, impertiri victū nō habentibus. Deus enim, quoniam pius est, animal nos voluit esse sociale. Itaq; in alijs hominibus, nos ipsos cogitare debemus: nō meremur in periculo liberari, si nō succurrimus: nō meremur auxiliū si negamus. Ad hanc partem, philosophorum nulla praecepta sunt, quippe qui falsē virtutis specie capti, misericordiā de homine sustulerunt, & dum volunt sanare vitia, auxerunt. Et cum ijdem fateantur pterūq; societatis humane communionem esse retinendam, ab ea plane scipsas

inhumane sua virtutis rigore dissociant. Cōvin-
 cendus ergo etiam hic error illorum est, qui ni-
 hil cuiquam impertendum putant. Urbis con-
 dende originem, atq; causam non vnam intule-
 runt, sed alij eos homines, qui sint ex terra pri-
 mitus nati, cum per sylvas, & cāpos erraticam
 degerent vitam, nec vllō inter se sermonis ac-
 tus vinculo cohererent, sed frondes & her-
 bam pro cubilibus, speluncas & antra pro do-
 mibus haberent, bestijs, & fortioribus anima-
 libus prede fuisse commemorant. Tum eos, qui
 aut lauari effugerant, aut lauari proximos vi-
 derant, admonitos periculi sui, ad alios homines
 decurrisse, presidium implorasse, & primò nati-
 bus voluntatem suam significasse, deinde sermo-
 nis initia tentasse, ac singulis quibusq; rebus no-
 tia imponendo, paulatim loquendi perfecisse
 rationem. Cum autem nec multitudinem ipsam
 viderent contra bestias esse tutam, oppida etiā
 cepisse munire, vel, vt quietem noctis tutā sibi
 facerent, vel, vt incursiones atq; impetus be-
 starum non pugnando, sed obiectis aggeribus
 arcerent. O ingenia hominibus indigna, qua
 has ineptias protulerunt! miseros, atq; misera-
 biles, qui stultitiam suā literis, memoriq; man-
 dauerunt! Qui cum viderent mutis quoq; ani-
 malibus ingentem esse rationem vel cōuenien-
 di, vel iniuicem appetendi, vel periculi fugiendi,
 vel mali cauendi, vel* cubicula sibi & latibula * cubilia
 parandi, homines autem ipsos existimauerint

non nisi exemplis admoneri, ac discere potuissent
 quid metuere sibi, quid cauere, quid facere de-
 berent, aut nunquam conuenturos inter se fuisse,
 nec loquendi rationem reperturos, nisi eos bestiae
 comedissent. Haec alijs delira visa sunt, (vt fue-
 runt) dixeruntq; non ferarum lanialis causam
 fuisse coeundi, sed ipsam potius humanitatem
 itaque inter se congregatos, quod natura homi-
 num solitudinis fugiens, & communiois, ac so-
 cietatis appetens esset. Non magna inter eos di-
 screptatio est: Siquidem causa dispares sunt, & t
 eadem est. Potuit igitur vtrunq; quia non re-
 pugnat: sed tamen vtrunq; nullo modo verum
 est: quia non per omnem terram nati sunt homi-
 nes e terra: tanquam ex draconis alicuius denti-
 bus praeseminati, (vt poeta ferunt) sed vnus in-
 mo a Deo factus est, ab eoq; vno terra omnia
 humano genere completa est: eade scilicet ratio-
 ne, qua rursus post diluuium: quod certe nega-
 re non possunt. Nulla igitur in principio facta
 est eiusmodi congregatio, nec vnquam fuisse ho-
 mines in terra, qui praeter infantiam non lo-
 querentur, intellyet, nisi ratio non deest. rim-
 gamus tamen illa vera esse, quae otiosi, & inopi-
 senes fabulantur: vt eos potissimum sensibus &
 suis rationibus resellamus. Si hac de causa sunt
 homines congregati, vt mutuis auxilijs im-
 mitatem suam tuerentur: succurrendum est vtrun-
 que homini, qui egeat auxilio. Cum enim praes-
 entis causa homines societatem cum hominibus

inierint, & sanxerint, fœdus illud inter homi-
 nes à principio sui ortus inuitum aut violare, aut
 non conseruare, summum nefas putandum est.
 Nam qui se à præstando auxilio remouet, etiam
 ab accipiendo se remoueat, necesse est: quia nul-
 lius opera indigere se putat, qui alteri suam
 negat. Huic verò, qui se ipse dissociat, ac secernit
 à corpore, non ritu hominis, sed ferarum more
 viuendum est. Quod fieri si non potest, retinen-
 dum est igitur omni modo vinculum societatis
 humane: quia homo sine homine nullo modo po-
 test viuere. Retentio autem societatis est cõmu-
 nitas, id est, auxilium præstare, vt possimus ac-
 cipere. Sin verò (vt illi alij disputat) humanita-
 tis ipsius causa facta est hominum congregatio,
 homo certè hominem debet agnoscere. Quod si
 fecerunt illi rudes, & adhuc ferè homines, &
 fecerunt nondum constituta loquendi ratione,
 quid pusemus hominibus expolitis, & sermone,
 rerumq; omnium commercio inter se copulatis,
 esse sciendum, qui assueti hominibus, solitudi-
 nem ferre non possunt?

De personis, in quas beneficium su con-
 terendum.

C. A. P. VII.

Conseruanda est igitur humanitas, si homi-
 nes rectè dici velimus. Id autè ipsum con-
 seruare humanitatem, quid aliud est, quàm dili-
 gere hominem, quia homo sit, & idem quod nos
 sumus? Discordia igitur, ac dissensio non est
 secundum hominis rationem. Verumq; illud est

G 2

CICERO

Ciceronis, quod ait, hominem natura obedienti homini nocere non posse. Ergo si nocere homini, contra naturam est: prodesse igitur homini, secundum naturam sit necesse est. Quod qui non facit, homini se appellatione dispoliat: quia humanitatis officium est, necessitati homini, ac periculo subuenire. Quæro igitur ab ijs, qui seclæ ac misereri non putant esse sapientis, si homo ab aliqua bestia comprehensus auxilium sibi armati hominis imploret, utrumne succurrendum putent, an minimè? Non sunt tam impudentes, ut negent fieri oportere, quod flagitat, quod exposcit humanitas. Item si aliquis circumueniatur igni, ruina opprimatur, mergatur mari, flumine rapiatur, num putet hominis esse, non auxiliari? Non sunt ipsi homines, si putent. Nemo enim potest eiusmodi periculis non esse subiectus. Imò verò & hominis, & fortis vii esse dicent, seruare periculum. Si ergo in eiusmodi casibus, qui periculum vitæ homini afferant succurrere, humanitatis esse cõcedunt: quid cause est, cur, si homo esuriat, sitiatur, algeat, succurrendum esse non putent? Que cum sint paria natura, cum illis casibus fortuitis, & vnã, eandemq; humanitatem desiderent, tamen illa discernunt, quia non re ipsa vera, sed utilitate presentis omnia metiuntur. Illos enim, quos periculo surripiunt, sperant sibi gratiam relaturos. Egentes autem, quia non sperant, perire arbitrantur quicquid eiusmodi hominibus importiant. Hinc

est illa Plauti detestanda sententia :

Male meretur, qui mendico dat, quod edat:

Nam & illud, quod dat, perit :

Et illi producit vitam ad miseriam.

At enim poeta fortasse pro persona locutus est.
 Quid M. Tullius in suis Officialibus libris, nonne
 hoc idem suadet, non esse omnino largiendum?
 Sic enim dixit: *Largitio, quæ sit ex re familia-
 ri, fonte ipsum benignitatis exhaurit: ita boni-
 tate benignitas tollitur: quia quo in plures usus
 sis, eò minus in multos uti possis. Et idem paulò
 post. Quid autè est stultius, quàm quod libèter fis-
 tias, curare ut diutius facere nò possis? Videlicet
 profissor sapiètiæ refrenat homines ab humani-
 tate, monetq; ut rem familiarem diligenter custo-
 dian, malintq; arcam, quam iustitiæ cõservare.
 Quod cum intelligeret inhumanum esse, ac nesti-
 riu, mox ex alio capite, quasi actus pœnitentiæ,
 sic ait: Nonnunquam tamen est largiendum: nec
 hoc benignitatis genus omnino repudiandũ: &
 sæpe idoneis hominibus egeñtibus de re familiari
 impertiendũ. Quid est idoneis? nẽpe is, qui re-
 stitueret ac referre gratiã possint. Si nunc Cicero
 viveret, exclamare profecto: Hic hinc M. Tullii,
 aberrasti à vera iustitiã, eãq; vno verbo sustulisti,
 cũ pietatis & humanitatis officia utilitate
 metitus es. Nò enim idoneis hominibus largien-
 dum est, sed quantum potest, nò idoneis. Id enim
 iuste, id pie, id humanè fit, quod sine spe recipien-
 da feceris. Hæc est vera illa, & germana iustitiã*

cuius solidam & expressam effigiem nullam tenere nos dicitis. Ipse pluribus locis clamas, mercenariam non esse virtutem: faterisq; in libri Legum tuarum, liberalis atq; gratuitam esse, in verbis: Nec est dubium, quin is, qui liberalis, benignusq; dicitur, officium, non fructum sequatur. Cur ergo idoneis potius largiris, nisi ut postea mercedem recipias? Te igitur autorem, ac preceptorem iustitiæ, quisquis idoneus non erit, nuditate, siti, fame conficeretur: nec homines copiosi, & vsq; ad delicias abundantes subuenient ultima necessitati. Si virtus mercedem non exigit, si propter se (ut dicitis) expetenda est: ergo iustitiam matrem principemq; virtutum suo pretio, non tuo cõmodo aestima: eiq; potissimum tribuas à quo nihil speras. Quid personas eligis, quid membra inspicias? Pro homine tibi habendus est, quisquis ideo precatur, quia te hominem putet. Abq;ce umbras illas, imaginesq; iustitiæ, atque ipsam veram, & expressam deus: Læproso cæcis, debilibus, claudis, destitutis, quibus nisi largiare moriendum est. Inutiles sunt hominibus, sed utiles Deo, qui eos retinet in vita, qui spiritu donat, qui luce dignatur. Fove quantum in te est, & animas hominum, ne extinguantur, humanitate sustentas. Qui succurrere perituro potest, si non succurreret, occidit. Verùm isti, quia neq; naturam retinent, neq; premium in eo quod sit, sciunt, dum perdere timent, perdunt, & in id quod maxime carent, incidunt: ut quicquid lar-

giant

giuntur, aut pereat omnino, aut ad tempus bre-
uissimum proficit. Nam qui exiguam stipem mi-
seris negant, qui conseruare humanitatem sine
damno suo volunt, patrimonia sua effundunt, vt
aut peritura, et fragilia sibi comparēt, aut certē
maximis suis damnis nihil consequantur. Quid
enim dicendum est de ijs, qui populari leuitate
ducti, vel magnis vribus suffecturas opes ex-
hibendis muneribus impendant? nisi eos demen-
tes ac feriosos, qui prestent id populo, quod
ipsi perdant, & nemo eorum, quibus prestatur,
accipiat: atq; vt est omnis voluptas caduca &
breuis, oculorum maximē, & aurium, aut obli-
uiscuntur homines, & alterius damna pro in-
gratis habent, aut etiam offenduntur, si non est
libidini vulgi satisfactum: vt etiam homines
stultissimi malum sibi malo comparauerint, vt si
adeo placuerint, nihil amplius, quam inanē fa-
uorem, paucorumq; dierū fabulas assurguntur.
Sic quotidie leuissimorū hominum patrimoniz
in res superuacuas prodiguntur. Num ergo illi
sapientius, qui vtiliora & diuturniora ciuibus
suis exhibēt munera? q̄ scilicet, qui publicis ope-
ribus extractis, memoriam nomini suo querūt?
Ne isti quidem recte bona sua in terra sepe-
liunt: quia nec memoria quicquā mortuis con-
fert, nec opera eorum sempiterna sunt: siquidem
aut vno tremore terre dissipantur & corrumpunt,
aut fortuito consumuntur incendio, aut hostili
aliqua impetu diruntur, aut certē vesustate ipsa

dissoluta labuntur. Nihil est enim (ut ait orator) opere & manu factum, quod non conficiat & consumat vetustas. Adhuc iustitia & lenitas florescit quotidie magis. Illi ergo melius, qui tribulibus suis, aut clientibus largiuntur: aliquid enim præstant hominibus, & prosunt: sed non est illa vera, & iusta largitio. Beneficentia enim nulla est, ubicunq; necessitas non est. Perit ergo qui quid gratiæ causa tribuitur non indigentibus, aut cum sænore redit, & beneficentia non erit. Quod etsi gratum est ipsi, quibus datur, iustum tamen non est: quia, si non fiat, nihil mali sequitur. Vnum igitur certum & verum liberalitatis officium est, egentes, atq; inutiles alere.

De generibus beneficentiæ, & operibus misericordiæ.

C A P. XII.

Hæc est illa perfecta iustitia, quæ custodit scienciam humanam, de qua philosophi loquuntur. Hic diuitiarum maximus ac verissimus fructus est, non uti opibus ad propriam rariis voluptatē, sed ad multorum salutem: non ad præsentem suum fructum, sed ad iustitiam, quæ sola non iunerit. Tenendum est igitur omni modo, ut ab officio misericordiæ spes recipiendi absit omnino. Huius enim operis, & officij merces à Deo est expetenda sola: nam si ab homine expectes, iam non humanitas erit illa, sed beneficij sceneratio: nec potest videri bene meruisse qui quod facit, non alteri, sed sibi præstat: & ta-

mes

men eò redit, vt quod alteri quisq; præstiterit,
 nil il ab eo commodi spectans, verè sibi præstet-
 quia mercedem capiet à Deo. Idem Deus præ-
 cepit, vt si quando carnam parauerimus, eos in
 conuictu adhibeamus qui reuocare non possint.
 Et vicem reddere, vt omnis actus vite nostræ
 nõ careat misericordie munere. Nec tamè quis-
 quam interdiciã sibi putat, aut communionem
 cum amicis, aut charitatem cum proximis: sed
 notum nobis Deus fecit, quod sit verum et ius-
 tum opus, ita nos oportere cum proximis viuere,
 dummodo sciamus, illud ad hominem, hoc ad
 Deum pertinere. Præcipua igitur virtus est ho-
 spitalitas, quod philosophi quoq; aiunt, sed eam
 detorquent à vera iustitia, et ad commodum ra-
 piunt. Rectè, inquit Cicero, à Theophrasto est
 laudata hospitalitas. Est enim (vt mihi quidem
 videtur) valde decorũ, patere domos hominum
 illustrium hospitibus illustribus. Eodem modo
 confusus errauit, quo tum, cum idoneis esse diceret
 largiendum. Non enim iusti et sapientis viri
 domus illustribus debet patere, sed humilibus
 et abiectis. Nam illustres illi ac potentes nulla
 re possunt indigere, quos opulencia sua et mu-
 nit et honorat. Nihil autè à viro iusto faciendũ
 est, nisi quod sit beneficium. Beneficium autem,
 si refertur, interit atq; finitur: nec enim possu-
 mus id habere integrum, cuius pretiũ nobis per-
 solutum est. In his itaq; beneficijs iustitiæ ratio
 versatur, que salua et incorrupta permãserint.

Permanent autem non aliter, quam si praesentur hominibus iis, qui prodesse nullo modo possunt. At ille in recipiendis illustribus nihil spectavit aliud, nisi utilitatem: nec dissimulavit homo ingeniosus, quid ex eo commodi speraret. ^{ait} enim quid faciat potentem apud exteros futurum per gratiam principum, quos sibi hospitij & amicitiae iure constrinxerit: O quam multum argumentis Ciceronis inconstantia, si id agerem, redargui posset: nec iam nostris, quam suis verbis refelleretur. Idem quippe ait, ut quisque maxime ad suum commodum referat quaecumque agit, ita ^o neminem ^o minimè esse vitium bonum. Idem etiam negotij simplicis & aperti hominis esse, ambire, simulare aliquid, & pretendere, aliud agere videri, cum aliud agat, praestare se alteri fingere, quod sibi praestet: sed malitiosi potius, & astuti, & fallacis, & subdoli. Quomodo ergo defendere, quominus ambitiosa illa hospitalitas, malitia esset? Tu mihi per omnes portas circuncursus aduenientes populorum, atque urbium principes armum tuam inuites, ut per eos apud ciues eorum potentiam consequare, velis; te iustum, & humanum, et hospitalem videri, cum studeas utilitati tuae. Verùm hoc ille non potius incauit. Quid enim minus in Cicerone conuenit? Sed ignorantia veri iuris, prudens, ac sciens in eos se laqueos induxit. Quod ut ei possit ignoscere, si iustus est, non ad veram iustitiam, quam non utrobat, precepta se dare, sed ad umbram imaginem

nemq; iustitie. Ignoscendum est igitur umbratice, & imaginario preceptori, nec ab eo veritas exigenda est, qui se noscitur faciat. Captiuorum redemptio magnum atque preclarum iustitie munus est: quod idem ipse Tullius approbavit. Itaq; hæc benignitas, inquit, etiam Republica est utilis, redimi e servitute captos, locupletari tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis, largitioni munerum longè antepone. Hæc est gravium hominum, atque magnorum. Proprium igitur iustorum opus est, alere pauperes, ac redimere captivos: cum apud iustos, si qui hæc faciant, graves & magni appellantur. In enim maxima laudis est beneficere, quos nemo speravit esse facturos. Nam qui bonum facit, vel consanguineo, vel proximo, vel amico, aut ulli, aut certè non magnam laudem meretur, qui facere debet: sitq; impius, ac detestabilis nisi fecerit id, quod ab eo & natura ipsa, & necessitudo exigit: & si facit, non tam glorie assequenda, quam reprehensionis vitæ gratia facit. Qui autem facit alieno & ignoto, is verè dignus est laude: quoniam, ut faceret, sola ductus est humanitate. Ibi ergo iustitia est, ubi ad beneficendum, necessitatis vinculum nullum est. Hoc igitur officium benignitatis ne antepone quidem largitioni munerum debuit, quod est comparantis, & e duobus bonis id, quod est melius, eligentis. Illa enim largitio hominum patrimonio sua in mare abijcientium, inanis, & levis, et

ab

ab omni iniustitia remotissima est. itaque ne dic-
 quidem munera oportet, in quibus nemo acci-
 pit, nisi qui accipere non mereatur. Non minus
 magnum iustitie opus est, pupillos, & viduas,
 destitutos, & auxilio indigentes tueri, atq; de-
 fendere: quod aded vniuersis diuina lex illa pra-
 scribit, quantoquidem boni quisq; iudices ad of-
 ficium suum iudicant pertinere, vt eos naturali
 humanitate foueant, ac iisdem prodesse nitantur.
 Verū hac opera propriè nostra sunt, qui legem,
 qui verba ipsius Dei precipientis accepimus.
 Nam illi sentiunt quiddam natura esse iustitiam, tunc
 eos, qui tutela carent: sed, cur ita sit, non perspi-
 ciunt. Deus enim, cuius perpetua clementia est,
 idcirco pupillos viduasq; defendi ac foueri iu-
 bet, ne quis respectu ac miseratione pignora sua
 rum retardetur, quo minus mortem pro iniustitia,
 fideq; suscipiat, sed inconstanter ac fortiter sub-
 eat, cum sciat se charos suos Deo relinquere, nec
 his vnquam presidium defuturum. Egros quoq;
 quibus defuerit, qui assistat, curandos, fouen-
 dosq; suscipere, summae humanitatis, & magna
 miserationis est: quod qui fecerit, hic vitam ve-
 rissimam Deo acquirat, & quod alteri dederit ad
 tempus, sic à Deo accipiet in aeternum. Vltimum
 illud, & maximum pietatis officium est, pere-
 grinorum & pauperum sepultura: quod illi vir-
 tutis, iustitiaeq; doctores prorsus non attigerunt.
 Nec enim poterant id videre, qui utilitate om-
 nia officia metiebantur. In ceteris enim, que
 supra

Suprà dicta sunt, quâvis verum limitens non tenuerint, tamē quoniam commodi aliquid in his deprehenderūt, quasi odore quodâ veritatis re-
 tenuerūt, propius oberrauerūt: hoc autē quia nihil videre in eo cōmodi poterāt, reliquerunt. Quin-
 etiam non defuerunt, qui sup̄ruacaneam face-
 rent sepulturam, nihilq; esse dicerēt mali, iacere inhumati, atq; abiectum. Quarum impiam sa-
 pientiam cūm omne humanū genus respuit, tūm diuine voces, quæ id fieri iubent. Verūm illi non
 audent dicere, id non esse faciendum, sed, si fortē non fiat, nihil esse incommodi. Itaq; in ea re non
 tam precipientiū, quā consolantiū funguntur officio: ut si fortē id sapienti euenerit, ne se ob
 hoc miserum pater. Nos autē non quid sapienti terendum sit, dicimus, sed quid facere ipse de-
 beat. Itaque non querimus nunc, utrūne tota sepeliendæ ratio sit utilis, necne: sed hæc, etiam si sit inanis (ut illi existimāt) tamen faciendæ est, vel ob hoc solum, quod apud homines bene & humanè fieri videtur. Animus enim queritur, & propositum ponderatur. Non ergo patiemur figuram, & signentum Dei feris ac volucris in prædam iacere, sed reddemus id terræ, unde ortū est. Et quamuis in homine ignoto necessariorum sepulturam, nulli negandum manus implebimus, in quorum locum, quia desunt, succedat humanitas; et ubicunq; homo desiderabitur, ibi exigi officium nostrum putabimus. In quo autem magis iustitiæ ratio consistit, quā in eo,

ut quod prestamus nostris per affectum, praestemus alienis per humanitatem, quae est multo certior, iustiorq;? cum iam non homini praestatur, qui nihil sentit, sed soli Deo gratissimum sacrificium est, opus iustum. Dices aliquis fortasse: Si haec omnia fecero, nihil habebō. Quid enim si magnus hominum numerus egebit, algebit, capietur, morietur, ut haec faciente vel vno die patrimonio exui, sit necesse? perdāme rem familiarem, meo, aut maiorū labore, quaesita, ut iam ipsi mihi aliena misericordia vinendū sit? Quid, tu tam pusillo animo paupertatem times? quam etiam vestri philosophi laudant, nihilq; hac in re, nihil tranquillius esse testantur. Hoc, quod timeas, solitudinum peritus est. An ignoras, quot periculis, quot casibus cum his malis opibus iubeas? Quae tecum bene agent, si sine tuo crimine transferint. Tu vero praeda onustus incedis, & spolia geris, quae irritent animos etiam tuorum. Quid ergo dubitas, bene collocare id, quod fors tibi eripiet, aut vnum latrocinium, aut exitus repente proscriptio, aut hostilis aliqua direptio? Quid verere fluxum, & fragile donum facere sempiternum? aut thesauros tuos custodi Deo credere, ubi non furem, praedonemq; timeas non rubiginem, non tyranniam? Qui apud Deum dives est, pauper esse nunquam potest. Si infirmitas tanti praesentis, sequere abiectis oneribus, quae te premunt: libera te ipsum compedibus, & contentis, ut expeditus ad Deum curras. Magni

& excelsi animi est despiciere & calcare mor-
 talia. Sed si hanc virtutem nō capi, vt diuitias
 tuas in arcam Dei conferas, vt fragilibus tibi
 compares firmiora, liberabo te metu. Omnia ista
 precepta non tibi soli dantur, sed omni populo,
 qui mente coniunctus est, & cohaeret sicut homo
 vnus. Si solus magnis operibus non sufficis, pro
 virili parte operare iustitiā, sic tamē, vt quan-
 tum diuitijs inter ceteros, tantum opere prece-
 las. Neq; nunc suaderi tibi putes, vt rem fami-
 liarem tuam minuas, vel exhaurias, sed que in-
 superuacua fueras impensurus, ad meliora con-
 uertas. Vnde bestias emis, hinc captos redime:
 vnde seras pasci, hinc pauperes ale: vnde homi-
 nes ad gladium comparas, hinc innocentes mor-
 tuos sepeli. Quid prodest, perditae nequitiae be-
 nificios facere locupletes, & instruere ad fragi-
 litia? Transfer ad magnum sacrificium male peri-
 tura, vt pro his veteri ianueribus habeas a Deo
 munus aeternum. Magna est misericordia mer-
 ces, cui Deus pollicetur, peccata se omnia remis-
 sionem. Si audieris, inquit, preces supplicii tui, &
 ego audiam tuas: si misertus laborantium fue-
 ris, & ego in tuo labore miserebor. Si autem
 non respexeris, nec adiuueris, & ego animus
 tuum contra te geram, tuisq; t. legibus iudicabo.

De poenitentia, misericordia, & peccatorum
 venia.

C A P. XIII.

Quoties igitur rogaris, tentari te à Deo
 crede, an sis dignus exaudiri. Circun-
 stice

fuisse conscientiam tuam, & quantum potes, me-
 dere vulneribus: nec tamen quia peccata largi-
 tione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi pu-
 tes. Aboluntur enim, si Deo largiare, quia pec-
 caueris: nam si fiducia largiendi pecces, non abo-
 lentur. Deus enim purgari homines à peccatis
 maxime cupit, ideoq; agere pœnitentiam iubet.
 Agere autem pœnitentiam, nihil aliud est, quàm
 profiteri, & affirmare se ulterius non peccatu-
 rum. Ignoscitur itaque is, qui ad peccatum im-
 prudenter, incauteq; labuntur: veniam non ha-
 bet, qui sciens peccat. Nec tamen si aliquis fuerit
 purificatus ab omni labe peccati, temperandum
 sibi ab opere largitionis existimet, qui non ha-
 beat peccata que deleat. Imò verò cum magis
 iustus iam debet operari, cum factus est iustus, ut
 quod ante in medellam vulneru fecerat, postmo-
 dum faciat in laudē gloriamq; virtutis. Eò acce-
 dit, quòd nemo esse sine delicto potest, quando
 indumento carnis oneratus est. Cuius infirmitas
 triplici modo subiacet domino peccati, factu, di-
 ctu, cogitatione. Per hos gradus ad summum
 culmē iustitia procedit. Primus est virtutis gra-
 dus, malis operibus abstinere: secundus, etiam
 malis verbis: tertius, etiā cogitationis rerum ma-
 larum. Qui primum gradus ascendit, satis iustus
 est: qui secundum, iam perfecte virtutis, si qui-
 dem, neq; factu, neq; sermone delinquat: qui ter-
 tium, is verè similitudinem Dei affectus: vide-
 tur. Est enim pene supra humanum modum, ut

in cogitationem quidem admittere, quod sit vel factu malum, vel improbum dictu. Itaque etiam iusti homines, qui frenare se possunt ab omni opere iniusto, nonnunquam tamen ipsa fragilitate vincuntur, ut vel in ira malum dicant, vel in aspectu rerum delectabilium, cogitatione tacita concupiscant. Quod si mortalis conditio non patitur esse hominem ab omni macula purum, debent ergo largitione perpetua peccata carnis aboleri. Vnum est enim sapientis & iusti & virtutis viri opus, diuitias suas in sola iustitia collocare: qua profecto qui eget, licet ille Cræsum, aut Crassum diuitijs superet, hic pauper, hic nudus, hic mendicus putandus est. Danda igitur opera, ut indumento iustitiæ, pietatisq; velemur, quod nemo exuat nemo, quod nobis sempiternum præbet ornatum. Nam si Deorum cultores simulacra insensibilia excolunt, & quicquid pretiosi habent, in ea conferunt, quibus nec uti possunt, nec gratias agere, qui acceperint: quanto iustus est, & verius, viuentia Dei simulacra excolere, ut promereare inuoluntate viuentem? Qua sicut usus videtur habent, quicquid acceperint, & gratias agunt: ita Deus, in cuius conspectu bonum feceris, & probabit, & mercedem pietatis exoluet.

De affectibus, deq; iis Stoicorum sententia: & de virtute, virtutis, & misericordia.

CAP. XIII.

Si ergo in homine præclarum & excellens bonum est misericordia, idq; diuinis testimonijs,

H &

et bonorum, malorumq; consensu optimum in-
 dicatur: apparet, p' filosofos longè abfuisse ab
 humano bono, qui neque bræperunt eiusmodi
 quicquid, neq; fecerunt: sed hanc virtutem, que
 in homine propemodum singularis est, pro vno
 semper habuerunt. Licet hinc interponere vnum
 de philosophia locum, vt illorū plenius coargu-
 mis errores, qui misericordiam, cupiditatem, me-
 tum, morbos animi appellant. Conantur illi qui-
 dem virtutes à vtiqs distinguere: quod est sanè
 facillimum. Quis enim nō possit liberalem à pro-
 digio separare, (vt illi faciunt) aut parcum à for-
 dido, aut qui: tum ab inerti, aut cautum à timi-
 do? quod hæc que sunt bona, fines suos habeant:
 quos si excesserint, in vitia labuntur: ita et con-
 stantia, nisi pro veritate suscepta sit, fit impudē-
 tia. Item fortitudo, si nulla necessitate cogent,
 aut non pro causa honesta, certum periculum
 subierit, in temeritatem conuertitur. Libertas
 quoque, si alios insectetur, potius quàm infestis-
 tibus resistat, cōiuncta est. Seueritas etiam, nisi
 se intra congruentes nocentium pœnas coercet,
 fit seua crudelitas. Itaque dicunt eos, qui mali
 videantur, non sua sponte peccare, nec mala pri-
 tius eligere: sed bonorum specie lapsos, incidenti
 in mala, dum bonorum, ac malorum discrimina
 ignorant. Hæc quidem finis non sunt, sed ad cer-
 ptis cuncta referuntur. Nam parcum esse, aut
 constantem, aut cautum, aut quietum, aut for-
 tem, aut seuerum, virtutes sunt quidē, sed huius
 semper

temporaria vite. Nos autem, qui hanc vitam
contemnimus, aliis nobis virtutes propositas ha-
bemus, de quibus philosophi ne suspicari quidem
vlla ratione potuerunt. Itaque & virtutes quas-
dam pro vitis, & vitia quedam pro virtutibus
habuerunt. Nam Stoici affectus omnes, qui rursus
impulsu animus commouetur, ex homine tollunt,
cupiditatem, letitiam, metum, mœstitiã: quo-
rum duo priora ex bonis sunt aut futuris, aut
presentibus, posteriora ex malis. Eodem modo
hæc quatuor, morbos (vt dixi) vocant, non tam
naturã insitos, quam praua opinione susceptos.
Et idcirco eo censeant extirpari posse radicibus, si
bonorum, malorumq; opusio facta tollatur. Si
enim nihil censeat sapiens bonum, nihil malum,
nec cupiditate ardescet, nec læticia gæstret, nec
metu terrebitur, nec ægritudine contrahetur.
Mox videbimus, an efficiant, quod velint, aut
quid efficiant: interim propositum arrogans, ac
penè furiosum, qui se puleat mederi, et eunti pos-
se contra vim, rationemq; nature.

De affectibus, deq; his Peripateticorum sententia.

C A P. X V.

Item enim naturalia esse, non voluntaria,
Item omnium viuentium ratio demonstrat, quæ
eisdem omnibus quatuor affectibus. Peripatetici
ergo rectius, qui hæc omnia detrahi negant pos-
se, quia nobiscum simul nata sint: & conantur
ostendere, quam prouideuter, & quam necessa-

H A TIO

rō Deus, siue natura, (sic enim dicunt) hī nos
 armarit affectibus: quos tamen, quia vitiosi ple-
 rūq; sunt, si nimy sint, posse ab homine adhibito
 modo salubriter temperari, vt tantum homini,
 quantum nature satis est, relinquatur. Non infi-
 piens disputatio, si (vt dixi) non ad hanc vitam
 omnia referantur. Stoici ergo furiosi, qui ea non
 temperant, sed abscindunt, rebuq; à natura infi-
 tis castrare hominem quodammodo volūt. Quod
 tale est, quale si velint aut metum detrabere cer-
 uis, aut venenam anguib; aut irā feris, aut pla-
 ciditatē pecudibus. Nam quæ singula mutis ani-
 malibus data sunt, ea verò vniuersa homini si-
 mul. Quod si, vt medici *dicunt, lætitiæ affectus
 in splene est, ira in felle, libidinis in iecore, timo-
 ris in corde: facilius est interficere animal ipsum,
 quàm ex corpore aliquid euellere, quod est ani-
 mātis naturam velle mutare. Sed homines pru-
 dentes non intelligunt cum vitia ex homine tol-
 lunt, etiam se virtutem tollere, cui soli locum faci-
 ciunt. Nam si virtus est, in medio iræ impetu
 seipsum cohibere ac reprimere, quod negare non
 possunt: caret ergo virtute, quisquis ita caret. Si
 virtus est, libidinem corporis continere, virtute
 careat necesse est, qui libidinem, quam temperet,
 non habet. Si virtus est, cupiditatem ab aliena
 appetitione frænare, nullam certè virtutem po-
 test habere, qui caret ea, ad quod cohibendum
 virtutis vsus adhibetur. Vbi ergo vitia nō sunt,
 nec virtuti quidem locus est: sicut nec victoria
 quidem,

* affirmat

quidem, ubi aduersarius nullus est. Ita fit, ut bonum sine malo esse in hac vita non possit. Affectus igitur, quasi vbertas est naturalis animorum. Nam sicut in sentes ager, qui est natura fecundus, exuberat: sic animus incultus vitis sua sponte inualescentibus, velut spinis obducitur. Sed cum verus cultor accesserit, statim cedentibus vitis, fruges virtutis oriuntur. Deus itaque, cum hominem primum fingeret, mirabili providentia ingeneravit ei prius istas animi commotiones, ut posset capere virtutem, sicut terra culturam, posuitque materiam vitiorum in affectibus, virtutis in vitis. Quae profecto aut nulla erit, aut in usu esse non poterit, si desint ea, per quae vis eius aut apparet, aut constat. Videamus nunc, quidem illi, qui vitia penitus excidant, quid effecerint. Quatuor illos affectus, quos ex opinione bonorum malorumque nasci putant, quibus euulsis, sanandum esse animum sapientis existimant, quoniam intelligunt & natura insitos esse, & sine his nihil moveri, nihil agi posse, alia quaedam in eorum locum, vicemque supponunt. Pro cupiditate susstitunt voluntatem, quasi verò non multò sit prestabilis, bonum cupere, quam malum velle. Item pro letitia gaudium, pro metu cautionem. At in illo quarto immutandi nominis eius, ratio deficit. Itaque egrotudinem penitus, id est, mœlitiā, doloremque animi susstulerunt: quod fieri nequaquam potest. Quis enim possit non dolere, si perniciam aut pestilentiam ex-

b. auferit, aut hostiu euertit, aut tyrannus oppresserit? Potest aliquis non dolere, si sublatam vidit libertatem, si proximos, si amicos, si bonos viros aut exterminatos, aut crudeli manu trucidatos? nisi cuius mens ita obstupuerit, ut sit ei sensus omnis creptus. Quare aut omnia tollere debuerunt, aut implenda sunt res curia haec & d. bilis disputatio, id est, etiam pro egritudine aliquid reponendum, quoniam superioribus ita ordinatis, hoc consequens erat. Ut enim praesentibus letamur bonis, sic malis angimur, ac dolemus. Si ergo laetitia, quoniam vitiosam putabant, nomen aliud inuenerunt, sic et egritudinis, quoniam et ipsam vitiosam putabant, aliud vocabulum tribus congruebat. Unde apparet, non illis rem defuisse, sed verbum: cuius indigentia eum totum afflictum, qui est vel maximus, contra quam natura patetur, auferri voluerunt. Nam illas nominum commutationes poterunt conuincere pluribus, et ostendere aut sermone ornandi, augendaque opae gratia, multa nomina eisdem rebus imposita, aut nihil, aut certe non multum inter se illa differre. Nam et cupiditas a voluntate incipit, et curio a metu oritur, et laetitia nihil aliud est, quam profusum gaudium. Sed putemus, ut ipsi volunt, esse diuersa. Nempe igitur dicent cupiditatem esse perseverantem ac perpetuam voluntatem: laetitiam vero, insoleter se offerens gaudium: metum autem, nimiam et excedentem modum cautionem. Ita sit, ut ea

quae

que tollenda esse consent, non tollant, sed temperent: siquid in nomina tantummodo immutiant, res ipsa manent. Eo igitur imprudentes reuoluantur, quò Peripatetici ratione perueniunt, ut vitia, quoniam tolli non possunt, moderanda sint. Errant ergo, quia non efficiunt, quod volunt, & longo, asperoq; circuitu in eandem viam redeunt.

*medie
tempe-
randa

De affectibus, & de iis Peripateticorum illa sententia euerla.

C A P . X V I .

AT ego ne Peripateticos quidem accessisse ad veritatem puto, qui vitia esse concedunt sed ea mediocriter temperant. Carendum est enim vitijs etiam mediocribus: quin potius efficiendum fuit, primum, ne vitia essent (nec enim quicquam vitiosum nasci potest, sed vitia fieri, si male utamur affectibus: virtutis, si bene.) deinde monstrandum est, non ipsos affectus, sed eorum causas esse moderandas. Non est, inquiunt, letitia nimia gestiendum, sed moderate ac temperate. Hoc vero tale est quale si dicerent, non esse currendum concitate, sed graduum quiete. At potest & qui graditur, errare: & qui currit, rectam viam tenere. Quid si ostendero, esse aliquid ubi non tantum modicum, sed vel punctum gaudere, vitium sit: & aliud è contrà, in quo vel exultare letitia minime criminofum? Quid tandem in nobis ista mediocritas proderit? Quæro utrumne sapienti letandum putent, si quid inimico suo mali videat

H 4

accidit

accidere, aut utrumne letitiam frangere debeant, si victis hostibus, aut oppresso tyranno, liberta & salus civibus paria sit? Nemo dubitat, quin & in illo, exiguum letari, & in hoc, parum letari, maximum sit crimen. Eadem de ceteris affectibus dicere licet. Sed (ut dixi) non in his moderandi sapientie ratio versatur, sed in causis eorum, quoniam extrinsecus commouentur, nec ipsis potissimum frenos imponi oportet, quoniam & exigui possunt esse in maximo crimine, & maximi possunt esse sine crimine. Sed a Regnandi fuerunt ceteris temporibus, & rebus, & locis, ne vitia sint, quibus uti recte licet. Sicut enim recte ambulare bonum est, errare autem malum: sic moueri affectibus in rectum, bonum est, in prauiam, malum. Nam si libido extra legitimum modum euagetur, licet sit vehemens, tamen culpa caret. Si vero appetit aliena, licet sit mediocris, vitium tamen maximum est. Non est ita, ut moribus irasci, nec cupere, nec libidine commoueri: sed iracundum esse, morbus est, cupidum, libidinosum. Qui enim iracundus est, etiam cui non debet, aut cui non oportet, irascitur. Qui cupidus, etiam quod non opus est, concupiscit. Qui libidinosus, etiam quod legibus vetatur affectat. Omnis igitur ratio in eo versari debuit, ut quoniam earum rerum impetus inhiberi non potest, nec debet, quia necessario est insitus ad tuenda officia vite, dirigeretur potius in viam rectam, ubi etiam cursus offensione ac periculo careat.

De

De affectibus, & usu eorum: & patientia, & sum-
mo bono Christianorum. CAP. XVII.

SEd euertus sum coarguendi studio longius,
Scum sit mihi propositum ostendere ea, quæ vi-
tia philosophi putauerunt, non tantum vitia
non esse, verum etiam magnas esse virtutes. Ex
alijs docendi gratia, sumã, quæ pertinere ad rem
maximè puto. Metum, seu timorem in maximo
nitio ponunt, summamq; imbecillitatem esse ani-
mi putant, cui sic contraria fortitudo, quæ si sit in
homine, locum timori esse nullum. Credit ne ali-
quis fieri posse, vt idem metus summa sit fortis-
tudo? Minimè. Neq; enim videtur capere natu-
ra, vt aliquid in contrarium recidat. Atqui ego
non arguta aliqua conclusione, vt apud Plato-
nem Socrates facit, qui eos, quos cõtra disputat,
cogit ea, quæ negauerant, confiteri: sed simplici-
ter ostendam, summum metum summam esse
virtutem. Nemo dubitat, quin timidi & imbe-
cilli sic animi, aut dolorem metuere, aut egesta-
tem, aut exilium, aut carcerem, aut mortem: quæ
omnia quisquis non exhorruerit, fortissimus in-
dicatur. Qui autem Deum metuit, illa vniversa
non metuit. Ad quod probandum argumentis
opus non est: spectate sunt enim, spectanturq;
adhuc per orbem pœne cultorum Dei, in quibus
excrucciandi noui, & inusitata tormenta exco-
gitata sunt. Nam de mortis generibus horret
animus recordari, cum immanium bestiarum
vitra ipsam mortem carnisicinia seuerit. Has

H 5 TAMEN

tamen execrabiles corporum lacerationes filii,
 atq; inuisita patientia sine ullo gemitu pericula.
 Hæc virtus omnibus populis atq; provinciis, &
 ipsa tortoribus miraculum maximum præbuit,
 cum parietia crudelitas vinceretur. Atqui hæc
 virtus: nisi aliquid, quàm metus Dei fecit. Itaq;
 (vt dicebam) non euellendus, vt Stoici, neq; tem-
 perandus timor, vt Peripatetici volunt, sed in
 veram viam dirigendus est, aufrend. q. sunt mu-
 tus: sed ita, vt hic solus relinquatur, qui quoniam
 legitimus, ac verus est, solus efficit, vt possint
 cetera omnia non timeri. Cupiditas quoq; inter
 vitia numeratur. Sed si hæc, quæ terrena sunt,
 occupiscat, vitium est: virtus autem, secalestia.
 Qui enim iustitiam, qui Deum, qui vitam per-
 petuam, qui lucem sempiternam, eaq; omnia, quæ
 Deus homini pollicetur, consequi cupit, & peti-
 istas, & honores, & potentatus, & regna ipsa
 ebriemur. Dicit fortasse Stoicus, voluntate opus
 esse ad hæc consequenda, non cupiditate. Imò verum
 parum est velle. Multi enim volunt, sed cum de-
 lor visceribus accesserit, voluntas cedit, cupidi-
 tas perseverat: quæ si efficit, vt contemptui sint
 omnia, quæ à ceteris appetuntur, summa virtus
 est, siquidem continentie mater est. Ideoq; illud
 potius efficere debemus, vt affectus, quibus præ-
 ue vitii, vitium est, dirigamus in rectum. Nam
 istæ concitationes animorum iuncto curru si-
 miles sunt, in quo rectè moderando summum re-
 ctorem officium est, vt viam nonerit: quam sicere
 bit

bit licet quàm concitatè ierit, nò offendet. Si au-
 tem aberrauerit, licet placide, ac leniter eat, aut
 per confragosa vexalitur, aut per precipitia la-
 betur, aut certè, quò non est opus, defectur. Sic
 cursus ille vitæ, qui affectibus velut equus per-
 nibus ducitur, si iustitiam teneat, fungetur of-
 ficio. Metus igitur, & cupiditas si prouiciatur in
 terrâ, vitia fiunt: virtutis autè, si ad diuina refe-
 rantur. Parsimoniâ contra virtutis loco habent,
 quæ si studiū est habendi, non potest esse virtus,
 quia in augendis, vel tuendis terræ fructibus bonis
 tota versatur. Nos autem summum bonū nò refe-
 rimus ad corpus, sed omne officium solius anime
 cōseruatione memur. Quod si (vt supra docui)
 patrimonio minime parcendū est, vt humanita-
 tem iustitiæq; teneamus, non est virtus fugi
 esse: quod nomen virtutis specie fallit, ac decipit.
 Est enim fugalitas abstinentiæ quidē volupta-
 tum, sed eò vitium, quia ex hâc bēdi amor defren-
 dit, cum sit ex voluptatibus abstinendū, & pe-
 cunie minime temperādum. Nam parcere, id est,
 mediocriter vti pecunia, quasi quædam pusillitas
 animi est, aut pertimētia, ne sibi desit, ut despe-
 rantem, posse se illam reparare, aut contemptum
 terrestrium non capientis. Sed illi rursus eū, qui
 rei familiari suæ non parcat, prodigum vocant.
 Nam ita liberalem distinguunt à prodigo, quod
 is liberalis sit, qui & benemeritis, & cum
 oportet, & quantum satis est, largiatur: prodig-
 us verò, qui & non meritis, & cui opus nō est,

et

et sine respectu rei familiaris effundat. Quid ergo? Prodigumne dicemus eum, qui misericordis causa tribuat egenibus victum? Atqui multum refert, utrumne scortis propter libidinem largiatur, an miseris propter humanitatem: utrum pecuniam tuam productores, aleatores, Jemoneiq; diripiant, an illam pietati ac Deo praestes. utrumne illam ventri ac gula ingeras, an in thesauro iustitia reponas. Ut ergo vitium est, effundere in malam partem, sic in bonam, virtus. Si virtus est, non parcere opibus, quae possunt reparari, ut hominis vitam sustentent, quae reparari non potest: vitium igitur parsimonia est. Quare nihil aliud dixerim, quam insanos, qui homini, nate ac sociale animal, orbant suo nomine, qui eaulsis affectibus, quibus omnis constat humanitas, ad immobilem stuporem mentis perducere volunt, dum student animum a perturbationibus liberare, & (ut ipsi dicunt) quietum tranquillumq; reddere. Quod fieri non tantum non potest, quia vis & ratio eius in motu est, sed ne oportet quidem: quia sicut aqua semper iacens & quieta, insalubris & magis turbida est: sic animus immotus ac torpens, inutilis est etiam sibi, nec vitam ipsam tueri poterit, quia nec faciet quicquam, nec cogitabit, cum cogitatio ipsa nihil aliud sit, quam mentis agitatio. Deniq; qui hanc immobilitatem animi asserunt, prius animum vita volunt, quia vita actus est, mors quietus. Quedam etiam recte pro virtutibus habent, sed.

earum modū non tenent. Virtus est constantia, non vt inferentibus iniuriam resistamus, (his enim cedendum est, quod cur fieri debeat, mox docebo) sed vt iubentibus facere nos contra Dei legem, contraq; iustitiā, nullis minis, aut supplicijs terreamur, quo minus Dei iussione hominis iussioni preferamus. Item virtus est, mortem contemnere, nō vt appellamus, eamq; nobis vltro inferamus, sicut philosophorum plurimi, & maximi sepe fecerunt, quod est sceleratum, ac nefarium: sed vt coacti Deum relinquere, ac fidem prodere, mortē su scipere malimus, libertatemq; defendamus aduersus impotentium stultam, & cordimq; violentiam, vt omnes seculi minas, atq; terrores fortitudine animi prouocemus. Sic ea, que alij timent, excelsa & insuperabili mente, dolorem, mortemq; calcamus. Hec est virtus, hæc vera constantia, in hoc tuenda, & conseruanda solo, vt nullus nos terror, nulla vis à Deo possit auertere. Vera igitur Ciceronis illa sententia est: Nemo, inquit iustus potest esse, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet. Itē Seneca in libri moralis philosophiæ dicentis: Hic est ille homo honestus, non apice, purpuræ, non victorum insignis ministerio, sed nulla re minor: qui cum mortem in vicinia videt, non sic perturbatur, tanquam rem nouā viderit, qui siue toto corpore tormenta patiendæ sunt, siue flamma ore recipienda est, siue extendendæ per patibulum manus, non qua-

rit

rit quid patiatur, sed quam bene. Qui autem Deum colit, hæc patitur, nec linet. Ergo in-
flus. His rebus efficitur, ut neq; virtutes, neque
virtutum exactissimos limites nosse, aut tenere
possit omnino, quisquis est à religione Dei sin-
gularis alienus.

De Dei quibusdam mandatis, & patientia

CAP.

XIII.

Sed omitteretur philosophos, qui aut omnino
nihil sciunt, adq; ipsum pro summa scientia
pretiis se firunt: aut qui non perspicunt etiã qua
sciunt: aut qui, quoniam se putant scire, qua
nesciunt, in pie, arroganterq; despiciunt. Nos er-
go (ut ad propositum revertamur) quibus soluta
Deo veritas revelata, & cæcitas missa sapientia
est, faciamus qua iubet illuminator noster Deus:
suaveamur inuitè, & labores huius vite ma-
turi adiuventu perferamus: nec tamen se quid
boni operis fecerimus, gloriam captemus ex eo.
Monet enim Deus, operatorem iustitie non oportere
esse saltantem, ne non iam mandatis celestibus
obsequendi, quam studio placendi, humani
tatis officio functus esse videatur: habeatq; iam
premium glorie, quod captavit, nec premium ca-
lestis illius ac diuine mercedis accipiat. Cetera,
qua obseruare cultor Dei debet, fructus sunt
illis virtutibus compræmissis. Non merentur
vquam, de capiendi, aut nocenti causa. Est enim
neq; unum qui virtuti istudueat, in aliqua re esse
fallacem, atque ab ipsa, quam sequitur, veritate
discedi

discedere. In hac iustitia, virtutumq; amissionem
via, nullus mendacis locus est. Itaq; vixit et ille
verus ac iustus non docet illud Luc. 11. v. 11.

Homini amico, ac familiari nō est mēiri meū.
Sed etiam inimico, atq; ignoto existimavit non
esse mēiri suum: nec aliquando cōmittet, ut lin-
gua interpret animi, à sensu, & cogitatione dis-
cordet. Pecunia, si quam crediderit, non accipiet
vsuram: ut & beneficium sit incolume, quod
succurrit necessitati, et abstineat se prorsus alic-
no. In hoc enim genere officij debet suo esse con-
tensus, quem oportet ne proprio quidem parcer-
re, ut bonum faciat: plus autem accipere, quàm
dederit, iniustum est. Quod qui facit, infidatur
quodammodo, ut ex alterius necessitate prae-
tur. At iustus nunquam preterniuit, quo mi-
nus misericorditer aliquid faciat, nec inquinat
se huiusmodi questu, sed efficiet, ut sine vl-
lo suo damno id ipsum, quod commodat, inter
bona opera numeretur. Munus non accipiet à
paupere, ut si quid ipse praeiterit, eò bonum sit
quòd fuerit gratuitum. Maledicenti bene dicto
respondeat: nunquam ipse maledicat, nec ver-
bum malum procedat ex ore hominis, qui colit
verbum bonum. Quin etiam caveat diligenter,
ne quādo inimicum sua culpa faciat: & si quis
exiuerat tam procerus, qui bono, & iusto fa-
ciat iniuriam, clam nec, moderate ferat, &
vltimum suam nō sibi assumat, sed iudicio Dei
referat: Innocentiam caper, & ubiq; eius loquat.

Quod

Quod preceptum non ad hoc tantum valet, ut ipse iniuriam non inferat, sed ut illatam sibi non vindicet. Sedes enim maximus & aequissimus iudex, speculator ac testis omnium. Hunc homini preferat, hunc malit de causa sua pronuntiare, cuius sententiam nemo effugere potest, nec defensione cuiusquam, nec gratia. Ita fit, ut homo iustus contemptus sit omnibus: & quia putabitur, semetipsum non posse defendere, habebitur pro segni, & inertis. Qui autem fuerit vltimus inimicum, hic fortis, hic strenuus iudicatur, hunc colunt, hunc omnes verentur. Bonus vir ille, tametsi prodesse pluribus possit, illum tamen suspiciunt, qui nocere, quam qui prodesse possit: sed iustum prauitas hominum deprauare non poterit, quo minus Deo studeat obtemperare, malumque contemni, dummodo semper boni fungatur officio, mali nunquam. Cicero in iisdem illis Officialibus ¶ libro 7. At verò si quis voluerit, inquit, animi sui complicatam notionem euoluere, iam se ipse doceat, cum virum bonum esse, qui profiti quitus possit, nemini noceat, nisi laceffit: ut iniuria. O quam simplicem, veramque sententiam duorum verborum adiectione corripit! Quid enim opus fuerat adiungere, nisi laceffit: ut iniuria? ut vitium honoris quasi caudam turpissimam apponeret, patrieque, quae omnium virtutum maxima est, faceret expertem? Nociaturum esse dixit bonum virum, si fuerit laceffit: iam ex hoc ipso boni viri nomen amittat necesse est,

est, si nocebit. Non minus enim mali est, referre
 iniuriam, quam inferre. Nam vnde certamina
 inter homines, vnde pugna, contentionesq; na-
 scuntur, nisi quoddam improbitati opposita impatie-
 tia, magnas sepe concitat tempestates? Quod si
 patientiam, qua virtute nihil verius, nihil ho-
 mine dignius inueniri potest, improbitati oppo-
 fueris, exinquetur protinus, tanquam si igni
 aquam super fuderis. Sin autem prouocatrix illa
 improbitas impatientiam sibi comparem nacta
 est, tanquam perfusa oleo, tantum excitabit in-
 cendium, ut id non flumen aliquod, sed effusio
 cruoris extinguit. Magna itaq; patientie ratio
 est, qua sapiens homo ademit bono viro. Ut enim
 nihil malorum fiat, hec sola efficit: que si detur
 omnibus, nullum scelus, nulla fraus in rebus ha-
 manis erit. Quid ergo bono viro patet esse tam
 calamitosum, tamq; contrarium, quam ire fraus
 permittere, que illum non modo boni, sed etiam
 hominis appellatione dispoliet? Siquidem no-
 cere alteri, ut ipse verissime ait, non est secun-
 dum hominis naturam. Nam & pecudes, si lace-
 sas, aut calce, aut cornu repugnant: & serpen-
 tes ac ferae, nisi persequaris, ut occidas, ne potius
 non exhibent: & (ut ad hominum exempla
 redeamus) imperiti quoque & insipientes, si
 quando accipiunt iniuriam, caeco & irrationa-
 bili furor dicuntur, & qui, qui suos nocet, vicem
 retribuere conantur. In quo igitur sapiens, u bo-
 nus vir a malis, & insipientibus differt, nisi quod

I habet

* quacūq;
improb.

habet inuictam patientiam, qua stulti carēt: nisi quòd reget se ac mitigare iram suam nō vit, quam illi, quia virtute indigent, frangere non possunt? Sed videlicet hæc illum res fecit, quia cum de virtute loqueretur, in quacunq; conuentione vinceret, putauit esse virtutē, nec videndi illo modo potuit, hominē dolori & ira succumbentem, & ijs affectibus indulgentem, quibus debet potius reluctari, & ruentem* quamcumq; in partem improbitatis prouocari, virtutis officium non tenere. Qui enim referre iniuriam nititur, eum ipsum, à quo laesus est, gessit imitari. Ita qui malum imitatur, bonus esse nullo pacto potest. Duobus igitur verbis duas virtutes maximas bono, & sapienti viro, innocentiam, patientiamq; detraxit. Sed quia ipse caninā illam faciundiam (sicut Salustius ab Appio dictum refert) exercuit, voluit quoq; hominem canino modo viuere, ut remordeat laceffitus. Querenti butio contumelie quā perniciofa sit, & quas edere soleat strages, vnde opportunius petetur exemplum, quam ex ipsius doctoris tristissimo casu, qui dum hic p' filosoforum præceptis obtemperare gessit, ipse se perdidit? Quòd si laceffitus iniuria patientiam tenuisset, si dissimulare, si ferre contumeliam boni viri esse didicisset, nec illas nobiles orationes alieno titulo inscriptas, impatiētia, & leuitate, & insania profudisset nunquam capite suo rotata, in quibus ante floruerat, ruentasset, nec Rempublicam fundi

tus proscriptio illa deleffet. Sapiens ergo ac ba-
 ni viri non est velle certare, ac se periculo com-
 mittere. quoniã & vincere nõ est in nostra po-
 testate, & est anceps omne certamen: sed est sa-
 pientis, atq; optimi viri, non aduersariũs velle
 pòtere, quod fieri sine scelere ac periculo non po-
 test: sed certamen ipsum, quod fieri & vtiliter,
 & iuste potest. Summa igitur virtus habenda
 patientia est, qua vt non careret homo iustus vo-
 luit illum Deus (vt supra dictum est) pro inerte
 contemni. Nisi enim contumelijs fuerit affectus,
 quantum habeat fortitudinis in seipso cohiben-
 do, ignorabitur. Si autẽ laesit in iuria liden-
 tem persequi cœperit, victus est. Si verò motũ
 illum ratione compresserit, hic planè imperat si-
 bi, hic regere se potest. Quæ sustentatio sui,
 rectè patientia nominatur, quæ vna virtus o-
 mnibus est opposita vitijs, & affectibus. Hæc
 perturbatũ ac fluctuantẽ animum, ad tranquil-
 litatem suam reuocat: hæc mitigat, hæc hominẽ
 sibi reddit. Ergo quoniam natura repugnare im-
 possibile est, & inutile, vt non commoueatur
 omnino, prius tamen quam commotio illa prosi-
 liat ad nocendũ, quoad fieri potest, matur us so-
 piatur. Præcipit Deus non occidere solem super
 iram nostrã, ne furorũ nostri ei sis abscedat. De-
 niq; M. Tullius contra suum præceptum, de qua
 paulo antè dixi, obliuionem iniuriarum in ma-
 gnis laudibus posuit. Spero, inquit, Caesar, qui
 obliuisci nihil soles, nisi iniurias. Quod si hoc

*IMMORTALITATE
 talitate
 lut cand.

illa faciebat, homo non à celesti tantum, sed à publica quoque, civiliq; iustitia remotissimis: quanto magis id nos facere debemus, qui* immortalitatis velamine candidati sumus?

De affectibus, eorumq; vñ. CAP. XIX.

STOLICIS, cum affectus ex homine, tanquam morbos conantur euellere, Peripatetici se opponunt: eosq; non modo retinent, sed etiam defendunt, nihilq; in homine esse dicunt, quod non magna ratione ac providentia sit innatum. Rectè id quidem, si singularum rerum veros terminos scirent. Itaq; hanc ipsam iram, fomitem dicunt esse virtutis, tanquam nemo possit aduersus hostes fortiter dimicare, nisi fuerit ira concitata. Quo plane ostendunt, nec quid sit virtus scire se, nec cur homini tribuerit iram Deus. Quæ si nobis ideo data est, vt eamur ad occidendos homines: quid inmanius homine, quid similius feris belluis existimandum est, quam id animal, quod ad communionem, et innocentiam Deus fecit? Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinora precipites agunt, ira, cupiditas, libido. Propterea poëta tres furias esse dixit, que mentes hominum exagitant. ira irationem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates. Sed hi omnibus Deus certos limites statuit: qui si transcenderint, maioresq; esse cœperint, necesse est naturam suam deprauent, et in morbos ac vitia vertantur. Qui autem sunt isti limites, non est magni laboris ostendere. Cupiditas ad

ea comparanda nobis data est, que sunt ad vi-
 tam necessaria: libido ad sobolem propagandâ,
 ira affectus ad coercenda peccata eorum, qui sunt
 in nostra potestate, id est, ut arctiore disciplina
 minor etas ad probitatem, iustitiamq; formetur.
 que nisi metu cohibeatur, licentia pariet auda-
 ciam, que ad omne flagitiû & facinus euadet.
 Itaq; ut ira uti aduersus minores, & iustum
 est, & necessarium: sic aduersus pares, & per-
 niciosum est, & impium. Impium, quod viola-
 tur humanitas: perniciosum, quod illis repugnâ-
 tibus aut perdere necesse est, aut perire. Hâc au-
 tem, quam dixi esse rationem, cor hominis sic ira
 affectus datus, ex ipsius Dei præceptis intelligi
 potest, qui iubet, uti malè dictis & laetibus nō
 irascamur: manus autem nostras supra minores
 semper habeamus, hoc est, ut peccantes eos assu-
 dus verberibus corrigamus: ne amore inutili,
 & indulgentia nimia educantur ad malum, &
 ad vitia nutriantur. Sed rerum imperiti, & ra-
 tionis ignari, eos affectus, qui sunt homini ad
 usus bonos dati, exterminauerunt, & latius quâ
 ratio postulat, euagatur. Inde iniuste atq; impie
 viuunt. Utuntur ira contra pares: hinc dissidia,
 hinc expulsionés, hinc bella cōtra iustitiam nata
 sunt. Utuntur cupiditate ad congerendas opes:
 hinc fraudes, hinc latrocinia, hinc omnia scelerū
 genera exorta sunt. Utuntur libidine ad capiē-
 das tān voluptates: hinc stupra, hinc adulteria,
 hinc corruptele omnes exciterunt. Quicumq; igitur

tur illos affectus intra fines suos redegerit, quod ignorantibus Deum facere non possunt, hic patiens, hic fortis, hic iustus est.

De sensibus, & eorum voluptatibus brutorum & hominis: deq; oculorum voluptate & spectaculis.

CAP. XX.

Restat, ut contra quinque sensuum voluptates dicam breviter: nam & ipsius libri mensura iam modum flagitat: que omnes, quoniam vitiose ac mortiferae sunt, virtuti superari, atq; opprimi debent: vel (quod paulo ante dicebam de affectibus) ad rationem suam reuocari. Cetera animantes praeter unam voluptatem, qua ad generandum pertinet, nullam sentiunt. Vtuntur ergo sensibus ad naturae suae necessitatem. Vident ut appetant ea, quibus opus est ad vitam inueniendam. Audiunt inuicem, seque dignoscunt, ut possint congregari. Quae utilia sunt ad victum, aut ex odore inueniunt, aut ex sapore percipiunt: inutilia respiciunt, aut recusant. Edendi ac bibendi officium veteris plenitudine metiuntur. Homini vero solertissimi artificis providentia dedit voluptatem infinitam, & in vitium cadentem: quia proposuit ei virtutem, quae cum voluptate semper, tanquam cum domestico hoste, pugnaret. Cicero in Catone maiore: Stupra vero, inquit, & adulteria, & omne flagitium nullis excitari alijs illecebris, nisi voluptati. Cumque homini siue naturae siue quis Deus nihil mento praestabilius dedisset, huic diuino maneri ac dono nihil tam inimicum, quam volupt

Voluptatem Nec enim libidine dominante, temperantia locū esse, neq; in voluptatis regno virtutem posse cōsistere: sed ē contrario Deus idcirco virtutem dedit, ut expugnaret, ac iaceret voluptatem: eamq; egredientem fines sibi datos, intra prescriptum coēceret: ne hominem suavitatibus delimitum, atq; captum, ditioni suae subijceret, ac sempiterna morte multaret. Voluptas oculorum varia, & multiplex est, quae capitur ex aspectu rerum, quae sunt in usu hominū vel natura, vel opere delectabiles. Haec philosophi relictissime sustulerunt. Aiunt enim multo esse praestantius, & homine dignius, caelum potius quam caelata intueri, & hoc pulcherrimum opus intermicantibus astrorum luminibus, tanquam floribus adornatum, quam ficta, & picta, & gemmis distincta mirari. Sed cum disertē ad contemptum terrestrium nos exhortari sunt, & ad caeli spectaculum excitauerunt, tamē spectacula haec publica non contemnant. Itaq; his & delectatur, & libenter intersunt. Quae, quoniam maxima sunt irritamenta vitiorū, & ad corrumpendos animos potentissime valēt, tollenda sunt nobis: quia non modo ad beatam vitam nisi conserunt, sed etiā nocent plurimum. Nam qui hominem quamuis ab incerta damnaturū, in cōspectu suo pro voluptate ingulari computat, conscientiam suam polluit, tam scilicet quam si homicidii, quod sit occulte, spectator, & participipat. Hos tamen ludos vocant, in quibus huma-

nus sanguis effunditur. Adeò longè ab homini-
 bus recessit humanitas, ut cum animas hominũ
 interficiant, ludere se opimentur, nocentiores q̃
 omnibus, quorum sanguinem voluptatì habent.
 Quæro nunc, an possint p̃j & iusti homines ef-
 se, qui constitutos sub ictu mortis, at misericor-
 diam deprecantes, non tantùm patiuntur occidi,
 sed efflagitant, feruntq̃, ad mortem crudelia &
 inhumana suffragia, nec vulneribus satiant,
 nec cruore contenti: quin etiam percussos, incen-
 tesq̃, repeti iubent, & cadavera ictibus dispa-
 ri, ne quis illos simulata morte deludat. Irascunt
 tur etiam pugnantibus, nisi celeriter è duobus
 alter occisus est, & tanquam humanum san-
 guinem siciant, odertunt moras. Alios illis compa-
 res dari poscunt recentiores, ut quàm primùm
 oculos suos satient. Hac consuetudine imbuti, hu-
 manitatẽ perdidertunt. Itaq; non parcutt etiam
 innoctibus, sed occerent in omnes, quod in ma-
 lorum trucidatiõne didicerunt. Huius igitur publi-
 ci homicidij facinus, & participes esse non cavent
 vos, qui iustitiæ viã tenere nituntur. Non enim
 cum occidere Deus vetat, latrocinari nostatũm
prohibet, quod ne per leges quidem publicas
 licet: sed cui quoque ne fieri monet, que quia
 hominis pro iustis labentur. Itaq; neq; militare
 iusto licet, cuius militia est ipsa iustitia: neque
 vero accusare quenquam crimine capitali, quia
 nis il distat, utrum p̃tro, an verbo potius occidat,
 quonia occisio ipsi prohibetur. Itaq; in hoc Dei
 præcepto

Cave
 lege

praecepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet, ut occidere hominē sit semper nefas, quatenus Deus sanctum animal esse voluit. Ergo ne illud quidem concedi aliquis existimet, ut recentes natos liceat oblidere, quae vel maxima est impietas. Ad vitam enim Deus inspirat animas, non ad mortem. Verūm homines, ne quod sit facinus, quo manus suas non polluant, rudibus ad huc & simplicibus animis abuegant lucem non à se datam. Exspectet verò aliquis, ut alienum sanguini parcant, qui non parcat suo: sed hi sine ulla controuersia scelerati, et iniusti. Quid illi, quos falsa pietas cogit exponere? Non possunt innocentes existimari, qui viscera sua in praedam canibus obiciunt, & quantum in ipsis est, crudelius necant, quam si strangulassent. Quis dubitet, quin impius sit, qui aeternae misericordiae locū non tribuit? qui etiam si contingat ei, quod voluit, ut alatur, addixit certè sanguinem suū vel ad seruitutem, vel ad lupanar. Quae autem possint, vel soleāt accidere in utroq; sexu, † vel † per errorem, quis nō intelligit? quis ignorat? Quod vel vnus Oedipodis declarat exemplū, duplici scelere confusum. Tam igitur nefarium est, exponere, quam necare. At enim parricidae facultatum angustias conqueruntur, nec se pluribus liberis educandis iustificare posse praetendunt: quasi verò aut facultates in potestate sint possidentium, aut non quorundam Deus ex diuitibus pauperes, & ex pauperibus diuites faciat. Quare si quis liberos ob

pauperiem non poterit educare, satius est, ut se
 ab uxoris congressione contineat, quam sceleratis
 manibus Delibera corrumptat. Ergo si ho-
 mi idium facere, nullo modo licet, nec interesse
 omnino creditur, ne conscientia profundius vitium
 eruat: siquidem populo sanguis ille prestatur.
 In scenis quoq; nescio an sit corruptela vitiosior.
 Nam & Comice fabule de stupris virginum lo-
 quuntur, aut amoribus meretricum: & quo ma-
 gis sunt eloquentes, qui flagitia illa finxerunt, eo
 magis sententiarum elegantia persuadent, & fa-
 cilius inherent audientium memoria versus im-
 mersis, & ornati. Item Tragicæ historiae subi-
 ciunt oculis patricidia, & incesta regum male-
 rum, & cothurnata scelera demonstrant. Histrio-
 num quoq; impudicissimi motus, quid aliud nisi
 libidines docent, & instigant? quorum enervata
 corpora, & in muliebrem incessum, habitumq;
 mollita, impudicas feminas inhonestis gestibus
 mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelam
 preferentibus disciplinam? qui docent adulteria,
 dum fungunt & simulatis erudunt ad vera?
 Quid iuvenes, aut virgines faciant, cum hec &
 fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus
 cernunt? Admonetur utiq;, quid facere possint,
 & inflammantur libidine, quæ aspectu maxi-
 me concitatur: ac se quisq; pro sexu in illis ima-
 ginibus præfigurat: probantq; illa, dum rident,
 & adherentibus vitijs, corruptiores ad cubacula
 revertuntur: nec pueri modo, quos prematuris

o simula.
 esis

vitium imbuti non oportet, sed etiam senes, quos
 peccare iam non decet, in talem vitiorum semina-
 tam dilabuntur. ¶ Circeſsum quoque ludorum ratio
 quid aliud habet, nisi leuitatem, vanitatem, insa-
 niam? Tanto namque impetu concitantur animi in
 furor, in, quanto illic impetu curritur: ut iam
 plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia
 veniunt, cum exclamare, & efferris, & exire
 ceperint. Vitanda ergo spectacula omnia, non
 solum ne quid vitiorum pectoribus infideat, qua
 sedata, & pacifica esse debent, sed ne cuius nos
 voluptatis consuetudo delinias, & a Deo, atque
 à bonis operibus auertat. Nam ludorum celebra-
 tiones, deorum festa sunt: siquidem ob natales
 eorum, vel templorum nouorum dedicationes
 sunt constituta. Et primitus quidem venationes,
 que vocantur munera, Saturno sunt attributæ,
 ludi autem scenici Libero, Circenses Neptuno.
 Paulatim verò & ceteris dijs idem honos tribui
 cepit, singulisque ludi numeribus eorum consecra-
 ti sunt, sicut distinnit capite in * libris specta- * libro
 culorum docet. Si quis igitur spectaculis inter-
 est, ad que religionis gratia conuenitur, discorsis
 à Dei cultu, & ad deos se contulit, quorum nata-
 les, & festa celebravit.

De aurium voluptatibus, & sacris licetis.

C A P. XXI.

Aurium voluptas ex vocum, & cantuum
 suauitate percipitur, que scilicet tam vi-
 ciosa est, quam oblectatio illa, de qua diximus,
 oculo

oculorū. Quis enim non luxuriosum, ac nequam
 putet eū, qui scenicas artes domi habeat? Atqui
 nihil refert, vtrumne luxuriam solus domi, an
 cum populo exerceas in theatro. Sed iam de spe
 flaculus dictum est: restat vnum, quod est nobis
 expugnandum, ne capiamur ijs, quae ad sensum
 inimicū penetrant. Nam illa omnia, quae verbi
 carent, id est, aëris, et nervorum suaves soni,
 possunt facile contemni, quia non adherent, nec
 sibi possunt. Carmen autem compositum, et
 oratio cum suauitate decipiens, capit mētes, et
 quod voluerit impellit. Inde homines literati cum
 ad Dei religionem accesserint, ab aliquo impe-
 rito doctore fundati minus credūt. Assueti enim
 dulcibus et politis, sive orationibus sive carmi-
 nibus, diuinarum literarum simplicem commu-
 nemq; sermonem pro sordido aspiciunt. Id
 enim querunt, quod sensum demulceat. Persua-
 det autē quicquid suauē est, et animo penitus,
 dum delectat, insidet. Num igitur Deus et men-
 tis et vocis, et linguae artifex disertē loqui non
 potest? Imò verò summa providentia carere si-
 co voluit ea, quae diuina sunt, vt omnes intelli-
 gerent, quae ipse omnibus loquebatur. Ergo qui
 veritati studet, qui nō vult se ipse decipere, ab-
 iiciat inimicas ac noxias voluptates, quae ani-
 mam sibi vinciunt, vt corpus tibi dulces, praefer-
 rantur vera falsis, aeterna breuibes, vtilia in-
 cundis. Nihil aspectu gratum sit, nisi quod piū,
 quod iustē fieri videas: nihil auditu suauē, nisi
 quod

quod alii animam, melioremq; te reddit. Maxi-
 meq; hic sensus nō est ad vitium detorquendus,
 qui nobis ideo datus est, vt doctrinam Dei per-
 cipere possimus. Itaq; si voluptas est, audire can-
 tus & carmina, Dei laudes canere & audire,
 incundum sit. Hac est voluptas vera, qua comes,
 est & socia virtutis. Hac est nō caduca, & bre-
 uis, vt illæ, quas appetunt, qui corpori, vt pecu-
 des, seruiunt, sed perpetua & sine vlla intermis-
 sione delectans. Cuius terminos si quis excesserit,
 nihilq; aliud ex voluptate petierit, nisi ipsam
 voluptatem, hic mortem meditatur: quia sicut
 vita perpetua in virtute est, ita mors in volu-
 ptate. Qui enim temporalia maluerit, carebit
 æternis: qui terrena prætulerit, cælestia non
 habebit.

De saporis & odoris voluptatibus.

C A P. XXII.

AD voluptates autem saporis & odoris, qui
 i duo sensus ad solum corpus pertinet, nihil
 est aliud, quod a nobis disputetur, nisi fortè quis
 exigit, vt dicamus, turpe esse sapienti, ac bono,
 si ventri & gula seruiat, si vnguentis oblitus
 aut floribus coronatus incedat: quod qui facit,
 vti que suspensus, ineptus, & nihil est, & quem
 ne odor quidem virtutis attingerit. Fortassis quis-
 piam dixerit: Cur ergo illa facta sunt, nisi vt vs
 fruamur? At euim saepe iam dictum est, virtu-
 tem nullam futuram fuisse, nisi haberet que oppri-
 meret. Itaq; sicut omnia Deus ad instruendum
 certa

certamen rerum duarum. Ergo illecebre & voluptatum arma sunt illius, cuius vnum opus est, expugnare virtutem, iustitiamq; ab hominibus excludere. His blandimentis, & suauitatibus trillat animas. Scit enim quia mortis fabricatrix est voluptas. Nam sicut Deus hominē ad vitam non nisi per virtutem, ac laborem vocat, ita ille ad mortem per delicias, ac voluptates: & sicut ad verum bonum per fallacia mala, sic ad verum malum per fallacia bona peruenitur. Cauenda sunt igitur oblectamenta ista, tanquam laquei & plage, ne suauituum mollitia capti, sub ditionem mortis cum ipso corpore vedigamur, cui nos mancipauimus.

De tactus voluptate, & libidine, & matrimonio, & continentia. C A P. X X I I L

Venio nunc ad eam, quæ percipitur ex tactu, voluptatem: qui sensus est quidem vitiosus corporis. Sed ego non de ornamentis, aut vestibus, sed de sola libidine dicendum mihi puto, quæ maximè coercenda est, quia maxime nocet. Cùm excogitasset Deus duorum sexuum rationem, attribuit ut, ut se inuicem appeterent & coniunctione gauderent. Itaque ardentissimam cupiditatem cunctorum animalium corporibus admisit, ut in hos affectus audissimè rueret, eaq; ratione propagari, & multiplicari genera possent. Quæ cupiditas, & appetentia, in hominē vel emētor, & acrior inuenitur, vel quia omnium multitudinē voluit esse maiorē, vel quoniā

virtutem soli homini dedit, ut esset laus, & gloria
 coercendis voluptatibus, & abstinentia
 sui. Scit ergo aduersarius ille noster, quanta sit
 vis huius cupiditatis, quã quidam necessitatem
 dicere maluerunt, eamque a recto & bono, ad
 prauum & malum transfert. Illicita enim desi-
 deria immittit, ut aliena contaminent, quibus
 habere propria, sine delicto licet. Obicit quippe
 oculis irritabiles formas, suggeritque fomenta, &
 vitijs pabulum subministrat: tum in intimis vi-
 sceribus stimulos omnes conturbat, & commo-
 uet, & naturalem illum incitat, atque inflamat
 ardorem, donec irretitum hominem implica-
 tumque decipiat. At ne quis esset, qui penarum
 metu abstinere alieno, turbanria quoque consti-
 tuit, & pudorem infelicium mulierum publicauit,
 ut ludibrio haberet tam eos, qui faciunt, quam
 quas pati necesse est. His obscenitatibus animas
 ad sanctitatem genitas, velut in cœni gurgitem
 demersit, pudorem exiunxit, pudicitiam profligauit
 Idem etiam mores maribus admiscuit, &
 nefandos entus contra naturam, contraque insti-
 tutum Dei machinatus est: sic inbut homines
 & armarit ad omne nefas. Quid enim potest
 esse sceleratius, qui etatem imbecillam, & pre-
 sidio indigentem, libidini suæ depopulandam, for-
 dandamque sine fraude uerint? Non potest hæc res pro
 magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius
 istos appellare possunt, quam impies, & parricidas:
 quibus non sufficit sexus à Deo datus,

nisi

nisi & suum profinè ac petulanter illudat. Hæc
tamen apud illos leuia, & quasi honesta sunt.
Quid dicam de ijs, qui abominandam non libi-
dinem, sed insaniam potius exercent? Piget di-
cere. Sed quid his fore credamus, quos non piget
facere? & tamen dicendum est, quia fit. De illa
loquor, quorum teterrima libido, & execrabilia
furor ne capiti quidem parcat. Quibus hoc ver-
bis, aut qua indignatione tantam nefus prose-
quar? vincit officium lingue sceleris magni-
tudo. Cum igitur libido hæc edat opera, & hæc fa-
cinora designet, armandi aduersus eam virtute
maxima sumus. Quisquis affectus illos frangere
non potest, cohibeat eos intra præscriptum legi-
timi tori: ut & illud, quod auidè expetit, conse-
quatur, & tamè in peccatum non incidat. Nam
quid sibi homines perdituri volūt! Nempe honesta
opera voluptas sequitur: si ipsam per se appetit,
iusta & legitima frui licet. Quòd si aliqua neces-
sitas prohibebit, tum verò maxima adhibenda
virtus erit, ut cupiditati continentia reuelletur.
Nec tantum alienis toris, que attingere non li-
cet, verumetiam publicis, vulgatisq; corporibus
abstinendum Deus præcepit: docetq; nos, cum
duo inter se corpora fuerint copulata, vni cor-
pori efficere. Itaq; qui se cæno immerferit, cæno
sit oblitus: necessè est: & corpus quidè citò oblitus
potest, mens autem contagione impudici corpo-
ris inquinata non potest, nisi & longo tempore,
& multis bonis operibus, ab ea, que inhaerit,
coluuntur

collatione purgari. Oportet ergo sibi quonq; preponere, duorum se xuum coniunctionem generandi causa datam esse viventibus; eamq; legem his affectibus posuam, ut successionem parent. Sicut autem dedit nobis oculos Deus, non ut spectemus voluptatemq; capiamus, sed ut videamus propter eos actus, qui pertinent ad vitæ necessitatem: ita genitalem corporis partem, quod nomen ipsum docet, nulla alia causa, nisi efficienda sobolis accepimus. Hinc diuina legi summa deuotione parendum est. Sint omnes, qui se discipulos Dei profitebuntur, ita morati & instituti, ut imperare sibi possint. Nam qui voluptatibus indulgent, qui libidini obsequuntur, in animam suam corpori mancipant, ad mortemq; condemnant: quia se corpori addixerunt, in quo habet mors potestatem. Vnusquisque igitur, quantum potest, formet se ad verecundiam, pudoremq; coadat, castitatem conscientia & mente tueatur: nec tantum legibus publicis pareat, sed sit subra omnes leges, qui legem Dei sequitur. Quibus bonis si aduenierit, iam pudebit eum in deteriora descendere: modo placeant recta, & honesta, que melioribus iucundiora sunt, quam praua et inhonesta perioribus. Nondum omnia castitatis officia executus sum, quam non modo Deus in reata priuatos parietes, sed etiam prescriptio lectu terminat: ut cum quis habeat uxorem, neque seruam, neque liberam habere insuper velit, sed matrimonio fidem seruet. Non enim, sicut publi-

*ci iuris ratio est, sola mulier adultera est, quæ ha-
bet alium: maritus autem, etiam si plures ha-
beat, à crimine adulterij solutus est. Sed diuina
lex ita duos in matrimonium, quod est in corpore
vnum, pari iure coniungit, ut adulter habeatur,
quisquis compagem corporis in diuersa distra-
xerit. Nec ob aliam causam Deus, cum cetera
animantes suscepto sætu, maribus repugnare
voluisset, solam omnium mulierem patientem
viri fecit, scilicet ne fœminis repugnantibus, libi-
do cogeret viros aliud appetere, eoq; factò casti-
tatis gloriam non tenerent. Sed neq; mulier vir-
tutem pudicitie caperet, si peccare non posset.
Nam quis mutuum animal pudicum esse dixerit,
quod suscepto sætu mari repugnat? Quod ideo
facit, quia necesse est, in dolorem, atque in peri-
culum veniat, si admiserit. Nulla igitur laus est
non facere, quod facere non possis. Ideo autem
pudicitia in homine laudatur, quia non natura-
lis est, sed voluntaria. Seruanda igitur fides ab
viroque alteri est, imò exemplo continentia, di-
cenda vxor, ut se castè gerat. Iniquum est enim,
ut id exigas, quod ipse prestare non possis. Sed
iniquitas effecit profecto, ut essent adulteria fœ-
minis ægrè ferentibus prestare se fidem non exi-
ben'ibus mutuam charitatem. Deniq; nulla est
tam perditæ pudoris adultera, quæ non hanc cas-
sam vitij suis pretendat, iniuriam se peccando
non facere, sed referre. Quod optimè Quintili-
anus expressit: Homo, inquit, neque alieni matri-
monij*

monij abstineas, neque sui custos: quæ inter se na-
 tara connexa sunt. Nam neque maritus circa cor-
 rumpendas aliorum coniuges occupatus, potest
 vacare domestice sanctitati: & uxor cum in ta-
 le incidit matrimonium, exemplo ipso irritata,
 aut imitari se putat, aut vindicare. Cavendum
 igitur, ne occasionem vitij nostra intemperan-
 tia demus: sed assuescant inuicem mores duo-
 rum, & iugam paribus animis ferant. Nos ipsos
 in altero cogitemus. Nam fere in hoc iustitie
 summa consistit, ut non facias alteri, quicquid
 ipse ab altero pati nolis. Hæc sunt, quæ ad conti-
 nentiam præcipiuntur à Deo. Sed tamen ne quis
 diuina præcepta circumscribere se putet posse, ad-
 dantur illa, ut omnis calumnia, & occasio frau-
 dis remoueatur: adulterum esse, qui à marito
 dimissam duxerit, & eum, qui præter crimen
 adulterij uxorem dimiserit, ut alteram ducat.
 Dissociari enim corpus, & distrahi Deus noluit.
 Præterea non tantum adulterium esse vitan-
 dum, verum etiam cogitationem, ne quis aspiciat
 alienam, & animo concupiscat: adulteram
 enim fieri mentem, si vel imaginem voluptatis
 sibi ipsa depinxerit. Mens est enim profecto, quæ
 peccat, quæ immoderate libidinis finitum cogi-
 tatione complectitur. In hac crimen est, in hac
 omne delictum. Nam & si corpus nulla sit la-
 be maculatum, non constat tamen pudicitie
 ratio, si animus incestus est: nec illibata casti-
 tas videri potest, ubi conscientiam cupiditas in-

quinavit. Nec vero aliquis existimet, esse difficile, frenos imponere voluptati, eamq; vagam & errantem, castitati, pudicitiaq; limitibus includere, cum propositum sit omnibus hominibus, eam vincere: ac plurimi beatam, atque incorruptam corporis integritatem retinuerint, multiq; sint, qui hoc caelesti genere vitæ felicissime perfruantur. Quod quidem Deus non ita fieri precepit, tanquam astringat, quin generari homines oportet, sed tanquam sinat. Scit enim quantum his affectibus imposuerit necessitatem. Si quis hoc, inquit, facere potuerit, habebit extimiam, incomparabilemq; mercedem. Quod continentia genus quasi fastigium est, omniumq; consummatio virtutum. Ad quam si quis enith, atque eluctari potuerit, hunc seruum dominum hunc discipulum magister agnoscat, hic terram triumphabit, hic erit consimilis Deo, qui virtutem Dei cepit. Hec quidem difficilia videntur, sed de eo loquimur, cui caluatis omnibus terrenis, iter in celum paratur. Nam quia virtus in Dei agnitione consistit, omnia grauiasunt, dum ignores: vbi cognoueris, facilia. Per ipsas difficultates nobis exiundum est, qui ad summum bonum tendimus.

De penitentia, venia, & præceptis Dei.

CAP. XXI III.

NEc tamen deficiat aliquis, aut de se ipso desperet, si aut cupiditate victus, aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut vi co-

Et

ctus, ad iniustitia viam lapsus est. Potest enim
 reduci, ac liberari, si eum pœniteat aëtorum, &
 ad meliora conuersus, satis faciat Deo: quod fieri
 posse Cicero non putauit, cuius hac in Academi-
 co tertio verba sunt: Quod si liceret ijs, qui in itinere
 deerrauissent, sic viam deniam secutos cor-
 rigere errorem pœnitendū, felicior esset emenda-
 tio temeritatis. Licet planè. Nam si liberos no-
 stros, cum delictorum suorum cernimus pœnite-
 re, correctos esse arbitramur, & abdicatos abie-
 ctosq; rursus tamen sustentamus, suscipimus, fo-
 uemus, amplectimur: cur desperemus, clemen-
 tiam Dei patris pœnitendo posse placari? Ergo
 idem Dominus, ac parens indulgentissimus re-
 missurum se pœnitentibus peccata promittit, &
 obliteraturum omnes iniquitates eius, qui iusti-
 tiam denuò cœperit operari. Sicut enim nihil
 prodest malè viuenti anteaclie vite probitas,
 quia superueniens nequitia, iustitia opera dele-
 uit: ita nihil efficiunt peccata vetera * correcto, * correpto
 quia superueniens iustitia labem vite prioris
 aboleuit. Is enim, quem facti sui pœnitet, erro-
 rem suum pristinum intelligit. Idroq; Greci me-
 lius, & significantius περὶ ἀνομιᾶν dicunt, quam
 nos Latine possumus resipiscenciam dicere. Resi-
 piscit enim, ac mentem suam quasi ab insania
 recipit, quem errati piget, castigatq; seipsam de-
 mentie, & confirmat animum suum ad rectius
 viuendum: tum illud ipsam maxime cœnet, ne
 in eosdem laqueos inducatur. Denique

muta quoque anim.ilia cum fraude capiuntur, se aliquo modo se in fugam excitauerunt, sunt postmodum cautior. i. vitantq; semper ex omnib; in quibus dolos, insidiasq; senserunt. Sic hominem pœnitentia cautum, ac diligentem facit ad evitanda peccata, in que semel fraude deciderit. Nemo enim potest esse tam prudens, tam circumspēctus, ut non aliquando labatur. Et ideo Deus imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini portum salutis, ut huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta est, medicina pœnitentia subveniret. Ergo quicumque aberraverit, refrat pedem, seq; quā imprimis recipiat, ac reformet:

Sed revocare gr. idam, superasq; evadere a^{moras,}

Hoc opus, hic labor est.

De gustatis enim male iucundis voluptatibus, vix diuelli ab his possunt: facilius recta sequentur, si earum suavitates non attigissent. Sed si eripiant se mala servituti, condonabitur hu omnis error, si errorem suum vita meliore correxerint. Nec lucrari se quisquam putet, si delicti conscius non habebit: sicut enim ille omnia, in cuius conspectu vivimus: nec si vixeris homines celare possumus, Deam possumus, cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. * Quod in exhortationibus suis Seneca mirabili sententia terminavit: Magnum, inquit, nescio quid, minusq; quā cogitari potest, nomen est, cui vident

*Exhortationes
S. Sen.

dendo operam damus. Huic nos approbemus.
 Nam nihil prodest inclusam esse conscientiam,
 patemus Deo. Quid verius dici potest ab eo, qui
 Deum nosset, quam dictum est ab homine vere
 religionis ignaro? Nam & maiestatem Dei ex-
 pressit, maiorem esse dicendo, quam ut eam co-
 gitatio mentis humana capere posset, & ipsum
 veritatis attigit fontem, sentiendo, vitam homi-
 num superuacuum non esse, ut Epicurei volunt,
 sed Deo ab his operam ridendo dari, si quidem
 iuste, ac pie vixerint. Potuit esse verus Dei cul-
 tor, si quis illi monstrasset: ac contempsisset pro-
 fecto Zenonem, & magistrum suum Socrum,
 si vera sapientie ducem uictus esset. Huic nos,
 inquit, approbemus. Caelestis prorsus oratio, nisi
 antecederet ignorantiae confessio: Nihil prodest
 inclusam * habere conscientiam; patemus Deo. * esse
 Nullus ergo mendacio, nullus dissimulationi lo-
 cus est, quia parietibus oculi hominum submo-
 uentur: Dei autem diuinitas nec visceribus sub-
 moueri potest, quo minus totum hominem per-
 spiciat, & norit. Idem in eiusdem operis primo:
 Quid agis? inquit, quid machinaris? quid abs-
 condis? Custos te caui sequitur. Alium tibi pere-
 grinatio subduxit, alium mors, alium valetudo:
 haeret hic, quo carere nunquam potes. Quid lo-
 cum abditum legis, & arbitros remoues? Putas
 tibi contigisse, ut oculos omnium effugias de-
 mens? Quid tibi prodest non habere conscientiam,
 habenti conscientiam? Non minus mirabiliter

de conscientia, & Deo Tullius: Meminerit, inquit, Deum se habere testem, id est, (vt ego arbitror) mentem suam, quæ nihil homini dedit Deum ipse diuinus. Item cum de iusto ac bona viro loqueretur: Itaq; talis vir, inquit, nõ modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat predicare. Purgentur igitur conscientiam, quæ oculis Dei perua est: & vt ait idem, semper ita viuamus, vt rationem reddendam nobis arbitremur. putemusq; nos momentis omnibus non in aliquo (vt ille dixit) † orbi terrarũ theatro ab hominibus, sed desuper spectari ab eo, qui & iudex, & testis idem futurus est, cui rationem vite reposcenti, actus suos inficiari non licebit. Ergo satius est, aut effugere conscientiam, aut nos ipsas vltro aperire animum, & perniciem reclusis vulneribus effundere, quibus nemo alium mederi potest, nisi solus ille, qui gressum claudis, visum cæcis reddidit, maculata membra purgauit, mortuos excitauit. Ille ardorem cupiditatis extinguet, extirpabit libidines, inuidiam distrahiet, iram mitigabit. Ille reddet veram & perpetuam sanitatem. Appetenda est hæc omnibus medicina, quoniam maiori periculo vexatur anima, quam corpus: & quamprimum latentibus morbis adhibenda curatio est. Neq; enim si vtatur aliquis oculorum acie clara, membra omnibus integris, firmissima totius corporis valetudine tamen cum dixerim sanum, si esseratur ira, superbia tumidas inflatur, libidini feruiat, cupidit

cupiditatibus inardescat: sed eum potius, qui ad
 alienam felicitatem non attollat oculos, opes non
 admiretur, alienam mulierem sanctè videat, ni-
 hil omnino appetat, nihil concupiscat alienum,
 non inuideat ulli, non fastidiat quenquam, sit
 humilis, misericors, beneficus, mitis, humanus,
 pax in anima eius perpetua versetur. Ille homo
 sanctus, ille iustus, ille perfectus est. Quisquis igitur
 his omnibus præceptis caelestibus obtemperave-
 rit, hic cultor est veri Dei, cuius sacrificia sunt
 mansuetudo animi, & vita innocens, & actus
 boni. Que omnia qui exhibet, toties sacrificat,
 quoties bonum aliquid acpium fecerit. Deus
 enim non desiderat victimam, neque mutigeni-
 malis, neque mortis, ac sanguinis, sed hominis &
 vite. Ad quod sacrificium, neque verbenis opus
 est, neque fibris, neque cæspitibus, que sunt uti-
 que vanissima: sed ijs, que de intimo corde pro-
 pectore
 feruntur. Itaque in aram Dei, que verè maxima
 est, & que in corde hominis collocata, coinqui-
 nari non potest sanguine, iustitia imponitur, pra-
 sistentia, fides, innocentia, castitas, abstinentia.
 Hic est verissimus ritus, hæc illa lex Dei (ut à
 Cicerone dictum est) præclara, & diuina semper,
 que recta, & honesta iubet, vetat praua, & tur-
 pia: cui parentem sanctissima ac certissima legi,
 iuste, ac legitimè necesse est viuere. Cuius legis
 pauca equidem capita posui, quòd sum pollici-
 tus, ea me tantummodo esse dicturum, que sum-
 mum fastigium virtutis, & iustitia imponerent.

Si quis volet ceteris omnia comprehendere, ex fonte ipso petat, unde ad nos rivus iste manavit.

De sacrificio, deq; dono Deo digno.

CAP. XXV.

Cautelose.

Nunc de sacrificio ipso pauca dicemus. Eber, inquit Plato, non castum donum Deo. Quid ergo? Picta scilicet & texta pretiosa? imò verò non castum donum Deo, quicquid corrumpi, quicquid surripi potest. Sed sicut hoc vidit, non oportere viventi aliquid offerre, quod sit ex mortuo corpore: cur illud non vidit, non debere incorporali corporale munus offerri? Quanto melius Seneca & veterum? Vultisne vos, inquit, Deum cogitare magnum, & placidum, & maiestate laudandum amicum, & semper in proximo? Non immolationibus, nec sanguine multo colendum, (que enim ex trucidatione immerentium voluptas est?) sed mente pura, bono, honore, & propitio. Non templa illi congestis in altitudinem saxis extruenda sunt: sed in suo cuiq; consecrandum est pectore. Vestes igitur, & gemmas, & cetera, que habentur in pretio, si quis putet Deo esse in plene, quid sit Deus, nescit, cui putat voluptas esse eas res, quas etiam homo si contempserit, vere laudabitur. Quid ergo castum, quid Deo dignum, nisi quod ipse in illa divina lege sua proposcat? Duo sunt, que offerri debeant, donum, & sacrificium, donum in perpetuum, sacrificium ad tempus. Verum apud istos, qui nullo modo putant

um diuinitatis intelligunt, donum est, quicquid
 auro, argentoq; fabricatur. item quicquid purpu-
 ra, & serico textitur. Sacrificium est victima, &
 quaecunque in ara cremantur. Sed utroque non
 utitur Deus, quia & ipse incorruptus est, & il-
 lud totum corruptibile. Itaq; Deo utroq; incor-
 porate offerendum est quo utitur. Donum est in-
 tegeritas animi: sacrificium, laus, & hymnus. Si
 enim Deus non videtur, ergo hi rebus coli debet,
 quae non videntur. Nulla igitur alia religio est ve-
 ra, nisi quae virtute, ac iustitia constat. Quomodo
 autem Deus iustitia hominis utatur, intellectu
 facile est. Si enim iustum fuerit homo, accepta im-
 mortalitate in aeternum Deo seruiet. Homines
 autem non nisi ad iustitiam nasci, cum philoso-
 phi veteres, tum etiam Cicero suspicatur: disse-
 rens enim de legibus: Sed omnium, inquit, quae in
 hominum doctorum disputatione versantur, ni-
 hil est profecto prestabilius, quam planè intelli-
 gi nos ad iustitiam esse natos. Id ergo solum Deo
 exhibere, atque offerre debemus, ad quod capien-
 dum nos ipse generauit. Hoc autem duplex sa-
 crificij genus quā sit verissimum Trismegistus
 Hermes idoneus testis est: qui nobiscum, id est,
 cum Prophetis, quos sequimur, tam re quam
 verbis congruit. De iustitia locutus est: Hoc ver-
 bum, o filia, adora & cole. Cultus autem Deo
 vnus est, malum non esse. Item in illo sermone
 perfecto: Cum exandisset Asclepium querentem
 a filio suo, utrum placeret patri eius, offerri ihus,

Et alios odores ad sacrificium Dei, exclamant:
 Benè, benè, ô mi nate Asclepi. Est enim maxi-
 ma impietas, tale quid de vno illo, ac singulari
 bono in animum inducere. Hæc et his similes
 huic non conveniunt. Omnium enim quæcunque
 sunt, plenus est, et omnium minime indigent.
 Nos verò gratias agentes, adoremus: Humi-
 enim sacrificium sola benedictio. Et rectè. Ver-
 bo enim sacrificari oportet Deo: siquidem Deum
 verbum est, et ipse confessus est. Summus igitur
 colendi Dei ritus est, ex ore iustis hominum
 ad Deum directa laudatio: quæ tamen ipsa, et
 Deo sit accepta, et humilitate, et timore, et
 devotione maxima opus est: ne quis forte inte-
 gritatis et innocentie fiduciam gerens, tumo-
 ris, et arrogantie crimen incurrat, eoque facto,
 gratiam virtutis amittat. Sed ut sit Deo charus,
 omniq; macula careat, misericordiam Dei sem-
 per impleret: nihilq; aliud precetur, nisi pecca-
 tis suis veniam, licet nulla sint. Si quid aliud de-
 sideraverit, non est opus dicto scienti quid ve-
 limus. Si quid ei boni euenerit, gratias agat: si
 quid mali, satisfaciat, et id sibi ob peccata
 sua fateatur evenisse: et nihilominus etiam in
 malis gratias agat, et in bonis satisfaciat: et
 idem sit semper, et stabilis, et immutabilis, et
 inconcussus. Nec tantum hoc in templo putet sibi
 esse faciendum, sed et domi, et in ipso etiam
 cubili suo. Secum denique habeat Deum in cor-
 de suo consecratum, quoniam ipse est Dei tem-
 plum.

plum. Quod si Deo patri, ac domino hac assiduitate, hoc obsequio, hac deuotione seruiuerit, consummata & perfecta iustitia est: quam qui tenuerit, hic (ut antè testati sumus) Deo paruit, hac religioni, atque officio suo satisfecit.

FINIS

I. COELII

LACTANTII

FIRMIANI DIVI-

narum institutionum aduersus Gen-

tes, Liber septimus, & vlti-

mus, de diuina premio,

& vltimo futu-

ro iudicio.

*

De mundo, ac reprehensio perfidorum.

CAP.

I.

BNE habet, iacta sunt funda-
 menta, ut ait eximius orator.
 Verùm nos non fundamenta so-
 lum iecimus, quæ firma & ido-
 nea essent operi perficendo, sed
 magnis, robustisq; molibus ædificium totum penè
 usq; ad summa perduximus. Restat id, quod mul-
 to facilius est, vel tegere, vel ornare, sine quo
 tamè priora opera inutilia sunt & ingrara. Nā
 quid prodest, aut falsis religionibus liberari, aut
 intell

intelligere verā? quid auranitate false sapiētia
 providere, aut, quæ sit vera, cognoscere? Quod
 in quā, prodest celestem illam iustitiā defendere?
 quid cum magnis difficultatibus cultum Deū
 nūc, quæ est summa virtus, nisi eum divinum
 præmiū beatitudinis perpetuæ subsequatur? De
 qua nobis est in hoc libro differendum, ne prima
 omnia, irrita, & infructuosa videantur, si huius
 cuius causæ illa suscepta sunt, incertum relin-
 quamus: ne qui forte arbitretur tantos labores
 incassum suscipi, dum eorū celesti mercede despi-
 dit: quā Deus statuit ei, qui hæc suavia terræ
 nā pro sola, nudaq; virtute contempserit. Salu-
 tibus huic parti inciamus, cum testimonijs divinarū
 literarum, tum etiam probabilibus argumentis:
 ut æquè clarū sit, & futura presentibus, & di-
 vina terrenis, & perpetua brevibus esse antepri-
 nenda: quoniā temporalia sunt præmia virtutis,
 sempiterna virtutis. Exponam igitur rationem
 mūdi, ut facile possit intelligi, quādo, & quare
 sit effectus à Deo: quod Plato, qui de mundi fi-
 bricatione diffidit, nec scire potuit, nec explicare:
 quippe qui celeste mysterium, quod non nisi
 prophetis, ac Deo docente discitur, ignorabū-
 i teoq; in perpetuum dixit esse fabricatum. quod
 lōgè secus est: quoniā quisquid est solidum, ac gra-
 vi corpore, ut initium cepit aliquando, ita finem
 capiat necesse est. Nam Aristoteles, cum nomi-
 deret, quemadmodum posset tanta rerum magni-
 tudo incerire, & hanc præscriptionem velle ef-
 fugere

fugere semper aut fuisse mundum, ac semper futurum. Proxus ut il vidit: quia quicquid est, necesse est aliquando habuerit principium: nec omnino quicquam potest esse, nisi coeperit. Nam cum terram, & aquam, & ignem disperire, consumi, extinguiq; videamus, quae sunt utiq; mundi partes, intelligitur, id totum esse mortale, cuius membra sunt mortalia. Ita fit, ut natum sit quicquid potest interire. Sed & omne, quod sub visum oculorum venit, & corporale, (ut ait Plato) & solubile sit, necesse est. Vnus igitur Epicurus, auctore Democrito, veridicus in hac re fuit, qui ait, & ortum aliquando, & aliquando esse periturum. Nec tamē rationē vllā reddere potuit, si scilicet & aut quibus de causis tantū hoc opus, aut quo tempore resoluatur. Quod quoniā nobis Deus revelauit, nec coniecturis id assequimur, sed traditione caelesti, docebimus sedulo: ut tandē studiosis veritas appareat, nō vidisse, neq; comprehendisse philosophos veritatem, sed ita tenuiter odoratos, ut tamen vnde eos odor ille sapientie tam suavis, tam iucundus afflarit, nullo modo senserint. Interim necessariū paulo admonere lectores, quod hac nostra, quae tradimus, praeue vitiosaq; mentes aut omnino non intelligent, (hebetatur enim acies eorū terrenis cupiditatibus, quae sensus omnes grauat, imbecillitasq; reddunt) aut etiam si intelligent, dissimulabunt. Tamēq; & hac vera esse nolēt, quia trahuntur à vitis, & scientes, malis suis fauent, quorum

suau

suavitate capiuntur, & virtutis viam deserunt,
 cuius acerbitate offenditur. Nam qui avaritia,
 & opum inexplebili quadam siti flagrant, quia
 non possunt venditis, aut dilargitis, quae amant,
 tenui cultu vitam degere, sine dubio malūt id esse
 factum, quo desiderijs suis renuntiare coguntur.
 Itē qui libidinis stimulis incitati (ut est poeta)
 in furias, ignemq; ruunt, vtiq; incredibilia nos
 afferre duunt: quia vulnerāt aures eorum pre-
 cepta continentiae, quae illos à voluptatibus suis
 prohibent, quibus animā suam cum corpore ad-
 iudicauerunt. Qui verò ambitione inflati, aut
 amore potētiae inflammati, omne studiū suū ad
 honores acquirendos contulerunt, nec si solū qui
 dēt ipsū gestemus in manibus, fidem commo-
 dabunt ei doctrine, quae illos iubet, omni poten-
 tia, & honore contempto, humiles vivere, atq; ita
 humiles, ut & accipere iniuriā possint, & reser-
 nolint, si acceperint. Itē sunt homines, qui contra
 veritatē clausis oculis quoquo modo latrāt. Qui
 autem sanati erunt, id est, nō ita vitijs immeriti
 ut sanabiles non sint, & credēt his, & libenter
 accedēt, & quaecunq; dicimus, aperta, & plana,
 & simplicia, & quod maximē opus est, verū
 & inexpugnabilia illis videbuntur. Nemo vir-
 tuti finet, nisi qui sequi potest: sequi autem, non
 facile est omnibus: q̄ possunt, quos paupertas, &
 rerum indigentia exercuit, & capaces virtutis
 effecit. Nam si virtus est tollerātia malorum, nō
 capiunt ergo virtutem, qui semper in bonis fin-
 rnal:

runt: quia mala neque experti sunt, neque ferre possunt, assuetudine, ac desiderio bonorum, que sola uouerunt. Eo fit ut pauperes, et humiles Deo credat facilius, qui sunt expediti, quam diuites, qui sunt impedimentis plurimis implicati, imo ^{*VNO VO-} catenati, et compediti feruiant ad nutum domi- ^{RO COCA-} ne cupiditati, que illos inextricabilibus vincu- ^{tenati,} lis irretiunt: nec possunt in calum afficere, quoniam mens eorum in terram prona, humilique defixa est. Virtutis autem riuus non capit magna onera portantes. Augustus admodum tremulus est per quem iustitia hominem deducit in celum. Hunc tenere non potest, nisi qui fuerit expeditus, et iudus. Nam isti locupletiores multi, et ingentibus sarcinis onerati, per viam mortis incedunt, que latissima est, quoniam late perditio dominatur. His acerba sunt, his venena, que Deus ad iustitiam recepit, queque nos Dei magisterio de virtute ac veritate differimus. Quibus si repugnare audebunt, hostes se necesse est virtutis, iustitięque sentiantur. Aggrediar nunc, quod superest, ut finis operi possit imponi. Id autem superest, ut de iudicio Dei differamus, quod tum constituetur, cum dominus noster redierit in terram, ut vni-
 quisque pro merito aut premium persoluat, ac pœnam. Itaque ut in quarto libro de primo aduentu eius diximus, sic in hoc secundum referimus aduentum, quem Iudei quoque et confitentur, et sperant, sed frustra quoniam necesse est, ut eos consulendos reuertatur, ad quos vocandos prius

L. vener

vernal: nam qui victor fuerit impie humile, sentient in potestate victore: eaq; omnia, quæ leguntur & non intelligunt, Deo compensante patientur: quippe qui peccatis omnibus inquinati, & insuper sancto cruore perfusi, ab illo ipso, cui nefandas manus intulerunt, sint, ad æterna supplicia destinati. Sed erit nobis contra Iudeos separata materia, in qua illos erroris, & secleris convincemus.

De errore philosophorum, & divina sapientia. CAP. II.

Nunc ignaros veritatis instruamus. Dispensione summi Dei sic ordinatum, ut minimum sumat, extinctaq; protinus omnis malitia, & piorum animis ad beatam vitam revocatis, quietum, tranquillum, pacificum, aureum denique seculum (ut poëtae vocant) Deo ipso regnante florescat. In primis, causa errorum omnium philosophis hæc fuit, quod rationem mundi, quæ totam sapientiam continet, non comprehendunt. Ea vero sensu proprio, & interna intelligentia non potest comprehendi: quod illi sine doctore si ipsos facere voluerunt: itaq; in varias, & sæpe contrarias sententias inciderunt: ex quibus exitum non haberent, & in eodem lute (sicut Comicus ait) hasitauerunt, & scilicet affirmantibus eorum non respondente ratione, cum assensisset quidem vera, sed quæ affirmari, pronariq; non possent sine scientia veritatis, rerumque celestium, quæ (ut sæpe iam dixi) non potest

in homine, nisi Deo docente precepta. Nam si
 homo potest intelligere divina, poterit & face-
 re: nam intelligere, est quasi è vestigio subsequi.
 Non potest autem facere, quæ Dei, quia mor-
 tali corpore indutus est: ergo nec intelligere qui-
 dem potest, quæ fecit Deus. Quod an fieri pos-
 sit, ex immensitate rerum, atque operum divi-
 norum, facile est unicuique metiri. Nam si
 mundum cum omnibus, quæ sunt in eo, contem-
 plari velis, intelliges profecto, quantum Dei opus
 humanis operibus antestet. Ita quantum inter
 opera divina, & humana interest, tantum di-
 stare inter Dei, hominisq; sapientiam necesse est.
 Nam quia Deus incorruptus, atque immortalis
 est, & ideo perfectus, quia sempiternus est:
 sapientia quoque eius perinde, ut ipse, perfecta
 est: nec obstare illi quicquam potest, quia nullus
 ei Deus ipse subiectus est. Hæmo autem, quia
 subiectus passioni, subiecta est & sapientia eius
 errori: & sicut hominis vitam multæ res impe-
 diunt, quo minus possit esse perpetua: ita sapien-
 tiam quoque eius multis rebus impediri necesse
 est, quo minus in perspicenda penitus veritate,
 perfecta sit. Ergo nulla est humana sapientia,
 si per se ad notionem veri, scientiamq; nitatur:
 quoniam mens hominis cum fragili corpore illi-
 gatur, & in tenebroso domicilio inclusa, neq; li-
 berius euagari, neque clarius perspicere verita-
 tem potest, cuius notio diuinæ conditionis est.
 Deo enim soli opera sua nota sunt. Homo autem

non cogitando, aut disputando assequi eam potest, sed discendo, & audiendo ab eo, qui scire solus potest, & docere. Ideo M. Tullius sententiam Socratis de Platone transferens dicentis, venisse tempus, ut ipse migraret à vita: illos autem apud quos causam suam perorabat, agere vitam. Vtrum melius sit, inquit, Deum immortales sciunt, hominem autem arbitror scire neminem. Quare necesse est, omnes philosophiae sectae, alienas esse à veritate, quia homines erant, qui eas constituerunt: nec vllum fundamentum, aut firmitatem possunt habere, quae nullis diuinarum vocum fulciuntur oraculis.

De natura, de mundo: reprehensio praeterea
Stoici & Epicurei. CAP. III.

ET quoniam, de philosophorum erroribus loquimur, Stoici naturam in duas partes diuidunt: vnam, quae efficiat, alteram quae se ad faciendum tractabilem praebeat. In illa prima esse vim sentiendi, in hac materiam, nec alterum sine altero esse posse. Quomodo potest idem esse, quod tractat, & quod tractatur? Si quis dicat id. in esse, figulum, quod lutum, aut lutum idem esse, quod figulum, nonne aperte insani re videatur? At isti vno naturae nomine duas res distinctissimas comprehendunt, Deum, & mundum, artificem, & opus: dicuntque alterum sine altero nihil posse, tanquam natura sit Deus mundo permittens. Nam interdum sic confundunt, ut sit Deus ipse mens mundi, & mundus sit corpus

Da

Dei. Quasi verò simul esse caperint Deum & mundum, ac non ipse mundum fecerit: quod & ipsi fatentur aliam, cum hominum causa predicant esse fabricatum, & sine mundo esse, si velit possit: siquidem Deus est diuina & aeterna mens, corpore soluta & libera. Cuius vim, maiestatemque quoniam intelligere non poterant, miscerunt eum mundo, id est, operi suo. Vnde est illud Vergilianum:

- Totamque infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Vbi est ergo illud, quod idem ipsi aiunt, & factum esse diuina providentia, & regi? Si enim fecit mundum, fuit ergo sine mundo. Si regit, non vtiq; sicut mens corpus regit, sed tanquam dominus dominus, nauim gubernator, auriga currum. Nec tamen mixti sunt illi rebus, quas regunt. Nam si haec omnia, quae videmus, Dei membra sunt, iam ab his insensibilis constituitur Deus, quoniam membra sensu carent. & mortalis est, quoniam videmus membra esse mortalia. Possum enumerare, quoties repentinis quassata montibus, vel hauerint terrae, vel descenderint in abruptum, quoties demersae fluctibus & vrbes, & insulae abierint in profundum, frugiferos campos paludes inundauerint, flumina, & stagna siccauerint, montes etiam vel deciderint abrupti, vel planis fuerint adaequati, plurimas regiones, & multorum fundamenta montium

latus, & interior ignis adsument. Et hoc parum est, si membris suis non parcat Deus, nisi etiam homini liceat aliquid in Dei corpus. Maria extruuntur, montes exciduntur, & ad eruendas opes, interiora terra viscera effodiuntur. Quid quod ut arari quidem sine laceratione diuini corporis potest? ut iam scelerati, & impiissimi, qui Dei membra violemus. Patiturne ergo vexari corpus suum Deus, & debile se vel ipse facere, vel ab homine fieri sinit? nisi forte diuinus ille sensus, qui mūdo, & omnibus mūdi partibus permixtus est, primam terrae superficiem reliquit, ac se in imum demersit, ne quid doloris de assidua laceratione sentiret. Quod si hoc vanum, & absurdum est, tam igitur ipsi euerunt, quam haec indigent sensu, qui non perspexerunt diuinum quidem spiritum esse ubique diffusum, eoque omnia cōtineri, non tamen ita, ut Deus ipse qui est incorruptus, grauius, & corruptibilium elementis misceatur. Illud ergo rectius, quod à Platone sumpsērunt: à Deo factum esse mundum, & eiusdem prouidentia gubernari. Oportebat igitur & Platonem, & eos, qui idē senserunt, docere, atque explicare, quae causa, quae ratio fuerit tanti operis fabricandi, quare hoc, aut cuius gratia fecerit. At idē Stoici, Hominum, inquirunt, causa mūdi effectus est. Audio. Sed Epicurus ignorat, ipsos homines quare, aut quia effecerit. Nam Lucretius, cū mundum diceret à Dijs non esse constitutum, sic ait:

Dicere

Dicere porro hominum causa voluisse parare
 Præclarâ mundi naturâ. — Deinde intulit,
 Desperere est. quid enim mortalibus, atq; beatis
 Grata nostra queat largiri et emolumentum,
 Ut nostra quicquâ causa gerere ag grediatur?
 Et merito. Illi enim nullam rationem afferebat,
 cur humanum genus vel creatum, vel constitutum
 esset à Deo. Nostrum hoc officium est, sacramen-
 tum mundi, et hominis exponere, cuius illi ex-
 pertes, sacrarum veritatis nec attingere, nec vi-
 dere potuerunt. Ergo (ut paulo antè dicebâ) cum
 assumpsissent id, quod erat verum, id est, mundum
 à Deo factum, et hominum causa esse factum,
 tamen quoniam eos in consequentibus ratio de-
 fecit, non potuerunt defendere id, quod assumpse-
 rant. Denique Plato, ne Dei opus imbecillum
 ac ruinosum faceret, in æternum dixit esse man-
 surum. Si hominum causa factus est, et ita fa-
 ctus est, ut esset æternus: cur ergo ipsi, quorum
 causa factus est, non sunt sempiterni? Si mortales,
 propter quos factus est, ergo et ipse mortalis,
 atq; salubilis. Neque enim plurius est ipse, quam illi,
 quorum gratia factus est. Quod si ei ratio quadra-
 ret, intelligeret periturum esse, quia factus est:
 nec posse in æternum manere, nisi quod tangi non
 potest. Qui autè negat hominum causa factum, hic
 nullam rationem tenet. Si enim dicit, ipsum fabri-
 catorum sua causa tantâ hæc opera esse molitum, * tanta
 cur ergo nos nati sumus? Cur mundo ipso frui-
 mur? Quid sibi vult humani generis, ceterorumq;

animantium fictio? Cur aliena commoda intercipimus? Cur deniq; augetur, minui mur, interimus? Quid habet rationis ipsa generatio? quid perpetua successio? Nimirum videre Deus voluit, & suis varijs imaginibus tanquam sigilla confingere, quibus se oblectaret, & nihilominus tamen, si ita esset, curae haberet animantes, precipueq; hominem, cuius imperio cuncta subiacit. Qui autem dicunt semper fuisse mundum: omitto illud, quod esse ipsam sine aliquo principio non potest, unde se extricare nequeat: sed hoc dico, si mundus semper fuit, nullam potest habere rationem. Quis enim potuit in eo ratio moliri, quod nunquam sumpsit exordium? Nam prius, quam fiat aliquid, aut struatur, opus est consilio, ut disponi possit, quemadmodum fiat: nec incipi quicquam potest, sine provisione rationis. Itaq; omne opus ratio praecedit. Non habet ergo ratione, quod factum non est. At qui mundus ratione habet, qua & constat, & regitur: ergo & factus est: & si factus est, ergo & resoluetur. Reddant ergo ista rationem si possunt, cur aut factus in principio sit, aut postea resoluetur. Quod quia docere non poterat. Epicurus, siue Democritus, sua sponte natum esse dixit, seminibus inter se passim coeuntibus, quibus iterum resolutis, dissidium, atque interitum secuturum. Corruptum ergo quod recte videret, et totam ratione penitus ignorantione vertitatis evertit: rediitq; mundum, & omnia, quae in eo geruntur, ad similitudinem cuiusdam venisissimi

nissimi somnū: siquidem in rebus humani ratio
 nulla subsistat. Cum verò mundū, omnesq; partes
 eius, mirabilis, ut videmus, ratio gubernet, cum
 celi temperatio, & equalis in ipsa varietate cur-
 sus astrorum, luminumq; celestium, temporum con-
 stans ac mira descriptio, terrarū varia fecundi-
 tas, plana camporum munimenta, & aggeres
 montium, viriditas, vberitasq; sylvarum, fontium
 saluberrima eruptio, fluminum opportuna inui-
 uatio, maris opulenta, & copiosa interfusio, ven-
 torū diuersa & utilis aspiratio, ceteraq; omnia
 ratione summa consistent: quis tam cæcus est, ut
 existimet sine causa esse facta, in quibus mira
 dispositio providentissimæ rationis elucet? Si er-
 go sine causa nec est, nec fit omnino quicquam:
 si & providentia summi Dei ex dispositione re-
 rum, & virtus ex magnitudine, & potestas ex
 gubernatione manifesta est: hebetes ergo, & in-
 sani, qui providentiam non esse dixerunt. Non
 improbarem, si deos idcirco non esse dicerent,
 ut vānum dicerent: cum autem ideo ut nullum,
 qui eos delirasse non putat, ipse delirat.

De homine & mundo. C A P. IIII.

Sed de providentia satū in primo libro dixi-
 mus: que si est, ut apparet ex mirabilitate
 operum suorum, necesse est etiā hominē, ceterasq;
 animantes eadem providentia creauerit. Vide-
 mus ergo, que ratio fuerit fingendi generis hu-
 mani, quoniam constat, id quod Stoici aiunt, ho-
 minum causa mundū esse fabricatū: quanquam

in hoc ipso nō mediocriter peccent, quod non ho-
 minis causa dicunt, sed hominū. Vnus enim sin-
 gularis appellatio totum cōprehendit humanum
 genus. Si d hoc ideo, quia ignorant vniū hominē
 à Deo esse formatū, putantq; homines in omni-
 bus terris, & agris, tanquam fungos esse genera-
 tos. At Hermes non ignoravit hominem &

*factum Deo, & ad Dei similitudinē^h factum Sed redas
 ad propositū. Nihil est (vt opinor) quod sit pro-
 pter seipsum factum: sed quicquid omnino fit, ad
 vsum aliquem fieri necesse est. Quis est enim vi-
 tam ineptus, vel tam otiosus, vt aggrediatur ali-
 quid facere frustra, ex quo vultum vitatū, aut
 lum cōmodum speret? Qui domum edificat, non
 ideo edificat, vt tantummodo domus sit, sed vt in
 ea possit habitari. Qui nauem fabricat, nō ideo
 insumit operam, vt tantū nauis appareat, sed vt
 in ea nauigetur. Item qui vas aliquod instruit,
 ac format, non propterea id faciet, vt tantum fi-
 cisse videatur; sed vt vas illud effectū capiat
 aliquid necessariū. Similiter cetera, quęcumq;
 fiūt, non vtiq; in superuacuu, sed ad vsus aliquos
 vtilis laborantur. Mundus igitur à Deo factus
 est, non vtiq; propter ipsū mundum: neq; enim
 aut calore Solis, aut Luna lumine, aut afflu-
 tione ventorū, aut humore imbrium, aut alimen-
 tia frugū, cum sensu careat, indiget. Sed ne illud
 quidem dici potest, quod Deus propter seipsum
 fecerit mundum, quoniā potest esse sine mundo,
 sicut fuit antea, & vs omnibus, que in eo sunt.

q. 129

quaq; generantur, Deus ipse non utitur. Appa-
 ret ergo, animantium causa mundum esse con-
 structum, quoniam rebus q̄s, quibus constat, ani-
 mantibus fruuntur: que ut vivere, ut constare pos-
 sent, omnia is necessaria temporibus certis sub-
 ministrantur. Rursum ceteras animates homi-
 nis causa esse factas, ex eo clarū est, quod homini
 seruiunt, & tutela eius, atq; v̄sibus data sunt:
 quoniam siue terrene sunt, siue aquatiles, nō sen-
 tiunt mundi rationē sicut homo. Respondendum
 est hoc loco philosophis, maximeq; Ciceroni, qui
 ait: Cur Deus omnia nostri causa cum faceret,
 tantam vim netricum, viperarumq; fecerit? cur
 tam multa pestifera terra mariq; disperferit? In-
 gens ad disputandum locus, sed ut intranscursu
 oreuter stringendus est. Quoniā homo ex rebus
 diuersis, ac repugnantibus configuratus est, ani-
 mo & corpore, id est, celo atque terra, tenui &
 comprehensibili, eterno ac tēporali, sensibili atq;
 bruto, luce p̄dito, atq; tenebroso: ipsa ratio, ac
 necessitas exigebat, et bona homini proponi, &
 mala: bona, quibus utatur: mala que vitet, &
 caueat. Idcirco enim data est illi sapientia, ut
 cognita bonorum malorumq; natura, & in ap-
 petendis bonis, et in malis declinādis, vim suae ra-
 tionis exerceat. Nam ceteris animalibus, quia
 * sapientia non est data, & muuuta indumentis ^{scientia}
 naturalibus, et armata sunt: homini autem pro-
 priis omnibus, quod erat precipuū, rationē solam
 dedit. Itaq; nudum formauit, et inermē, ut eum
 sapientia

*regeret. sapientia muniret, & *regeret. Munimenta,
 & ornatum eius non foris, sed intus, non in
 corpore, sed in corde constituit. Nisi ergo essent
 mala, quae cauere, quae à bonis, vtilibusq; di-
 stingeret, non esset ei sapientia necessaria. Sicut
 ergo M. Tullius, aut ideo homini datam esse ra-
 tionem, ut & pisces caperet vsus sui gratia, &
 matricem viperamq; vitaret salutis suae causa: aut
 idcirco ei bona & malaq; proposita, quia sapien-
 tiam acceperat, cuius vis omnis in discernendis
 bonis malisq; versatur. Magna igitur, & recta,
 & admirabilis est vis, & ratio, & potestas
 hominis, propter quos mundum ipsum & vni-
 uersa, quaecunq; sunt, Deus fecit: tantumq; illi
 honoris habuit, ut eum proficeret vniuersis, quo-
 niam solus poterat Dei opera mirari. Optime
 igitur Aesclepiades noster de prouidentia sum-
 mi Dei differens, in eo libro, quem scripsit ad
 me: Atque ideo, inquit, merito quis arbitretur,
 proximum sibi locum diuinam prouidentiam
 dedisse ei, qui potuerit intelligere ordinationem
 suam. Nam sol iste est: quis eum videt ita, &
 intelligat, quia sol est, & quantum gratiae affe-
 rat ceteris institutis? Hoc calum est, quis id sus-
 picit? Terra haec, quis eam colit? Hoc pelagus,
 quis eum navigat? Hic ignis est, quis eo vitat?
 Instituit ergo summus Deus non propter se, quia
 nihil egeret, sed propter hominem, qui hu con-
 gruentia videretur.

De

De hominis creatione, & dispositione mundi, deq; summo bono. CAP. V.

Reddamus nunc rationē, quare Deus omnipotens hominē ipsū fecerit. Quod si philosophi fecissent, aut defendissent illa, quae vera inuenerāt, aut in maximos errores nō incidisset. Haec enim summa, hic cardo rerū est: quem qui non tenuerit, veritas illi omnis elabitur. Hoc est deniq; quod efficit illū non quadrare rationem: quae illis si affulsisset, si sacramētū hominis omnia cognouissent, nunquam disputationes eorum, & omnem philosophiam de transuerso Academia inuolasset. Sicut ergo munus non propter se Deus fecit, quia commodis eius non indiget, sed propter hominē, qui eo ritur: ita ipsum hominem propter se. Quae utilitas Deo in homine, inquit Epicurus, ut eum propter se faceret? Scilicet ut esset qui opera eius intelligeret, qui providentiam disponēdi, rationē faciēdi, virtutem consummandi & sensu admirari, & voce proloqui posset. Quorum omniū summa haec est, ut Deum colat. Is enim colit, qui haec intelligit: is artificem rerum omnium, is verum patrem suum debita veneratione prosequitur, qui virtutem maiestatis eius de suorum operum inuentione, inceptio- ne, perfectione metitur. Quod planius argumen- tum proferri potest, & mundum hominis, & hominem sua causa Deum fecisse, quā quod ex omnibus animalibus solus ita formatus est, ut oculi eius ad caelum arrecti, facies ad Deum spe-
ctans,

Etans, vultus cum suo parente communis sit? Ut videatur hominem Deus, quasi porrecta manu alleuatum ex humo, ad contemplationem sui excitasse. Quid ergo, inquit, Deo cultus hominis confert, beato & nulla re indigenti? vel si tantum honoris homini habuit, ut ipsius causa mundum fabricaret, ut instrueret eum sapientia, et dominum viventium faceret, eumque diligeret tanquam filium, cur mortalem fragilemque constituit? cur omnibus malis, quem diligebat, obiecit? cum oporteret, et beatum esse hominem tanquam coniunctum, & proximum Deo, & perpetuum factus est ipse, ad quem colendum, & contemplandum figuratus est. Quanquam haec fere in prioribus libris sparsim docuimus, tamen quoniam proprie id materia nunc exigit, quia de vita beata differere propositum est, explicanda sunt ista diligentius, & * plenius, ut dispositio Dei, & opus, voluntasque noscatur. Cum posset si imper spiritibus suis immortalibus innumerabiles animas procreare, sicut Angelos genuit, quibus immortalitas sine ullo malorum periculo, ac metu constat: excogitauit tamen incuarrabile opus, quemadmodum infinitam multitudinem animarum crearet, quas primo fragilibus & imbecillis corporibus illigatas, constitueret inter bonum, malumque medias: ut constantibus ex utriusque naturis virtutem propiceret, ne immortalitatem delicatè assequeretur, ac molliter, sed ad illud aeterna vitae ineloquibile praemium summo

Cura

cum difficultate, ac magnis laboribus perueni-
 rent. Ergo ut eos grauius, et nexibilibus mem-
 bris indueret, quoniam consistere in medio inanē
 non poterant, ponderibus, & grauitate corporis
 deorsum premere, sedem illis, ac domicilium pri-
 mo cōdendum esse decreuit. Itaq; ineffabili vir-
 tute, ac potentia præclara mundi opera molitus
 est, suspensis in altitudine leuibus elementis, &
 grauius in ima depressis, & caelestia firmavit,
 & terrena cōstituit. Non est necesse i. sic exequi
 singula, quoniam in secundo libro vniuersa exe-
 cuti sumus. Lumina igitur posuit in calo, quorū
 moderationes & claritates, & motus aptissimē
 ad vtilitates viuentium temperauit. Terræ au-
 tem, quam sedem voluit esse, fecunditatem va-
 ria gignendi, ac proferendi dedit, ut vbertate
 frugum, & herbarū viuentium pro natura &
 vsu cuiusq; generis, alimonia ministraret. Tunc
 perfectis omnibus, quæ ad conditionem mundi
 pertinebat, hominem fluxit ex ipsa terra, quam
 illi à principio in habitaculū preparauit. Idem
 spiritum suam terreno corpore induit, & inuol-
 uit, ut compactus ex rebus diuisis, ac repu-
 gnantibus, bonum ac malum caperet: & sicut
 terra ipsa fecunda est ad fuges pariendas, sic
 corpus hominis, quod assumptum ē terra, gene-
 randi copiam, facultatemq; procreanda sobolis
 accepit: ut quoniam in fragili materia formatus, in
 æternū manere nō poterat, pertracto temporalis
 vite spatio cederet, & illud, quod fragile, atque
 imbecil

imbecillum gerebat, perpetua successione renouaret. Cur igitur eum mortalem finxit, & fragilem, cum illius causa mundum edificasset? Primum ut infinita vis animarum gigneretur, omnemq; terram multitudinis oppleret: deinde ut proponeret homini virtutem, id est, tolerantiam malorum ac laborum, per quam posset praemium immortalitatis adibisci. Nam quia homo ex duabus rebus constat, corpore, atque anima, quorum alterum terrenum est, alterum celeste, duae vitae homini attributae sunt: una temporalis, quae corpori assignatur: altera sempiterna, quae animae subiacet. Illam nascendo accepimus, hanc assequimur laborando: ne immortalitas homini (ut ante diximus) sine vlla difficultate constaret. Illa terrena est, sicut corpus, & ideo finitur: haec vero celestis, sicut anima, & ideo terminum non habet. Illam primam nescientes accepimus, hanc secundam scientes. Virtuti enim, non naturae datur, quia voluit nos Deus vitam nobis in vita comparare. Idcirco hanc nobis praesentem dedit, ut illam veram, & perpetuam aut vitam amittamus, aut virtute mereamur. In hac corporali non est summum bonum: quoniam sicut necessitate divina nobis data est, ita tarsum diuina necessitate soluitur. Ita quod finem habet summum bonum non habet. In illi vero spirituali, quam per nos ipsi acquirimus, summum bonum continetur: quia nec malum potest habere nec finem, cuius rei argumentum natura, est ratio

corpori

corporis præbet. Cetera namque animalia in humanum vergunt, quia terrena sunt, nec capiunt immortalitatem, quæ de celo est. Homo autem rectus in celum spectat, quia proposita est illi immortalitas: nec tamen venit, nisi tribuatur homini à Deo. Nam nihil interesset inter iustum, & iniustum, si quidem omnis homo natus immortalis fieret. Ergo immortalitas non sequela natura, sed merces, premiumq; virtutis est. Denique homo non statim quàm natus est, rectus ingreditur, sed quadrupes primò, quæ ratio corporis, & huius presentis vitæ communis est nobis cum mutis animalibus: post deinde confirmatus viribus erigitur, & lingua eius in eloquium soluitur, & mutum animal esse desinit. Quæ ratio docet, mortalem nasci hominem, postea verò immortalem fieri, cum cœperit ex Deo vivere, id est, iustitiam sequi, quæ continetur in Dei cultu, cum excitauerit hominem Deus ad aspectum celi, ac sui. Quod tum fit, cum homo caelesti lauacro purificatus, exponit infirmitatem cum omni labe vitæ prioris, & incremento diuini vigoris accepto, fit homo perfectus ac plenus. Ergo quia virtutem proposuit homini Deus, licet anima, & corpus consociata sint, tamen contraria sunt, & impugnant inuicem. Animi bona, mala sunt corporis, id est, opum fuga, voluptatum interdictio, doloris mortisq; contemptus. Item corporis bona, mala sunt animi, hoc est, cupiditas, & libido, quibus & opes appetuntur, & suauitates

variarum voluptatū, quibus eneruatus animus
 extinguitur. Ideo necesse est, iustū, & sapientem
 in omnibus malis esse, quoniam malorum victrix
 est fortuna: docimustos autem in diuitijs, in hono-
 re, in potestate. Hæc enim bona corporalia, &
 terrena sunt. Illi autem terrenam vitam agunt,
 nec assequi immortalitatem queunt, quia se vo-
 luptatibus dederunt, quæ sunt virtutis inimi-
 ca. Itaque vita hæc temporalis illi æternæ debet
 esse subiecta, sicut corpus animæ. Quisquis ergo
 animæ vitam maluerit, vitam corporis contem-
 nat, necesse est: nec aliter erit ad summum bo-
 num ꝑ̄ poterit, nisi, quæ sunt imia, despexerit. Qui
 autem corporis vitam fuerit amplexus, & cupi-
 ditates suas in terram deiecorit, illam super-
 rem vitam consequi non potest. Sed qui manit
 benè viuere in æternum, malè viuet ad tempus,
 & afficietur omnibus molestijs, & laboribus,
 quandiu fuerit in terra, vt habeat diuinam, &
 celeste solacium. Et qui maluerit benè viuere ad
 tempus, malè viuet in æternū: damnabitur enim
 sententia Dei ad æternam pœnam, qui celestibus
 bonis terrenis preposuit. Propterea igitur se colit
 Deus expetit, & honorari ab homine tanquam
 pater, vt virtutem, ac sapientiam teneat, quæ je-

Quod ab
 hac nota
 † ad huc
 vsq; cap.
 deest in
 manuscr.

la immortalitatem ꝑ̄rit. Nam quia nullus abis
 preter ipsum donare eam potest, quia solus possi-
 det pietatem hominis, qui Deum honorauerit,
 hac afficietur premio, vt sit in æternum beatus,
 sitq; apud Deum, & cum Deo semper. † Neq̄
 112

nunc aliquis eò confugiat, ut dicat ad ipsius culpam pertinere, qui & bonum instituit, & malum. Cur enim malum voluit esse, si id odio habet? Cur non bonum tantum fecit, ut nemo peccaret, nemo faceret malum? Quonquam hoc in omnibus fere prioribus libris docuerim, et id iam superius, quàm leuiter attigerim: tamen subinde admonendum est, quia omnis ratio in eo posita est. Nulla enim virtus esse poterat, nisi diuersa fecisset: nec omnino apparere vis boni potest, nisi ex mali comparatione. Ad id malum nihil aliud est, quàm boni interpretatio. Sublato igitur malo, etiam bonum tolli necesse est. Si leuam manum, aut pedem amputaueris, nec corpus erit integrum, nec vita ipsa constabit. Adeo ad comparationem corporis temperandam, apertissime cum dextris sinistra iunguntur. Item si pareis calculos feceris, nemo ludet, si unum colorem Circo dederis, nemo spectandum putabit, sublata omni Circensium voluptate. Quos profecto qui prius instituit, amator vnius coloris fuit, sed alterum ei, quasi emulum posuit, ut posset esse certamen, & aliqua in spectaculo gratia. Sic Deus quum bonum constitueret, quum virtutem daret, statuit etiam diuersa, cum quibus illa conflingerent. Si desit hostis, & pugna, nulla victoria est. Tolle certamen, ne virtus quidem quicquam est. Quàm multa sunt hominum inter se, & quàm varijs artibus constituta certamina? Nemo tam fortior, velocior, præstantior haberetur, si aduersarium, cum quo

contenderet, non haberet. Vnde autem abest vi-
 gloria, abesse hinc & gloriam simul, & pri-
 mium, necesse est. Vt igitur virtutem ipsam exer-
 citatione assidua roboraret, eamq; faceret de ma-
 lorum conflictatione perfectam, utrunque simul
 dedit, quia utruq; sine altero retinere vim suam
 non potest. Ergo diuersitas est, cui omnis ratio
 veritatis inuititur. Non me praeterit, quid hoc lo-
 co à peritioribus possit opponi. Si bonum sine
 malo esse non potest, quomodo primum hominem
 dici ante offensum Deum in solo bono fuisse, aut
 postea in solo bono futurum? Disentienda nobis
 haec quaestio est: quod in prioribus libris praeter-
 misi, ut hic implerem. Diximus superius, ex ele-
 mentis repugnantibus hominis consistere naturam.
 Corpus enim, quae terra est, comprehensibile est,
 temporale, brutum, atque tenebrosum est. Ani-
 ma vero, quia de caelo est, tenuis, aeterna, sensibi-
 lis, illustris est. Quae quia inter se contraria sunt,
 necesse est, hominem bono, & malo esse subie-
 ctum. Animae adscribitur bonum, quia indissol-
 ubilis est: corpori malum, quia fragile est. Quo-
 niam igitur sociata, & coniuncta sunt corpus,
 & anima, eque bonum & malum cohaereat ne-
 cesse est: nec separari alterutro possunt, nisi quae
 illa separata sunt. Denique boni, maliq; notitia
 simul homini primo data est. Quae percepta, sta-
 tim de loco sancto pulsus est in quo malum non
 est. Vbi cum esset in bono tantum, id ipsum bo-
 num esse, ignorabat. Postquam vero accepit boni
 maliq;

malisq; intelligentiam, iam nescis erat, eum in bea-
 titudinis loco morari: relegatusq; est in hunc cõ-
 mune orbem, ut ea utraq; simul experiretur,
 quorum naturam pariter agnoverat. Apparet
 ergo idcirco datam esse homini sapientiam, ut
 bonum discernat à malo: ut ab incommodis com-
 moda, ab inutilibus utilia distinguat: ut habeat
 iudicium, & considerantiam, quid cauere, quid
 appetere, quid fugere, quid sequi debeat. Sapien-
 tia igitur constare sine malo non potest, vixitq;
 ille princeps generis humani, quandiu in solo bo-
 no fuit, velut infans, boni ac mali nescius. At
 enim postea hominem necesse est & sapientem
 esse, & sine vilo malo beatum. Sed id fieri non
 potest, quandiu anima domicilio corporis induta
 est. Quam verò factum fuerit corpori animæq;
 dissidium, tunc malum à bono separabitur. Et
 sicut corpus interit, anima manet, ita malum in-
 teribit, & bonum permanebit. Tunc homo acce-
 pto immortalitatis indumento, erit sapiens, ex-
 pers mali, sicut Deus. Qui ergo vult nos in bono
 esse tantum, id potissimum desiderat, ut sine cor-
 pore vivamus, in quo est malum. Quod si colla-
 tur, aut sapientia homini, ut dixi, aut corpus adi-
 meatur: sapientia, ut ignoret malum: corpus, ut
 non sentiat. Nunc autem quum homo & sapien-
 tia sit instructus ut sciat, & corpore, ut sentiat,
 utrunque pariter in hac vita Deus esse voluit,
 ut ratio virtutis, sapientiaq; constaret. Posuit
 itaque hominem inter utrunque in dium, ut

M 3 hab. ret

haberet licentiam vel mali, vel boni sequendi. Sed malo admiscuit apparentia quedam bona, id est, varias, & delictabiles suavitates, ut eorum illecebris induceret hominem ad latens malum. Bono autem admiscuit apparentia quedam mala, id est, arumnas, & miseras, & labores, quorum asperitate, ac molestia offensus animus refugeret à bono latenti. Hic ergo sapientie officium desideratur, ut plus mète videamus quam corpore: quod pauci admodum facere possunt: quia & virtus difficilis ac rara est, & voluptas communis ac publica. Ita necesse est, sapientem pro stulto haberi, qui dum appetit bona, quae non cernuntur, dimittit è manibus, quae videntur: & dum vitat mala, quae non aspiciuntur, incutrit in mala quae ante oculos sunt. Quod accidit nobis, cum neque cruciatum, neque mortem pro fide recusamus: quando ad summum nefas compellimur, ut prodita fide, atque abnegato Deo vero, Dÿs mortuis mortiferosq; libemus. Haec ratio est, cur hominem Deus & mortalem fecerit, & malis subiecerit: licet ipsius causa mundum edificasset, sciiret ut virtutem caperet, & si virtus sua immortalitatem daret. Virtus autem, sicut ostendimus, veri Dei cultus est. †

De cultu Deorum.

CAP. VI.

Nunc totam rationem breui circumscriptione signamus: Idcirco mundus factus est, ut nascamur: ideo nascimur, ut agnoscamus factorem mundi, ac nostri Deum. Ideo agnoscimus,

vi

ut colamus. Ideo colimus, ut immortalitatem
 pro laborum mercede capiamus, quoniam ma-
 ximis laboribus cultus Dei constat: ideo premio
 immortalitatis afficimur, ut similes angelis effe-
 ctis, summo patri ac Domino in perpetuum ser-
 uiamus, & simul eternum Deo regnum. Hæc
 summa rerum est, hoc arcanum Dei, hoc my-
 sterium mundi: à quo sunt alieni, qui sequentes
 præsertim voluptatem, terrestribus, & fragili-
 bus se bonis adarxerunt, & animas ad celestia
 genitas, suauitatibus mortisferis, tanquam luto,
 cænoë demerserunt. Queramus nunc vicissim,
 an in cultu Deorum ratio vlla subsistat: qui si
 multi sunt, si ideo tantum ab hominibus co-
 luntur, ut præstent illis opes, victorias, honores,
 quæq; alia non nisi ad præsens valent: si sine cau-
 sa dignimur, si in hominibus procreandis provi-
 dentia nulla versatur, si casu si nobismetipsis ac
 voluptatis nostre gratia nascimur, si nihil post
 mortem sumus, quid potest esse tam superuacuum,
 tam inane, tam vanum, quam humana res est,
 quam mundus ipse? Qui, cum sit incredibili ma-
 gnitudine, tam mirabili ratione constructus, ta-
 men rebus inopis vacet. Cur enim ventorum spi-
 ritus citent nubes? Cur emittat fulgura? tonitrua
 mugiat? imbres cadant? ut siuges terra produ-
 cat? ut varios serpens alat? Cur denique omnis na-
 tura rerum labore, ne quid desit earum rerum,
 quibus vita hominum suscinetur, si est inanis, si
 ad nihilum incertimus, si nihil est in nobis maio-

ris emolumentis Deo? Quod si est dictu nefas, nec
 putandum est fieri posse, ut non ob aliquam ma-
 ximam rationem fuerit constitutum, quod videas
 maxima ratione constare: quae potest esse ratio
 in his erroribus prauarum religionum, & in hac
 persuasione philosophorum, quae putant animas
 interire? Profecto nulla. Quid enim habent dice-
 re, cur D^{us} hominibus tam diligenter suis quaeque
 temporibus exhibeat? An ut illa fiat, et merum
 demus, & odorem thurni, & sanguinem pecu-
 dum, quae neq; immortalibus grata esse possunt,
 quia sunt fragilia: neq; vsui esse experibus cor-
 porum, quia haec ad vsu corporaliu data sunt.
 Et tamen si ea desiderarent, sibi ipsi possent ex-
 hibere, cum vellent. Sine igitur intereunt anime,
 siue in aeternum manent, quomodo rationem conti-
 net cultus Deorum, aut à quo mundus constitu-
 tus est? Cur, aut quando, aut quousque, quatenus
 homines, aut quamobrem procreati? Cur nascun-
 tur, intereunt, succedunt, renouantur? Quid D^{us}
 ex cultibus eorum assequuntur, qui post mortem
 nihil futuri sunt? Quid praestant? Quid pollicen-
 tur? Quid minantur aut hominibus, aut D^{us} di-
 gnum? Vel, si manent anime post mortem, quid
 de his faciunt. facturine sunt? Quid illor opus est
 thesauro animarum? Ipsi illi ex quo fonte oriun-
 tur? Quomodo, aut quare, aut vnde multi sunt?
 Ita fit, ut si ab illa rerum summa, quam superius
 comprehendimus, aberraueris, omnis ratio in-
 tercat, & ad nihilum omnia reuoluantur.

De

De philosophorum varietate, eorumque veritate.

CAP. VII.

Quam summam quia philosophi non com-
prehenderunt, nec veritatem comprehen-
dere potuerunt, quamuis ea ferè, quibus summa
ipsa constat, & viderint, & explicauerint: sed
diuersi ac diuersè illa omnia protulerunt: non an-
necientes, nec causas rerum, nec consequentias,
nec rationes, vt summam illam, quæ continet
vniuersa, & compingerent, & implerent. Facile
est autem docere, penè vniuersam veritatem per
philosophorum sectas esse diuisam. Non enim phi-
losofiam sic nos euerimus, vt Academici so-
let, quibus ad omnia respondere propositum est,
quod est potius calumniari, & illudere. Sed de-
cemus, nullam sectã fuisse tam deviam, nec philo-
sophorum quenquam tam inane, qui non vi-
derit aliquid ex vero. Sed dum contradicendi
studio insanunt, dum sua etiam falsa defendunt,
aliorum etiam vera subuertunt, non tantum elapsa
illis veritas est, quam se querere simulabant, sed
ipsi eam potissimum suo vitio perdidit. Quod
si extitisset aliquis, qui veritatẽ sparsam per sin-
gulos, per sectasque diffusam colligeret in vnum,
ac redigeret in corpus, in profecto non dissentiret
à nobis. Sed hoc nemo facere, nisi veri peritus, ac
sciens, potest. Verum autem scire non nisi eius
est, qui sit doctus à Deo. Neque enim potest ali-
ter repudiare quæ falsa sunt, eligere ac probare
quæ vera: sed si vel casu id efficeret, certissimè
ad 5 philoso

philosopharetur: et quamvis non posset divini
 testimonii illa defendere, tamen seipsum veri-
 tatem illustraret suo lumine. Quare incredibile
 est error illorum, qui, cum aliquam scilicet
 probaverint, eiq; se addixerint, ceteras dominant
 tanquam falsas et inanes, armantq; se ad pre-
 liandum: nec, quid defendere debeant, scien-
 tes, nec quid refutare, incursantq; passim sine
 delectu omnia, quae afferunt quicumque dissen-
 sionum. Ob has eorum pertinacissimas contencio-
 nes, nulla exitus philosophia, quae ad verum
 propius accederet: nam particulatim veritas
 ab his tota comprehensa est. Factum esse à Deo
 mundam, dixit Plato. Idem prophetae loquun-
 tur: idemq; ex Sibylla carminibus apparet. Er-
 rant igitur, qui vel omnia sua sponte nata es-
 se dixerunt, vel minutis seminibus conglobati:
 quoniam tanta res, tam ornata, tam magna
 neque fieri, neque disponi, et ordinari sine
 aliquo prudentissimo autore potuit: et ea ipsa
 ratio, qua constare, ac regi omnia sentiuntur, se-
 derisima menti artificem consistit. Hominum
 causa mundum, et omnia, quae in eo sunt, esse
 facta, Stoici loquuntur: idem nos divino litera
 docent. Erravit ergo Democritus, qui vermico-
 lorum modo putavit effusos esse de terra, nullo
 autore, nullaq; ratione. Cur enim formatus sit
 homo, divini sacramenti est: quod quia ille scire
 non poterat, humanam vitam deduxit ad nihilum.
 Ad virtutem capeffendam basis hominis.

Arist.

Ariston differuit. Idem nos monemur ac disci-
 pulus à prophetis. Falsus igitur Aithippus, qui
 hominem voluptatis, hoc est, malo, tanquam pe-
 cudes subiugauit. Immortales esse animas Pha-
 retydes, & Plato disputauerunt. Hac verò pro-
 pria est in nostra religionis doctrina. Ergo Dice-
 arcus cum Democrito errauit, qui perire cum
 corpore ac dissolui argumentatus est. Esse in fros
 Zonon Stoicus docuit, & sedes piorum ab im-
 pijs esse discretas: & illos quidem quietas ac de-
 lectabiles incolere regiones, hos verò luere pœ-
 nas in tenebrosis locis, atq; in cœni voraginibus
 horrendis. Idem nobis propheta palam faciunt.
 Ergo Epicurus errauit, qui poetarum id esse fi-
 gmentum putauit: & illas inferorum pœnas,
 quæ ferantur, in hac esse vita interpretatus est.
 Totam igitur veritatem, & omne diuina religio-
 nis arcanum philosophi attigerunt. Sed alij re-
 soluentibus defendere, id, quod inuenerat, ne qui-
 uerunt: quia singulis ratio non quadravit: nec
 ea, quæ vera senserant, in summam redigere po-
 tuerunt, sicut nos superius fecimus.

De immortalitate.

CAP. VIII.

VNUM est igitur summum bonum immortali-
 tas, ad quam capiendâ & formati à prin-
 cipio, & nati sumus. Ad hanc tendimus, hanc
 spectat humana natura, ad hanc nos prouehit
 virtus. Quod bonum quia deprehēdimus, super-
 est, ut etiâ de ipsa immortalitate dicamus. Pla-
 tonis² documēta, quamuis ad rem multū confe-
 rant,

argu-
 menta

rant, tamen parum habet firmitatis ad probandam, & implendam veritatem: quoniam nectionem totius mysterij magni consummauerat, in vniuersum collegerat, nec summum bonum comprehenderat. Nam licet verum de anima immortalitate sentiret, tamen non ita de illa, tanquam de summo bono, differebat. Nos igitur certioribus signis eligere possumus veritatem, quae eam non ancipiti suspitione collegimus, sed divina traditione cognouimus. Plato autem sic argumatur est: immortale esse quicquid per seipsum & sentit, & semper mouetur. Quod enim principium motus non habet, nec finem habiturum, quia deserere a semetipso non potest. Quod argumentum etiam mutis animalibus aeternitatem daret, nisi adiectione sapientiae discernisset. Addidit igitur, ut effugeret hanc communitatem, fieri non posse, quin sit immortalis animus humanus cuius miranda solertia inuentendi, & celeritas cogitandi, & facilitas percipiendi, atque discernendi, & memoria praeteritorum, & providentia futurorum, & artium plerumque innumerabilium scientia, quae cetera careant animantes, diuina, & caelesti appareat: quia origo animi, qui tanta capiat, & tanta contineat, nulla reperitur in terra: siquidem ex concretionem terrenam nihil habeat admixtum: sed necesse esse in terram resolveri, quod est in homine ponderosum, & dissolubile: quod autem tenue, atque subtile, id verum esse individuum, ac domicilio corporis velut carere

*discer-
nendi,

tere liberatum, ad celum, & ad naturam suam
peruolare. Hæc ferè Platonis collecti breuiter,
que apud ipsum latè, copiosq; explicantur. In
eadem sententia fuit etiam Pythagoras ante
eiusq; præceptor Pherecides, quem Cicero tradit
primum de eternitate animarum disputauisse.
Qui omnes licet eloquentia excelleret, tamen in
hac duntaxat contentione non minus authorita-
tis habuerunt, qui contra hanc sententiã disse-
rebant: Dicearchus primò: deinde Democritus,
postremò Epicurus: adeò ut res ipsa, de qua in-
ter se pugnabant, in dubiũ vocaretur: deniq; &
Tullius expositis horum omnium de immortalis-
tate, ac morte sententijs, nescire se quid sit verũ
pronuntiauit. Harum, inquit, sententiarum que
vera sit, Deus aliquis viderit. Et rursus alibi:
Quoniam vtraq; inquit, earum sententiarum
doctissimos habuit autores, necquid certi sit, di-
uinari potest. Verũ nobis diuinatione opus nõ
est, quibus veritatem diuinitas ipsa patefecit.

De eterna rate animæ, deq; virtute.

CAP. IX.

Lis itaq; argumentis, que nec Plato, nec
Aulus^{Julius} inuenit, animarum eternitas
probari, ac perspicì potest, que nos breuiter colligimus:
quoniam proferat oratio ad enarrandum
iudicium Dei maximum, quod in terra propin-
quante seculorũ sue celebrabitur. Ante omnia
quoniam Deus ab homine videt non potest, ne
qui tamen putaret ex eo ipso Deum non esse,
quia

quia mortalibus oculis nō videretur, inter cele-
 ra institutorum suorum miracula, fecit etiam
 multa, quorum vis quidem apparet, substantia
 tamen non videtur, sicut est vox, odor, ventus:
 ut harum rerum argumento, & exemplo etiam
 Deū, licet sub oculis non veniret, de sua tamen
 vi, & effecta, & operibus cerneremus. Quis
 voce clarius? aut vāto fortius? aut odore vici-
 tius? Hac tamen, cum per aërem feruntur, ad se
 suūq; nostros veniunt, & eos potentia sua im-
 pellunt, non capiuntur acie luminum, sed alijs
 corporis partibus sentiuntur. Similiter Deus non
 aspectu nobis, aliōve fragili sensu compren-
 dendus est, sed mentis oculis inveniendus, cum ope-
 ra eius preclara, & miranda videamus. Nisi
 illos, qui nullum omnino Deum esse dixerunt,
 non modo philosophos, sed ne homines quidem
 fuisse dixerim, qui mutis simillimi solo corpore
 constitierunt, nihil omnino ceruentes animo sed
 ad sensum corporis cuncta referentes: qui nihil
 putabant esse, nisi quod oculis contuebantur. Et
 quia videbant aut bonis accedere aduersa, aut
 maus prospera, fortuneu geri omnia crediderunt,
 & natura mundum, non providentia, constitu-
 tum. Hinc iam protapsi sunt ad deliramenta,
 que talem sententiam necessario sequebantur.
 Quod si est Deus & incorporalis, & inuisibilis,
 & æternus, ergo non idcirco inire animam
 credibile est, quia nō videtur, postquam recessit
 à corpore: quomā constat esse aliquid constans

& sentiens, ac vigenis, quod non veniat sub affre-
 ctum. At enim difficile est animo comprehen-
 dere, qui admodum possit anima retinere sen-
 sam sine ipsis partibus corporis, in quibus inest of-
 ficiam sentiendi. Quid de Deo? Num facile est
 comprehendere quemadmodum vigeat sine cor-
 pore? Quod si Deos esse credat, qui se sunt, utiq;
 anime suae expertes corporum: necesse est huma-
 nas animas eadem ratione subsistere: quoniam
 ex ipsa ratione, ac providentia intelligitur esse
 quaedam in homine, ac Deo similitudo. Deniq; il-
 lud argumentum, quod etiam M. Tullius vidit,
 satis firmum est, ex eo aeternitatem animae posse
 dignosci, quia nullum sit aliud animal, quod ha-
 beat notitiam aliquam Dei: religioq; sic penes so-
 cia, quae hominem discernat à mutis: quae, cum in
 hominem solum cadat, profecto testatur, id af-
 fectare nos, id desiderare, id colere, quod nobis
 familiare, quod proximum sit futurum. An
 aliquis, cum ceterarum animantium naturam
 consideraverit, quas pronis corporibus abiectas,
 in terramq; prostratas sumunt Dei providentia
 efficit, ut ex hoc intelligi possit, nihil eas ra-
 tionis habere cum caelo, potest non intelligere
 solum ex omnibus celeste ac divinum animal
 esse hominem, cuius corpus ab humo excitatum,
 vultus sublimis, staturus erectus originem suam
 querit, & quasi contempta humilitate terrae ad
 aeternum avertitur: quia sentit summum bonum in
 summo sibi esse querendum, memorq; conditionis
 suae

sua, qua Deus illum fecit eximium, ad artificem
 suum spectat. Quam speculationem Trismegistus
 Thales relictissime nominavit: quae in mutis a-
 nimalibus nulla est. Cum autem sapientia, quae
 soli homini data est, nihil aliud sit, quam noti-
 tia Dei, apparet, animam non interire, neq; dis-
 solui, sed manere in sempiternum; quia Deus, qui
 sempiternus est, & querit, & diligit, ipsa natu-
 ra cogente, sentiens vel unde orta sit, vel quod re-
 versura. Praeterea non exiguum immortalitatis
 argumentum est, quod homo solus caelesti ele-
 mento vititur. Nam cum rerum natura his dua-
 bus clementis, quae repugnantia sibi, atq; inimica
 sunt constat, igne, et aqua, quorum alterum ce-
 lo, alterum terre adscribitur: caetera animantes,
 qui terrena, mortalesq; sunt, terreno & gravi
 vituntur elemento: homo solus ignem in usu ha-
 bet, quod est elementum leue, sublime, caeleste.
 Ea vero, quae ponderosa sunt, ad mortem deprimunt:
 & quae leuia sunt, ad vitam subleuant. quia
 vita in summo est, mors in imo. Et ut lux esse sine
 igne non potest, sic vita sine luce. Ignis igitur
 elementum est lucis, ac vita: unde apparet, homi-
 nem, qui ea vititur, immortalem sortitum esse con-
 ditionem, quia illi familiare est, quod facit vi-
 tam. Virtus quoq; soli homini data, magno ar-
 gumento est, immortales esse animas, quod non
 erit secundum naturam, si anima extinguatur:
 huic enim praesenti vitae nocet. Nam vita ista ter-
 rena, quam communem cum mutis animalibus
 ducim

ducimus, & voluptatem expetit, cuius fructibus varijs ac suavis delectatur, & dolorem fugit, cuius asperitas naturam viventium acerbis sensibus ledit, & ad mortem perducere nititur, que dissolvit animantem. Si ergo virtus & prohibet us bonis hominem, que naturaliter appetuntur, & ad sustinenda mala impellit, que naturaliter fugiuntur, ergo malum est virtus, & inimica nature: stultumq; iudicari necesse est, qui eam sequitur: quoniam se ipse ledit, & fugiendo bona presertim, & appetendo eque mala sine spe fructus amplioris. Nam cum liceat nobis iucundissimis sui voluptatibus, nonne sensu rarere videamur, si malimus in humilitate, in egestate, in contemptu, in ignominia vivere, aut ne vivere quidem, sed dolere, cruciari, & emoriri? Ex quibus malis nihil amplius assequamur, quo possit voluptas omissa pensari. Si autem virtus malum non est, facitq; honeste, quod voluptates vitiosas turpesq; contemnit: & fortiter, quod nec dolorem, nec mortem timet, ut officium seruet, ergo maius aliquod bonum assequatur necesse est, quam sunt illa, que sperant. At vero morte suscepta, quod ulterius bonum sperari potest, nisi aternitas?

De vitiis, & virtutibus, vita, & morte.

CAP. X.

TRanssumus nunc vicissim ad ea, que virtuti repugnant, ut etiam ex his immortalitas anime colligatur. Vitia omnia temporalia sunt:

N ad

ad praesens enim commouetur. ira impetus, recedat
 praeruptione sedatur: libidinis voluptas, corporis
 finis est: cupiditatem, aut satietas earum rerum
 quas expetit, aut aliorum affectuum commutatio
 nes intermit: ambitio, postquam honores, quos
 voluit, a se est, confici nescit. Item caetera vitia
 consistere, ac permanere non possunt: sed ipso
 fructu, quem expetunt, fruuntur. Recedunt er-
 go, & redeunt. Virtus autem sine ulla intermis-
 sione perpetua est, nec discedere ab eo potest, qui
 eam semel cepit. Nam si habet intervallum, si
 aliquando carere ea possumus, redeunt protri-
 nus vitia, quae virtutem semper impugnant. Non
 estigitur comprehensa, si deserit, si aliquando
 secedit. Cum vero sibi domicilium stabile collo-
 cavit, in omni actu versari eam, necesse est: nec
 potest fideliter de bellere vitia, & fugare, nisi
 pectus, quod insedit, perpetua statione mune-
 rit. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat, hu-
 manum animum, si virtutem ceperit, perma-
 nere: quia & virtus perpetua est, & solus ani-
 mus humanus virtutem capit. Quoniam igitur
 contraria sunt vitia virtuti, omnis ratio dimer-
 sa & contraria sit, necesse est: quia vitia com-
 motions & perturbationes animi sunt, virtus
 est contraria lenitudo & tranquillitas animi est:
 quia vitia temporalia, & brevia sunt: virtus
 perpetua, & constans, & par sibi semper est. Quia
 vitiorum fructus, id est, voluptates, aequae, & ipsae
 breues, temporalesque sunt. Virtutis ergo fructus

ae premium sempiternum est, quia virtiorū com-
 modum in presenti est: virtutis igitur in futuro.
 Ita fit, ut in hac vita virtutis premium nullum
 sit; quia virtus adhuc ipsa est. Nam sicut vitia,
 cum in actu suo finiuntur, voluptates, & premia
 eorum sequuntur: ita virtus cum finita est, mer-
 ces eius insequitur. Virtus autem nunquam nisi
 morte finitur: quoniam & in morte suscipienda
 summum eius officium est. Ergo premium vir-
 tutis post mortem est. Deniq; Cicero in Tuscula-
 nis, quamvis dubitantes, tamen sensit summum
 homini bonum non nisi post mortem contingere.
 Eidenti animo, inquit, si ita res feret, gradictur
 ad mortem, in qua, aut summū bonum, aut nul-
 lum malum esse cognovimus. Mors igitur non
 extinguit hominē sed ad premium virtutis ad-
 mitit. Qui autem se (ut ait idem) ritus ac scete
 ribus continaverit, voluptatiq; servierit, is
 verò damnatus eternam luet pœnam, quam di-
 vine literæ secundam mortem nomināt, quæ est
 & perpetua, & gravissimū cruciatibus plena.
 Nam sicuti due vitæ propositæ sunt homini, qua
 rē altera est animæ, altera corporis: ita & mor-
 tes due propositæ sunt, una pertinet ad corpus,
 qua cunctos secundum naturam fungi necesse
 est: altera pertinet ad animam, quæ scelere ac-
 quiritur, virtute vitatur. Et ut hæc vita tempo-
 ralis est, certosq; terminos habet, quia corporalis
 est: sic & mors a quæ temporalis est, certumq;
 habet finem, quia corpus attingit.

De temporibus postremis, deq; anima & corpore. CAP. XI.

Impletis igitur temporibus, quae Deus morti
Istratus, terminabitur ipsa mors. Et quia tem-
 poralem vitam temporalis mors sequitur, conse-
 quens est, ut resurgant animae ad vitam peren-
 nem, quia finem mors temporalis accepit. Rur-
 sum, sicut vita animi sempiterna est, in qua di-
 nos, & ineloquibiles immortalitatis suae fructus
 capit: ita & mors eius perpetua sit necesse est, in
 qua perennes poenas, & infinita tormenta pro
 peccatis suis pendet. Ergo in ea conditione re-
 posita est, ut qui beati sunt in hac vita* corpora-
 li atq; terrena, semper miseri sint futuri, quia
 bonis, quae maluerunt, potiti sunt: quod quod
 qui Deos adorant, ac Deum negligunt. Deinde
 qui iustitiam sequentes, in hac vita miseri fue-
 rint, & contempti, & inopes, & ob ipsam ius-
 titiam contumelijs & iniurijs saepe vexati, quia
 nec aliter virtus teneri potest, semper beati sunt
 futuri: ut quia mala iam pertulerunt, etiam bonis
 fruuntur. Quod his utiq; contingit, qui contem-
 ptis terrestribus Deus, & fragilibus bonis, caele-
 stem religionem Dei sequuntur, cuius bona, sicut
 ipse, qui tribuit, sempiterna sunt. Quid ope-
 ri corporis atq; animi? Nonne indicant esse ani-
 mam mortis experte? Nam corpus, quia ipsum
 fragile est, atq; mortale, quaecumq; opera molitur,
 aequè caduca sunt. Nihil enim, Tullius ait
 esse, quod sit manibus humanis laboratum,
 quod

* iēpomi li

quod non aliquando ad interitum redigatur, vel iniuria hominum, vel ipsa confectrice rerum omnium vetustate. At verò animi opera videmus aeterna: Nam quicumq; contemptui presentium studentes, in memoriam monimenta ingeniorum, factorumq; magnorum reliquerunt, & planè mentis suae, ac virtutis nomen indelebile quaesierunt Ergo si opera corporis ideo mortalia sunt, quia ipsum mortale est, sequitur ut anima ex eo immortalis appareat, quia videmus opera eius non esse mortalia. Eodem modo desideria quoq; corporis animiq; declarant, alterum esse mortale, alterum sempiternum. Corpus enim nihil nisi temporale desiderat, id est, cibum, potum, indumentum, quietem, voluptatè: Et tamen haec ipsa sine vi, sine nutu, et adminiculo animi, nec cupere, nec assequi potest. Animus autem per se multa desiderat, quae ad officium, fructumve corporis non redundent: eaq; non fragilia, sed aeterna sunt, ut fama virtutis, et memoria nominis. Nam cultum Dei, qui constat abstinentia cupiditatum ac libidinum, patientia doloris, contemptu mortis, etiam contra corpus anima concupiscit. Unde credibile est, non interire animam, sed dissociari à corpore: quia corpus sine anima nihil potest, animus verò potest multa et magna sine corpore. Quid, quòd ea, quae visibilia sunt oculis, et tangibilia manu, quia externa vim pati possunt, aeterna esse non possunt? Ea vero, quae neq; sub tactum, neq; sub visum ve-

niunt, sed tantummodo vis eorum, & ratio, & effectus apparet, aeterna sunt, quia nullam vim patiuntur extrinsecus. Corpus autem, sicut mortale est, quia visui pariter, & tactui subiacet, ergo & anima idcirco immortalis est, quia nec tangi potest, nec videri.

De anima & corpore, deq; eorū cōiunctione, & discessu, & reditu illius. C A P. XII.

Nunc argumenta eorum, qui contra dixerunt, refellamus, quae Lucretius tertio libro executus est. Quoniam cum corpore, inquit, anima nascitur, cum corpore intereat, necesse est. At non est par utriusq; ratio. Solidum enim, & comprehensibile corpus est, & oculis, & manu videtur, & tangitur: anima vero tenuis, & talem, visumq; fugiens. Corpus è terra factum atque solidatum est: anima nihil in se coëcti, nihil terreni ponderis habet, ut Plato differebat. Nec enim tantam posset habere solertiam, tantā vim, tantam celeritatē, nisi originem traheret è caelo. Corpus igitur quoniam factum ex ponderoso, & corruptibili elemento, & tangibile est & visibile, corrumpitur atque occidit, nec vim repellere potest: quia sub aspectum & sub tactum venit: anima autē quia tenuitate sua omnium tactum fugit, nullo ictu dissolui potest. Ergo quamvis inter sese coniuncta & sociata nascitur, & alterum, quod est de terrena cōcreione formatum, quasi vasculum sit alterius, quod est à caelesti subtilitate deductum: cum vis aliqua

vehiculum

utrunq; discreuerit, qua discretio mors uocatur,
tanti utrunq; in naturam suam recedit: quod ex
terra fuit, id in terram resoluitur: quod ex cae-
lesti spiritu, id consistat, ac uiget semper, quo-
niam diuinus spiritus sempiternus est. Demum
idem Lucretius oblitus quid assereret, & quod
dogma defenderet, hos versus posuit:

Cedit item retro, de terra quod fuit ante

In terrâ: sed quod missum est ex aetheris oris,

Id rursus celi fulgentia templa recepit.

Quod minus non erat dicere, qui perire animas cum
corporibus differerebat: sed uictus est ueritate, &
imprudens ratio uera surrepsit. Praeterea id
ipsum, quo colligit dissolui animam, hoc est, simul
cum corpore interire, quoniam simul nascantur,
& factum est, & in contrarium conuertere potest.
Non enim simul interit, sed anima discedente, in-
tegrum per multos dies manet, & plerumq; me-
dicatis diuissimè durat. Nam si ut simul nascun-
tur, simul interirent, non descenderet repente ani-
ma, corpusq; desereret: sed uno temporis puncto
utrunq; pariter dissiparetur: & tam celeriter
enim corpus, adhuc spiritus in eo manente, deliquere-
ret, ac periret, quam celeriter anima secedit:
imò uerò dissoluto corpore anima uanesceret,
uelut humor fracto vase diffusus. Nam si terre-
nam, & fragile corpus post secessum animae non
statim dissoluit, in terrâq; tabesceat, ex qua illi ori-
go est: ergo anima, quae fragile non est, in aeternum
manet, quoniam origo eius aeterna est. Quoniam

*appellan-
tur

crescit, inquit, sensus in pueris, & in iuuenibus
 viget, & in senibus diminuitur, apparet esse
 mortalem. Primum, non est idem anima &
 mens. Aliud est enim, quo viuimus: aliud, quo co-
 gitamus. Nam dormientium mens, non anima,
 sopitur: & in furiosis mens extinguitur, anima
 manet: & ideo non exanimis, sed demetes * vo-
 cantur. Mens ergo, id est, intelligentia, vel augetur,
 vel minuitur pro aetate. Anima in statu suo
 semper est: & ex quo tempore spirandi accipit
 facultatem, eadem usque ad ultimum durat, do-
 nec emissis corporis claustris, ad sedem suam re-
 uolet. Deinde quod anima quamuis à Deo sit in-
 spirata, tamen quia tenebroso domicilio terre-
 nae carnis inclusa est, scientiam non habet, quae est
 diuinitatis. Audit igitur, ac discit omnia, & sa-
 pientiam discendo, & audiendo capit: & sene-
 ctus non minuit sapientiam, sed auget, si tamen
 iuuenilis aetas virtute decursa est. Sed si nimia
 senectus fragerit membra, non est anima vitium,
 si visus euannit, si lingua torpuit, si auditus ob-
 surdum: † sed corporis. † At enim memoria defi-
 cit: quid mirum, si labellus domicilij ruina premitur
 mens, & praeterita obliuiscitur, non aliter futura
 diuina, quam si carcerem, quo cohibetur, effuge-
 rit? verum eadem, inquit, dolori, & luctus ob-
 noxia est, & ebrietate dementit, unde fragilis,
 & mortalis apparet. Idcirco † igitur † rit. us. &
 superflua necessaria est, ut & maeror, qui con-
 trahitur indigna patiendo ac videndo, firmitu-
 dine

dine repellatur, & voluptas non modo potandi, sed etiam rerum caterarum abstinentia superetur. Nam si careat virtute, se voluptatibus dedita molliatur, mors fiet obnoxia: quoniam & virtus (ut docuimus) immortalitatis est fabricatrix, & voluptas mortis. Mors autem (sicut ostēdi) non funditus perimit, ac delet, sed æternis afficit cruciatibus. Nam interire prorsus anima non potest, quoniam ex Dei spiritu, qui æternus est, originem cepit. Anima, inquit, etiam morbum corporis sentit, & obliuionem sui patitur: & sicut egrescit, ita etiam sepe sanatur. Hoc est ergo, cur maximè virtus adhibenda sit, ne vilo corporis dolore frangatur, & obliuionē sui non anima, sed mens patiatur. Quæ quoniam certa corporis regione consistit, cum eam partem vā aliqua morbi vitiauerit, mouetur loco, & quasi conuassata, de sede sua emigrat, reditura scilicet, cum medela & sanitas domiciliū suū reformauerit. Nam quia iuncta est anima cum corpore, si virtute careat, contagio eius egrescit, & imbecillitas de societate fragilitatis redundat ad mentem: cum autem dissociata fueris à corpore, vigebit ipsa per se, nec vlla fragilitatis conditione tentabitur, quia indumentum fragile proiecit. Sicut oculus, inquit, euulsus à corpore, Tac separatus nihil potest videre: ita et anima separata nihil sentire, quia & ipsa pars est corporis. Falsum hoc, & dissimile est. Anima enim non pars corpori, sed in corpore est. Sicut

N 5 id,

id, quod vase continetur, vasis pars non est, nec ea, quae in domo sunt, partes domus esse dicuntur: ita nec anima pars est corporis, quia corpus vel vas est anime, vel receptaculum. Tam illud argumentum multo magis inane est, quo ait animam, quia non citius emittatur ex corpore, mortalem videri, sed paulatim se ex omnibus membris explicet, à summis pedibus incipiens, tanquam, si esset aeterna, uno temporis momento eriperet: quod fit in his, qui ferro intereunt. Quos autem morbus interimit, spiritum diutius exhalant, & paulatim frigescentibus membris anima efflatur. Quae cum materia sanguinis contineatur, sicut lumen oleo, ea materia febrim calore consumpta, necesse est membrorum summaeque frigescere: quoniam venae exiliores in extrema corporis porriguntur, & extremi, ac tenuiores rivi deficiente vena fontis arescunt. Nec tamen, quia sensus corporis deficit, anima sensum extingui, & occidere putandum est: non enim anima corpore deficiente, sed corpus anima decedente putrescit: quia sensum omnem trahit secum. Cum autem praesens anima sensum tribuat corpori, & vivere id efficiat, fieri non potest, ut non ipsa per se et vivat, & sentiat, quoniam ipsa est, & sensus, & vita. Nam quod aliter quod si immortalis nostra foret mens, non tam se moriens dissolui conquereretur, sed magis ire fortis, vestemque relinquere, & anguis,

Gauderet. — Sed equidē nūquā vidi, qui se
 quiretur in morte dissolui: sed illa fortasse Epi-
 cureū aliquem viderat, etiam dum moretur,
 p' filosofantem, ac de sui dissolutione in extre-
 mo spiritu differentem. Quomodo sciri potest,
 vtrū dissolui sentiat, an corpore liberari, cum in
 exitu suo linguæ mutescat? Nam dum sentit, &
 loqui potest, nōdum dissolutus est: vbi dissolutus
 est, iam nec sentire, nec loqui potest. ita queri de
 dissolutione, aut nondum potest, aut iam non po-
 test. At enim non est prius quā dissoluatur, in-
 telligit se dissolutum iri. Quid, quōd videmus
 plerisque morientium non dissolui cōquerentes,
 (vt ait) sed exire se, & proficisci, & ambulare
 testantes: idq; aut gestu significant, aut, si adhuc
 possunt, & voce pronuntiant? Vnde apparet,
 non dissolutionem fieri, sed separationem, que
 declarat animam permanere. Cetera Epicurei
 dogmatis argumenta Pythagore repugnant, dis-
 ferenti, migrare animas de corporibus vetusta-
 tis ac morte confectis, & insinuare se nouis, ac
 recens natis: & easdem semper renasci, modo
 in homine, modo in pecude, modo in bestia, mo-
 do in volucre: & hac ratione immortales esse,
 quōd sepe variorum, ac dissimilium corporum
 domicilia commutent. Que sententia deliri ho-
 minis quomā ridicula, & mino dignior, quā
 *schola fuit, ne refelli quidem serio debuit. Quod
 qui facit, videtur vereri ne quis id credat. Præ-
 terea sunt igitur nobis ea que pro falso con-

*schola-
 stico

tra falsum differebantur : satis est, ea refutasse, quae contra verum disputata sunt.

De anima, deq; eius aeternitate testimonio.

C A P. XIII.

DEclaravi (ut opinor) animam non esse solubilem: superest citare testes, quorum auctoritate firmentur argumenta. Neq; nunc prophetas in testimonium vocabo, quorum ratio, et divinitio in hoc solo posita est, ut ad cultum Dei, et ad immortalitatem ab eo accipiendam creati hominem doceant: sed eos potius, quibus istos, qui respuunt veritatem, credere sit necesse. Hermes naturam hominis describens, ut doceret quemadmodum esset à Deo factus, haec intulit: καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέρων φύσει τῆς τε ἀθάνατος καὶ τῆς θνητῆς μιαν ἔποιε φύσιν ἀνθρώπου, τ' αὐτὴν ἢ ἀθάνατον, ἢ θνητὴν ποιῆσαι, καὶ τῶν φέρων ἐν μέσῳ θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως, καὶ τῆς θνητῆς καὶ μεταβλητῆς κατεστήσατο, ἵνα ὡρῶν ἀπαντα ἀπαντα ἔθαιμασθ. Sed huic fortasse aliquis in numero philosophorum computet, quatenus in Deos relatus Mercurij nomine ab Aegyptiis honoretur, nec plus ei auctoritatis tribuat, quam Platoni, aut Pythagora. Maius igitur testimonium requiramus. Polytes quidam consulit Appollinē Milesium, utrumtunc maneat anima post mortem, an * resoluatur, et respondit his * versibus:

* dissolva
tur
* verbis

Τυχὴν ἢ μέχρι ἑδαιμοῖς πρὸς σῶμα κραδίην
Φάρτα

Φθάρτα τοῦσσι πάθη, θνηταῖς ἀλγυθόσιν εἶκει.
 Ηνίκα δ' ἀνάλυσιν ἔροσεν μοῖτα σῶμα μαρμαρίν
 Ωκίσιν εὐρησας, ἐς αἰθέρα πᾶσσι φορεῖται,
 Λίεν ἀγέροσος ἔσσε μένει δ' εἰς πάμπαν ἀλγυθῆς.
 Πρωτόγονος γὰρ τῶν θεῶν διέλεξεν πρόνοια.

Quid carmina Sibyllinae Nominis hoc ita esse
 declarant, cum fore aliquando * denuntiant, ut à * declare
 Deo de vivis, ac mortuis iudicetur? quorum exem-
 pla paulo post inferemus. Falsa est ergo Demo-
 criti, & Epicuri, et Dicaearchi de anime dissolu-
 tione sententia: qui profecto non audent de
 interitu animarum Mago aliquo presente disse-
 rere, qui sciret certis carminibus cedere ab inferis
 animas, & adesse, & praebere se humanis oculis
 videndas, & loqui, & futura predicere: & si
 auderent, re ipsa, & documentis praesentibus
 vinceretur. Sed quia non pervidebant anime
 ratione, quae tam subtilis est, ut oculos humane
 mentis effugiat, interire dixerunt. Quid Aristo-
 xenum, qui negavit omnino ullam esse animam,
 etiam cum vivit in corpore? sed sicut in fidibus
 ea intentione nervorum effici concordem sonum,
 atq; cantum, quem musici harmoniam vocant:
 ita in corporibus ex compage viscerum, ac vigo-
 re membrorum vim sentiendi existere. Quo ni-
 hil dici delirius potest. Verum ille oculos quidem
 habuit incolumes, cor tamen caecum, qui vivere
 se & habere mentem, qua id ipsum cogitaverat,
 non videbat. Sed plerisque hoc philosophis accidit,
 ut putaret non omnino esse, quicquid oculis non
 apparet:

apparet: etiã cum mentis acies multo clarior debeat esse, quam corporis; ad ea perspicenda, quorum vis ac ratio sentitur potius, quam videtur.

De mundi temporibus primis, & postremis.

C A P. XIII

Quoniam de immortalitate animae diximus, sequitur ut doceamus, quas res homini, & quando tribuatur: ut in hoc quoque praevidentia, ac stultitia sua perspiciant errores, qui mortales quosdam, decretis placitumque mortalium deos esse factos opinantur, vel quod artes invenerant, vel quod usum quarundam fugam docuerant, vel quod vitia vite hominum prodiderant, vel quod immanes bestiae interemerant. Quae merita quam longè ab immortalitate semota sint, & docuimus in prioribus libris, & nunc docebimus, ut appareat solè esse iustitiam, quae vitam homini patriat aeternam, & solum Deum, qui aeternae vitae praemium largiatur. Nam illi, qui suis meritis immortales facti esse dicuntur, quia nec iustitia, nec vlla in his vera virtus fuit, non immortalitatem sibi, sed mortem peccatis ac libidinibus quaesierunt: neque caeleste praemium, sed inferna supplicia meruerunt, quae pendunt simul cum his omnibus, qui eos voluerunt. Cuius indicij propinquare tempus ostendam, ut & iusti merces digna solvantur, & poenitentia impijs irrogetur. Plato, & multi alij philosophorum, cum ignorarent originem rerum, super premiumque illud tempus, quo mundus esset eff-

Etus, multa millia seculorum fluxisse dixerunt,
 ex quo hic pulcherrimus mundi extiterit orna-
 tus: sicuti fortasse Chaldaei, qui (ut Cicero tradi-
 dit in libro de Divinatione primo) quadringenta
 septuaginta milia annorum monumentis com-
 prehensa se habere delirant. In quo quia se posse
 argui non putabant, liberum sibi crediderunt esse
 memiri. Nos autem, quos diuina litera ad scien-
 tiam veritatis erudiunt, principium mundi fi-
 nemque cognouimus: de quo nunc in fine op. tis
 differemus, quoniam de principio in secundo libro
 explicauimus. Sciant igitur philosophi, qui ab
 exordio mundi seculorum milia enumerat, non-
 dum sextum millesimum annum esse coelustum:
 quo numero expleto, consummationem fieri ne-
 cesse est & humanarum rerum statum in me-
 lius reformari. Cuius rei argumentum prius enar-
 randum est, quod ratio eluceat. Mundum Deus
 & hoc rerum nature admirabile opus (sicut ar-
 canis sacrae scripturae cometur) sex dierum spa-
 tio consummauit, diemque septimum, quo ab ope-
 ribus suis requieuerat, sanxit. Hic est autem dies
 sabbati, qui lingua Hebraeorum à numero no-
 men accepit: unde septenarius numerus leuiti-
 mus, ac plenus est. Nam & dies septem sunt,
 quibus per vicem reuolutis, orbis conficiuntur
 annorum: & septem st. lle, quae non occidunt: &
 septem sidera, quae vocatur errantia: quorum
 disperses cursus, & inaequales motus, rerum, ac
 temporum varietates efficere creduntur. Ergo
 quoniam

Cautè
 legè
 5

quoniam sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt: per secula sex, id est, annorum sex millia manere in hoc statu mundum necesse est. Dies enim magnus Dei mille annorum circulo terminatur, sicut indicat propheta, qui dicit: Ante oculos tuos Domine mille anni, tanquam dies unus. Et ut Deus sex illos dies in tantis rebus fabricandis laboravit, ita & religio eius, et veritas in his sex millibus annorum laborare necesse est, malitia prevalente, ac dominante. Et rursus quoniam perfectis operibus requieuit die septimo, eumque benedixit: necesse est, ut in fine sexti millesimi anni malitia omnis aboleatur à terra, & regnet per annos mille iustitia, sitque tranquillitas & requies à laboribus, quos mundus iamdiu* perpeffus est. Verum quatenus id eveniat, ordine suo explicabo. Sæpe diximus minora & exigua magnorum figuras, & præmonstrationes esse, & hunc diem nostrum, qui ortu Solis, occasuque finitur, diei magni specie gerere, quem circuitus annorum mille determinat. Eodem modo etiam figuratio terreni hominis, celestis populi præferebat in patrum fictionem. Nam sicut perfectis omnibus que in usum hominis utilis est Deus, ipsum hominem sexto die ultimum fecit, eumque induxit in hunc mundum tanquam in domum iam diligenter instruatam, ita nunc sexto die magno verus homo verbo Dei fingitur, id est sanctus populus doctrinae & præceptis Dei ad iustitiam figuratur. Et

* perfect

sicut

sicut tunc mortalís, atque imperfectus è terra factus est, ut mille annis in hoc mundo viveret, ita nunc ex hoc terrestri seculo perfectus homo fingitur, ut vivificatus à Deo, in hoc eodem mundo per annos mille dominetur. Quomodo autem consummatio futura sit, & qualis exitus humanis rebus impendeat, si quis divinas literas fuerit scrutatus, inueniet. Sed & secularium prophetarum congruentes cum caelestibus voces, finem rerum, & occasum post breue tempus annuntiant, describentes quasi fatigati, & delabentis mundi ultimam senectutem. Quae verò à prophetis, & vaticiniis futura esse dicantur, prius quàm superveniat extrema illa conclusio, collecta ex omnibus, & coaceruata subnectam.

De mundi vastatione, & mutatione imperiorum.

CAP. XV.

Est in arcanis sanctarum literarum, transcendisse in Aegyptum cogente inopia rei frumentaria principem Hebraeorum cum omni domo, & cognatione. Cuius posteris, cum diutius in Aegypto commorantes, in magnam gentem crevissent, & gravi, atque intolerando servitutis iugo premerentur, percussit Aegyptum Deus insaniabili plaga, & populum suum liberavit, traductum medio mari, discissis fluminibus, & in utraque partem dimotis, ut per siccam populus graderetur. Conatusque Rex Aegyptiorum profugos insequi, coeunte in statum suum pelago, cum omnibus copiis interceptus est. Quod facinus tam cla-

O rum,

rum, tamq̄ mirabile, quamuis ad praesens virtutem Dei hominibus ostenderet, tamen praesignificatio & figura maioris rei fuit, quam Deus idem in extrema temporum consummatione facturus est: liberabit enim plebem suam de gravi servitute mundi. Sed quoniam tunc una plebs Dei, & apud unam gentem fuit, Aegyptus sola percussa est. Nunc autem, quia Dei populus ex omnibus linguis congregatus, apud omnes gentes commoratur, & ab his dominantibus premitur, necesse est nationes universas, id est, orbem totum, caelestibus plagis verberari, ut iustus, & cultor Dei populus liberetur. Et sicut tunc signa facta sunt, quibus futura clades * Aegypti ostenderetur, ita in ultimo fient prodigia miranda per omnia elementa mundi, quibus imminens exitus universis gentibus intelligatur. Propinquante igitur huius seculi termino, humanarum rerum statum commutari necesse est, & in deterius nequitia inualefcente prolabi: ut etiam nostra haec tempora, quibus iniquitas, & malitia usque ad summum gradum crevit, in illius tamen insana-bilis mali comparationem felicitia, et propè antea possint iudicari. Ita etenim iustitia rarefiet, ut impietas, & auaritia, & cupiditas, & libido crebrescant, ut si quis tum forte fuerint boni, praede sint sceleratis, ac diu exentur vndiq̄ ab inuisis: soli autem mali opulenti sunt, boni verò in omnibus contumelias, atq; in egestate iactentur. Confundetur omnis ius, & leges interibunt. Nihil
quisq̄

HP III
Athenio

* Aegy-
ptiis

quicquam tunc habebit, nisi aut malè questum,
 aut defensum ^{* male:} manu: audacia, & vi omnia possi-
 debūt. Non fides in hominibus, non pax, non hu-
 manitas, nō pudor, non veritas erit: atq; ita neq;
 securitas, neq; regimē, neq; requies à malis vlla.
 Omnis enim terra tumultuabitur, fient ubiq;
 bella, omnes gētes in armis erunt, & se inuicem
 oppugnant. Ciuitates inter se finitimæ prelia-
 buntur: & prima omnium ~~Egyptus~~ ^{III} stultarum
 superstitionum luet pœnas: & sanguine velut flu-
 mine operietur. Tunc peragrabit ^{* gladius} elades orbem,
 metens omnia, & tanquam messem cuncta pro-
 sternens. Cuius vastitatis, & confussionis hæc erit
 causa, quod Romanum in men, quo nunc regitur
 orbis (horret animus dicere: sed dicam, quæ fu-
 turum est) tolletur de terra, & in Asiam Impe-
 rium reuertetur, ac rursus Oriens dominabitur,
 atq; Occidens seruiet. Nec mirum cuiquam debet
 videri, si regnum tanta mole fundatum, ac tandiu
 per tot, & tales viros auctum, tantis deniq; opi-
 bus confirmatū, aliquando tamen corruet. Nihil
 est enim humanis viribus laboratum, quod non
 humanis equè viribus destrui possit: quoniam
 mortalia sunt opera mortalium. Sic et alia prius
 regna, cum diutius floruisissent, nil illo minus ta-
 men occiderunt. Nam & ~~Egyptios~~, & Persas,
 & Græcos, & Assyrios, proditum est, regimen
 habuisse terrarū: quibus omnibus destructis, ad
 Romanos quoq; rerū summa peruenit. Qui quā-
 to ceteris omnibus regnis magnitudine antestāt,

santo maiore decident lapsu : quia plus habent ponderis ad ruinã, quã sunt ceteris altiora. Non inscitè Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates. Primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse, à quo & genita & quasi educata sit Roma : deinde pueritiam sub ceteris regibus, à quibus et aueta sit, et disciplinis pluribus institutisq; formata: at verò, Tarquinio regnante, cum iam quasi adulta esse coepisset, seruum non tulisse, et reiecto superbae dominationis iugo, maluisse legibus obtemperare, quàm regibus. Cumq; esset adolescentia eius sine Punici belli terminata, tum deniq; confirmatis viribus coepisse inuenescere. Sublata enim Carthagine, quæ tam diu amula Imperij Romani fuit, manus suas in totum orbem terra, mariq; porrexit: donec regibus cunctis, et nationibus subiugatis, cum iam bellorum materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa confecit. Hæc fuit prima eius senectus, cum bellis lacerata civilibus, atque intestino maio pressa, rursus ad regimen singularis Imperij recidit, quasi ad alteram infantiam reuoluta. Amissa enim libertate, quam Bruto duce, & autore defenderat, ita consensit, tanquam sustentare se ipsa non valeret, nisi admirabile regnum niteretur. Quod si hæc ita sunt, quid restat, nisi ut sequatur interitus senectutem? Et id futurum brevi, conciones prophetarum denuntiant sub ambage aliorum uersuum, ne facile quis intellegat. sibylla tamen aperte interitu-

tam

nam esse Romam loquuntur, & quidem iudicio Dei, quod nomen eius habuerit inuisum, & inimica iustitia, alumnium veritatis populum trucidavit. Hydaspes quoque, qui fuit Medorum Rex antiquissimus, a quo annis quoque nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur, admirabilis omnium, sub interpretatione vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbe nomen Imperiumque Romanum, multo antequam illi Troiana gens conderetur.

De mundi vastatione, eiusque prodigiis.

CAP. XVI.

Quomodo autem id futurum sit, ne quis incredibile arbitretur, ostendam. In primis multiplicabitur regnum, & summa rerum potestas per plurimos dissipata, & concisa minuetur. Tunc discordia civiles in perpetuum ferentur: nec ulla requies bellis exitiabilibus erit, donec reges decem pariter existant, qui orbem terrae, non ad regendum, sed ad consummandum partiantur. Hi exercitibus in immensum coactis, et agrorum cultibus destitutis, quod est principium eversionis, & cladis, disperdent omnia, & comminent, & vorabunt. Tum repente adversus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plagae Septentrionalis orietur, qui tribus ex eo numero delatis, qui tunc Asiam obtinebunt, assumetur in societatem à ceteris, ac princeps omnium constituetur. Hic insustentabili dominatione vexabit orbem, divina et humana miscabit: infanda delu-

consummandum

Euerten
tur

Et execrabilia molietur: noua consilia in pectore suo volutabit, vt proprium sibi constituat Imperiū: leges commutabit, et suas sanciet, cōtaminabit, diripiet, spoliabit, occidet. Denique immutato nomine, atq; Imperij sede transacta, confusio, ac perturbatio humani generis consequetur. Tum verò detestabile, atq; abominandū tēpus existet, quo nulli hominū sit vita incūda. Eruentur funditus ciuitates, atq; interibunt non modo ferro, atq; igni, verū etiam terra motibus assiduū, et eluue aquarū, et morbis frequentibus, et fame crebra. Aer enim vitiabitur, et corruptus, ac pestilens fiet, modo importunis imbribus, modo inutile siccitate, nunc frigoribus, nunc aestibus nimis: nec terra homini dabit fructum, nec seges quicquam, non arbor, non vitis feret. Sed cū in florespem maximam dederint, in fruge decipient. Fontes quoq; cum fluminibus arescent, vt ne potus quidem suppetat: et aqua in sanguinem, aut amaritudinem mutabitur. Propter hęc desicient et in terra quadrupedes, et in aere volucres, et in mari pisces. Prodigia quoq; in caelo mirabilia mentes hominū maximo terrore confundent, et crines cometarū, et Solis tenebrae, et color luna, et caditium siderū lapsus. Nec tamen hęc visitato modo fient, sed existent subito et ignota, et inuisa oculis astra: sol in perpetuum suscabitur, vt vix inter noctem, diemq; discernatur. Luna iam non tribus deficiet horis, sed perpetuo sanguine obfusa, meatus extraordinarios peraget.

ut nō sit homini promptū, aut siderū cursus, aut
 rationem temporū agnoscere: sicut enim vel aestas
 in hyeme, vel hyems in aestate. Tunc annus bre-
 uiabitur, & mensis minuetur, & dies in angu-
 stū coarctabitur. Stelle verò creberrime cadent,
 ut calum omne, caecum sine vllis luminibus appa-
 reat. Montes quoq; altissimi decident, & planis
 aequabuntur, mare innavigabile constituetur. Ac
 ne quid malis hominum, terræq; desit, audietur
 è calo tuba: quod hoc modo Sibylla denuntiat,
 Σάλπιγγ' ἠεγρόθει φωνὴν πολὺθ' ἔχουσαν ἀφ' ἔθου.
 Itaq; trepidabunt omnes, & ad iuctuosum illum
 sonitum contremiscent. Tum verò per iram Dei
 aduersum homines, qui iustitiam Dei nō agnosce-
 runt, seuiet ferrū, ignis, fames, morbus, & super
 omnia metus semper* impēdet: tūc orabūt Deū, * impen-
 & non exaudiet: optabitur mors, & nō veniet: deus:
 nec nox quidē requiem timori dabit: nec ad ocu-
 los somnus accedet: sed animas hominū sollicitu-
 do, ac vigilia macerabit: plorabunt, & gement,
 & dentibus stridebunt: gratulabuntur mortuis,
 & vivos plangēt. Hinc & alijs pluribus malis so-
 litudo fiet in terra: & erit deformatus orbis, atq;
 desert⁹. quod in carminib⁹ sibyllinis ita dicitur,
 ἔσται κόσμος ἀκόσμος ἀποκρυμμένων ἀνθρώπων.
 Ita enim conficietur humanum genus, ut vix
 decima pars hominum relinquatur, & vnde
 mille processerant, vix prodient centum. De cul-
 toribus etiam Dei due partes interibunt: & ter-
 tia, quae fuerit probata, remanebit.

De falso propheta, & incommodis piorum, &
illius interuisione.

CAP. XVII.

+
*Cauete
 Reue*
 U
 Sed planius, quomodo id eueniat, exponam.
 Imminente iam temporum conclusione, propheta magnus mittetur à Deo, qui conuertat li-
 mines ad Dei agnitionem, et accipiat potestatem
 mirabilia facienda. Vbiunq; non audierint eum
 homines, claudet caelum, & abstinabit inibros, et
 aquam conuertet in sanguinem, & cruciabit il-
 los siti, ac fame: & qui unq; conabitur eum la-
 dere, procedet ignis de ore eius, atq; amburet il-
 lum. His prodigijs, atq; virtutibus conuertet mul-
 tos ad Dei cultum, peractisq; operibus ipsius, al-
 ter Rex orietur ex Syria malo spiritu genitus,
 euerfor, ac perditor generis humani, qui reliquias
 illius prioris mali cum ipso simul deleat. Hic pu-
 gnabit aduersus prophetam Dei, & vincet, &
 interficiet eum, & insepultum iacere patietur.
 Sed post diem tertium reuiuifcet, atq; inspectan-
 tibus, & mirantibus cunctis rapietur in caelum.
 Rex vero ille teterrimus erit quidem & ipse,
 sed mendaciorum propheta, & seipsum consti-
 tuet, ac ^{*}vocabit Deum, & se coli iubebit vt Dei
 filium: & dabitur ei potestas, vt faciat signa, &
 prodigia, quibus visis irretiat homines, vt ado-
 rent eum. Iubebit ignem descendere de caelo, &
 solem à suis cursibus stare, & imaginem loqui.
 & fient haec sub verbo eius, quibus miraculis
 etiam sapientium plurimi allicientur ab eo.
 Tunc eruers templum Dei conabitur, & iustum
 po. uisum

* combu-
ret* vocat
Deum se
celi iube-
bit

populum persequetur: & erit pressura & contritio, qualis nunquam fuit à principio mundi. Quicumque crediderint, atque accesserint ei, signabuntur ab eo tanquam pecudes: qui autem recusaerint notam eius, aut in montes fugient, aut comprehensi, exquisitis cruciatibus necabuntur. Idem iustos homines obuoluet libris prophetarum, atq; ita cremabit: & dabitur ei desolare orbem terræ mensibus ^{*sexagi} quadraginta duobus. Id erit tempus, quo iustitia proicietur, & innocentis odio erit, quo mali bonos hostiliter predabuntur: non lex, aut ordo, aut militia disciplina seruabitur: non canos quisquam reuerentur: non officium pietatis agnoscer: non senex aut infantie miserebitur. Confundentur omnia, & miscebuntur contra facta, contra iura nature. Ita quasi uno communit, grauique latrocinio, terra uniuersa vastabitur. Cum hæc facta erunt, tunc iusti, & sectatores veritatis segregabunt se à malis, et fugient in solitudines. Quo audito, impius rex inflammatus ira veniet cum exercitu magno, & ad motis omnibus copijs circumdabit montem, in quo iusti morabuntur, ut eos comprehendat. Illi vero ubi se clausos vidiq; atq; obsessos viderint, exclamabunt ad Deum voce magna, & auxilium celeste implorabunt, et exaudiet eos Deus, et erimet regem magnum de celo, qui eos eripiat ac liberet, omnesq; impios ferro igniq; disperdat.

De mundi casibus in extremo, deq; his prædictis à variis.

C A P. XVIII.

O S Hæc

Hæc ita futura esse, cum propheta omnes
 Hex Dei spiritu, tum etiam rates ex insin-
 elu demonum cecinerunt. Hydaspes enim, quem
 superius nominavi, descripta iniquitate seculi hu-
 ius extremi, pius, ac fideles à nocentibus segre-
 gatos, ait, cum fletu & gemitu extensus esse
 ad calum manus, & imploraturos fidem Iouis:
 Iouem respecturum ad terram, & auditurum
 voces hominum, atq; impios extincturum. Qua
 omnia vera sunt, præter unū, quod Iouem dixit
 illa facturum, quæ Deus faciet. Sed & illud non
 sine demonum fraude subtractum est, missum iri
 a patre tunc filium Dei, qui deletis omnibus ma-
 lii pius liberet: quod Hermes tamen non dissi-
 lauit. In eo enim libro, qui, λόγος τέλει, in-
 scribitur, post enumerationē malorū, de quibus
 supra diximus, subiicit hæc: Ἐπὶ ἂν δὴ ταῦτα
 ᾧδε γένηται ὡς ἀσκληπιε, τότε ὁ κύριος καὶ πα-
 τὴρ καὶ θεὸς καὶ τὴν πρώτῃ καὶ ἐνός θεῶν δημιουργός
 ἐπιβλέψας τοῖς γεγομένοις, ἐκ τῆς ἐαυτοῦ βελήτης
 τοῖς τοιαῖς τὸ ἀγαθὸν ἀνιερθεῖσας τῆς ἀταξίας
 καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην, καὶ τὴν κα-
 κίαν ἐκκαθήρας: πῆ μὲν ὑδαὶ πολλῶν κατα-
 κλύσας, πῆ δὲ πυρὶ ὄξυλάτῃ διακαύσας, ἐνίοθι
 δὲ πολέμοις, καὶ λοιμοῖς ἐκπίεσας, ἤγαγεν ἐπὶ
 τὸ δρχαῖον, ἐκ ἀποκατίσσει τοῖς ἐαυτῆ κόσμον.
 Sibylle quoq; non aliter fore ostendunt, quam ut
 Dei filius à summo patre mittatur, qui & iustos
 liberet de manibus impiorū, & iniustos cū tyran-
 nis fœnentibus deleat, è quibus una hæc tradidit:

Ἡξα

Ἡξει καὶ μακρῶν ἐθέλωτ πόλιν ἕξαλαπάζαι,
Καὶ κέν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἰδίαν,
Πάντας ἄλει βασιλεῖς μεγάλας, καὶ φῶτας
ἀράς:

Εἴθ' ἔτιω κελύξῃ ὑπ' ἀφ' ἑταίροις ἀνθρώποισι
Item alia Sibylla.

Καὶ τὴν ἀπ' ἡλίας πίμπει θεὸς βασιλῆα,
Ὅς πᾶσαν γαῖαν παῖσει πολέμοιο κακοῖσιν.
Ei rursus alia,

- ἡμετέρως δουλείας
Ζυγὸν δυσβάστακτον ἐπ' ἀυγίνῃ κείμενον ἀρεῇ,
Καὶ θυμὸς ἀράς λύσει, δεσμὸς τε βίαιος.

De aduentu Christi ad iudicium, & fa so
propheta deuicto. CAP. XIX.

Cauete
Uae hoc
Eaput

Oppresso igitur orbe terra, cum ad destruenda
dam immensarum virium tyrannidem hu-
mane opes defecerint: siquidem capto mudo cum
magnis latronum exercitibus* incubabit: diuino
auxilio tanta illa calamitas indigebit. Commotus
igitur Deus & periculo accipiti, & miseranda
complotatione iustorum, mittet protinus libera-
torem. Tunc aperietur caelum medium intempe-
sta & tenebrosa nocte: ut in orbe toto lumine de-
scendentis Dei tanquam fulgur appareat: quod
Sibylla his versibus locuta est,

*inculca-
bit:

- ὅπως ἂν ἔλθῃ,

Πῦρ ἔστι σκότος ἐν τῇ μέσῃ νυκτὶ μελαίνῃ
Et haec est nox, quae a nobis propter aduentu regis
ac Dei nostri per uigilio celebratur. Cuius noctis
duplex ratio est, quod in ea & uisus est recipit

(1178)

cum passus est, & postea orbis terra regnum re-
 cepturus est. Hic est enim liberator, & iudex, &
 victor, & rex, & Deus, quem nos Christum vo-
 camus, qui prius quam descendat, hoc signum
 dabit: Cadet repente gladius e caelo, ut sciant iu-
 sti ducem sanctae militiae descensurum: & descen-
 det comitantibus angelis in medium terrae, &
 precedet eum flamma inextinguibilis, & virtus
 angelorum tradet in manus iustorum multitu-
 dinem illam, quae montem circumfederit, & con-
 cidetur ab hora tertia usque ad vesperum, et sicut
 sanguis more torrentis: d. letisq; omnibus copiis,
 impius solus effugiet, et peribit ab eo virtus sua.
 Hic est autem, qui appellatur Antichristus, sed
 se ipse Christum mentietur, & contra verum di-
 micabit, & victus effugiet, & bellum saepe re-
 nouabit, & saepe vincetur, donec quarto praelio
 confectis omnibus impijs debellatus, & captus,
 tandem scelerum suorum luat poenas. Sed &
 ceteri principes, ac tyranni, qui contrinverunt or-
 bem, simul cum eo* victi adducentur ad regem:
 & increpabit eos, & coarguet, & exprobrabit
 his facinora ipsorum, & damnabit eos, ac meri-
 tis cruciatibus tradet. Sic extincta malitia, &
 impietate compressa, requiescet orbis, qui per tot
 secula subiectus errori, ac sceleri, nefandam per-
 tulit firmitatem. Non colentur ulterius dii manu
 facti, sed a templis, & pulvinaribus suis detur-
 bata simulacra igni dabuntur, & cum donis
 suis mirabilibus ardebunt. Quod etiam Sibylla

cun

cum propheti congruens futurum esse prædixit:

Τελύψοι δ' ἔδωλα βροτοί, ἔ' πλεον ἅπαντα.

Εργήραα quoque idem spontidit:

Εργα ἢ χρεοποιήσῃ θεῶν σικεκαύσσονται.

De Christi iudicio, de Christianis, deq;
anima. CAP. XX.

Post hæc aperientur inferi, & resurget mor-
tuis, de quibus iudicium magnum idem ipse
rex, ac Deus faciet, cui summus pater iudicandi
& regnandi dabit maximam potestatem. De
quo iudicio, & regno apud Erythraam Sibyl-
lam sic inuenitur:

Οππότε κ' ἔ' λάβη τέλος αἰσιμον, ἡδ' ἔ' βροτοῖσι

Ἡδη ἀφίξη) κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο,

Ἡξ' ἐπ' ἀνθρώπους μέγῃ κ' κρίσις, ἡδ' ἔ' ἀρχή.

Deinde apud aliam:

Ταρτάρων ἢ χάθ' ὅτε δείξει γαῖα χανῶσαι,

Ἡξῆτιν δ' ἐπὶ βῆμα θεῶ βασιλῆες ἅπαντες.

Et alio loco apud eandem:

Οὐρανόσιν εἰλίξας γαῖης καθ' ἑαῖνας ἀνοίξω

Καὶ τότε ἔνοσησω νεκρὸς μέγαν ἀναλύσεις,

Καὶ θανάτω κέντρον, καὶ ὕσπερ εἰς κρίτην ἄξω,

Κρίτων ὀσεβίων κ' ὀσεβίων βίον ἀνθρώπων.

Nec iam in vniuersitate à Deo iudicabuntur, sed
ἢ tantū, qui sunt in Deū religione versati. Nam
qui Deum non agnouerunt, quoniam sententia de
his in absolutione ferri non potest, iam induati
damnatiq; sunt, sanclis literis concessit antibus,
non resurcturos impios in iudicio. Iudicabunt
ergo qui Deum scierunt, & facinora eorum,
id est,

patibili-
lie

id est, mala opera cum bonis collata pōderabun-
tur. ut si plura, et grauia fuerint bona, iustificā-
tur ad vitam beata: si autē mala superauerint,
condemnentur ad pœnam. Hic fortasse dixerit
quispiam. Si est immortalis anima, quomodo* pa-
tibilis inducitur, ac pœne sentiens? Si enim ob
merita punietur, sentiet utiq; dolorem, atq; ita
etiam mortem. Si morti non est obnoxia, nec do-
lori quidē: patibilis igitur nō est. Huic quaestio-
ni, siue argumēto à Stoicis ita occurritur. Ani-
mas quidē hominum permanere, nec interuen-
tu mortis in nihilū resolui: sed eorum, qui iusti-
fuerunt, puras, et impatibiles, et beatas ad se-
dem caelestē, unde illis origo sit, remeare, vel in
campos quosdam fortunatos rapi, ubi siuantur
miris voluptatibus: impios uerō, quoniā se malis
cupiditatibus inquinauerunt, mediam quādam
gerere inter immortalens mortalemq; naturam,
et habere aliquid imbecillitatis ex contagione
carnis: cuius desiderijs, ac libidinibus adducti,
inelaibilem quendam fecum trahant, labemq;
terrenam: quae cōm temporis dūturnitate peni-
tus inhaerit, eius natura reddi animas, ut si nō
extinguibiles in totum, quoniam ex Deo sunt,
tamen cruciabiles fiant per corporis maculam,
quae peccatis inuēta, sensum doloris attribuit.
Quam sententiam poeta sic explicauit,

Quin et supremo cum lumine vita relinquit,
Nō tamen ē omne malū miseris, nec funditur uolū
Corporeae excedunt pestes, penitusq; necesse est
Multa

Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; in ilorum
Supplicia expendunt.

Hæc propemodum vera sunt. Anima enim, cum
diuorsum fecit à corpore, est (ut ait idem poeta)

Par lenibus ventis, volucrumq; simillima somno.
Quia spiritus est, & ipsa tenuitate incomprensibi-
bilis: sed nobis, qui sumus corporales: Deo au-
tem, cui subiacet posse omnia, comprehensibilis.

De cruciatibus & præmiis animarum.

CAP. XXI.

PRimum igitur dicimus, tantam esse Dei po-
testatem, ut etiã incorporalia comprehen-
dat, & quemadmodum voluerit, afficiat. Nam
& angeli Deum metuunt, quia castigari ab eo
possunt, inenarrabili quodã modo: & demones
reformidant, quia torquetur ab eo, ac puniuntur.
Quid ergo mirum, si cum sint immortales anima
tamen patibiles sint Deo? Nam cum in se nihil
habeant solidum, & contrecabile, à solidis, &
corporalibus nullam vim pati possunt: sed quia
in solis spiritibus viuunt, a solo Deo tractabiles
sunt, cui virtus ac substantia spiritualis est. Sed
tamen docent nos sancte literæ, quemadmodum
pœnas impij sint laturi. Nam quia peccata in
corporibus contraxerunt, rursus carnis induen-
tur, ut in corporibus piaculum soluant: & tamen
non erit caro illa, quam Deus homini superiece-
rit, huic terrena similis, sed insolubilis, ac perma-
nens in æternu, ut sufficere possit cruciatibus, &
igni

Caute
lege

* Patibiles

• datur.

igni sempiterno: cuius natura diuersa est ab hoc nostro, quo ad vitæ necessaria vitur: qui nisi alicuius materie fomite alatur, exinguitur. At ille diuinus per seipsum semper viuit, ac viget sine vllis alimentis, nec admistū habet fumū, sed est purus, ac liquidus, & in aquæ modum fluidus. Nō enim vi aliqua sursum versus vitetur, sicut noster, quem labes terreni corporis, quo tenetur, & fumus intermistus excilire cogit, & ad celestem naturam cum trepidatione mobili subuolare. Idem igitur diuinus ignis vna, eademq; vi, atq; potentia & cremabit impios, & recreabit: & quantum è corporibus absumet, tantum reponet, ac sibi ipse aeternum pabulum subministrabit. Quod poeta in vulturem Tityi trāsulerunt. Ita sine vllō vitescensium corporum detrimento aduret tantū, ac sensu doloris afficiet. Sed & iustos cūm indicauerit, etia igni eos examinet. Tum quorum peccata vel pōdere, vel numero præualuerint, perstringētur igni, atq; amburentur: quos autem plenè iustitia, & maturitas virtutis incoxerit, ignem illum non sentient: habēt enim aliquid* inde, quod vim flammæ repellit, ac respuat. Tanta enim virtus est innocētia, vt ab ea ignis ille refugiat innocuus, qui accepit à Deo hanc potestātē, vt impios vtrat, iusti obliēperet. Nec tamen quisquam pūbet, animas post mortē proinus iudicari. Omnes in vna cōmuniq; custodia detinētur, donec tempus adueniat, quo maximus index meritorum faciat examē

*in se Dei
quod

men. Tum quorum fuerit probata iustitia, ij premium immortalitatis accipient: quorum autem peccata & scelera detecta fuerint, non resurgent, sed cum impijs in easdem tenebras recedentur, ad certa supplicia destinati.

De errore poëtarum, deq; animæ reditu ab inferis. CAP. XXII.

Figmenta hæc esse poëtarum quidam putant, ignorantibus unde illa poëta acceperint, ac negat hæc fieri posse. Nec mirū est ita illis videri. Aliter enim, quam res se habet, traditur à poëtis: qui licet sint multo antiquiores, quam historici, & oratores, & cætera genera scriptorum: tamen quia mysteriū divini sacramenti nesciebāt, et ad eos mentio resurrectionis futura obscurorū ore* peruenerat, eā verò temerè, ac leuiter auditam, in modū commentitiæ fabulæ prodiderūt. Et tamen ijdem testati sūnt, non autorem se certum, sed opinionem sequi. vt Maro, qui ait: Sit mihi fas audæ loqui. Quamuis igitur veritatis arcana in parte corruerint, tamen ipsa res eorum inuenitur, quod cum prophetis in parte consentiunt: quod nobis ad probationē rei satis est. Errori tamen eorum sub est ratio nōnulla. Nam cum prophete assiduis concionibus predicarent, iudicaturum esse de mortuis filium D-i, & hæc annūtiatio non lateret: quoniam rectorem cæli Deum non alium putabant esse, quam Iouē, iudicare apud infros Iouis filium tradidit. Sed tamen non Apollinem, aut Liberum, aut Mer-

vocatū, curium, qui caelestes pulātur, sed † Deum, † qui
 & mortalis fuerit, & iustus, vel Minoem, vel
 Aacum, vel Rhadamanthum. Corruerunt
 igitur poetica licentia, quod acceperant: vel
 opinio veritatem per diversa ora, sermonetq;
 varios dissipata mutavit. Nam quod peractis
 apud inferos mille annis, rursus ad vitam resti-
 tui cecinerunt, Marone ita dicente,

Has omnes, ubi mille rotā voluere per annos,
 Lethē ad fuvii Deū evocat agmine magno
 Scilicet immeniores superavit cōvexa reuoluūt,

Rursus & incipiant in corpora velle reuerſi.
 Hæc eos ratio fefellit, quod resurgente defuncti,
 non post mille annos mortis suæ, sed ut restituti

rursus in vitam mille annis cum Deo regnent.
 Deus enim veniet, ut orbe hoc ab omni labe pur-
 gato, rediuiuas in florum animas corporibus in-
 nouatis ad sempiternam beatitudinem fuscitet.

Itaq; præter aquam obliuionis vera sunt cætera:
 quam idcirco finxerunt, ne quis illud opponeret:

Cur ergo non meminerunt se aliquando vixisse,
 aut qui fuerint, aut quæ gesserint? Sed nihilomi-
 nus tamen verisimile non putatur, & res tota

velut licenter, & fabulosè ficta respuitur. No-
 bis autem resurrectionem affirmatibus, & do-
 centibus animas ad alteram vitam non oblitæ

fui, sed in eodem sensu, ac figura esse redituras,
 illud opponitur. Tot iam secula transferunt, quis
 unquam vnus ab inferis resurrexit, ut exemplo
 eius fieri possit credamus? At enim resurrectio

fieri

fieri non potest, dominante adhuc iniustitia. Hoc enim seculo necantur homines vi, ferro, insidijs, venenis, afficiuntur iniurijs, egeitate, carcercibus, tormentis, proscriptionibus. Eodem accedit, quod iniustitia inuisa est, quod omnes, qui Deum sequi volunt, non tantum odio habentur, sed vexantur omnibus contumelijs, & excruciantur multiplici genere pœnarum, & ad impios cultus* fabricatorum Deorum non ratione, aut veritate, sed nefanda corporum laceratione coguntur. Num igitur oportet ad hæc eadem resurgere, & reuerti homines ad vitam, in qua tui esse non possunt? Cùm ergo iusti tam viles habeantur, iam faciliè tollantur, quid putemus futuram fuisse, si quis ab inferis rediens vitam postluminio recepisset? Auferretur profectò ab oculis hominum, ne viso eo, vel audito, Deus vniuersi relinquerent, & ad vnius Dei cultum, religionemq; conuerterentur. Ergo semel fieri resurrectionem necesse est, cùm malum fuerit ablatum, quoniam eos, qui resurrexerint, nec mori iam vltius, nec violari vilo modo fas est: vt beatam possint agere vitam, quorum mors resignata est. Poëta verò, cùm scirent, hoc seculum malis omnibus redundare, oblivionis animum induxerunt, ne laborum, ac malorum memores animæ reuerti ad superos recusarent. Vnde Virgilius:

O pater, an ne aliquas ad celum hinc ire potandum est

Sublimes animas, iterumq; ad tarda* reuerti

P 2 Corp

*manufal
ctorum

*icmitel

Corpora? que lucis miserris tam dira cupido?
 Ignorabant enim quomodo, aut quando id fieri
 oporteret: itaq; renasci eas putauerūt, & denuō
 ad vterū reuolui, atq; ad infantiā regredi. Vnde
 etiam Plato de anima differens, ex hoc ais posse
 cognosci animas esse immortales, atq; diuinas,
 quōd in pueris mobilia sunt ingenia, & ad per-
 cipiendum facilia: quōd ea, quae discant, ita cele-
 riter capiant, vti non tunc primum discere illa
 videantur, sed recognoscere, atque reminisci: in
 quo vit sapiens Puelis ineptissimè credidit,

De resurrectione animæ, eiusq; rei te-
 stimonia.

CAP. XXIII.

NON igitur renascentur, quōd fieri non po-
 test: sed resurgent, & a Deo corporibus
 induentur, & prioris vite factorumq; omnium
 memores erunt: & in bonis caelestibus collocati,
 ac fruētes incunditate innumerabiliū copia-
 rum, presenti Deo gratias agent: quōd malum
 omne delenerit: quōd eos ad regnū, vitamq; per-
 petuam suscitavit. Qua de anastasi philosophi
 quoq; dicere aliquid conati sunt tam corruptè,
 quā poete. Nā Pythagoras transire animas in
 noua corpora disputauit: sed ineptè, quōd ex ho-
 minibus in pecudes, et ex pecudibus in homines,
 & seipsum ex Euphorbo esse reparatum. Me-
 lius Chrysippus, quem Cicero ait fulcire porti-
 cum Stoicorum, qui in libris, quos de prouiden-
 tia scripsit, cum de innouatione mundi loquere-
 tur, hæc intulit: τὰς ἑβδὼς ἔχοντες, ὁἷλοι ὡς
 ἕδω

ἔδεν ἀδύνατον, ἔ ημάς μὲν τὸ πελοδύησαι, πάλιν
 πελοδύων πνῶν εἰλημμένων χρόνους, εἰς ὃν ὄν
 ἰσμεν κατὰ τὴν σάδαι σχῆμα. Sed nos ab hu-
 manis ad divina redeamus. Sibylla dicit hæc :
 Δύσπιστον γὰρ ἄπαν μερόπων γένος, ἀλλ' ὄ-
 τως ἦδη

Κόσμος καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἢν θεὸς αὐτῶν
 Ποιήσει, κρίνων ἀπεθῆς θ' ἄμα δύσβείας τε,
 Καὶ τότε δύσβείας μὲν ἐπὶ ζῶφον εὐπυθῆ
 πέμψει :

Οσοὶ δ' ἀσβείας, πάλιν ζήσουσ' ἐπὶ γαίης,
 Πνῦμα βίῃ δόντες, τιμὴν ἄμα ἔ βίον αὐτοῖς.
 Quod si non modo propheta, sed etiam vates et
 Poeta et Philosophi anastasin mortuorum fu-
 turam esse consentiunt, nemo querat à nobis,
 quemadmodum fieri possit: nec enim divinorum
 operum reddi potest ratio. Sed si à principio
 Deus hominum nescio quo inenarrabili modo
 instituit, credamus, ab eodem restitui veterem
 posse, qui novum fecit.

De renouato mundo CAP. XXIII.

Nunc reliqua subnectã. Veniet igitur sum-
 mi, et max mi Dei filius, et nivos, ac
 mortuos iudicet, testante atq; dicente Sibylla,
 Πάσης γὰρ γαίης τότε θνητῶν σύγχυσις ἔσται,
 Αὐτῶν ὁ παντρετόρε ὅτ' αὖ ἔλθῃ βήμωπι
 κείναι

Ζώντων ἔ νεκρῶν ψυχῆς, καὶ κόσμον ἄπαντα.
 Verũ ille cum deleuerit iniustitias, iudicet, et mi-
 ximum fecerit, ac iustus, qui à principio fuerit,

P 3 ad

Cause
 lege hoc
 caput et
 duo se
 quentia

ad vitam restauraverit, mille annis inter homi-
nes versabitur, eosq; iustissimo imperio reget.

alia Quod alibi Sibyllæ vaticinās furēsq; proclamat,
ΚΛΥΤΕ ΔΕΙΜΗ ΜΙΣΘΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΙΑΝ. & ἄρχη.
Tum qui erunt in corporibus viui, non morien-
tur, sed per eosdem nulle annos infinitam multi-
tudinem generabunt, & erit soboles eorum san-
cta, & Deo chara. Qui autem ab inferis suscita-
buntur q̄ præerunt viuentibus velut iudices. Gen-
tes verò non extinguentur omnino, sed quedam
relinquentur in victoriam Dei, vt triumphent
à iustis, ac subingentur per p̄tine seruituti. Sub
idem tempus etiam princeps demonum, qui est
machinator omnium malorum, catenis vincie-
tur, & erit in custodia mille annis caelesti im-
perij: quo iustitia in orbe regnabit, ne quod ma-
lum aduersus populum Dei moliat: post cuius
aduentū congregabuntur iusti ex omni terra: per
actōq; iudicio, ciuitas sancta cōstituetur in me-
dio terre, in qua ipse conditor Deus cum iustis
dominantibus commoretur. quam ciuitatem Si-
bylla designat, cum dicit :

Καὶ πόλιν ἠνεποίησε θεός, αὐτὴν ἔποίησε
λαμπροτέρα ἀστρον, καὶ ἤλις ἠδὲ σελήνης
*claritatē Tunc auferetur à mundo tenebra illæ, quibus of-
fundebatur, atq; obcæcabatur calū: Luna cla-
ritudinē Solis accipiet, nec minuetur vltimum.
Sol autē septies tanto, quàm nūc est clarior fiet.
Terra verò aperiet sē vditatem suam, & vber-
tinas frugis suæ sponte generabit: τικρες mon-
tiu n

tiam mella sudabunt: per riuos vina decurrent:
 & flumina lacte inundabunt. Mundus denique
 ipse gaudebit, & omnis rerum natura letabi-
 tur, erepta & liberata dominio mali, et impie-
 tatis, & sceleris, & erroris. Non bestia per hoc
 tempus sanguine alentur, non aues prada: sed
 quiesca & placida erunt omnia: leones & vituli
 ad presepe simul stabunt: lupus ouem non ra-
 puet: canis non venabitur: accipitres & aquile
 non nocebunt: infans cum serpentibus ludet.
 Deniq; tunc si ut illa, quae poëta aureis tempori-
 bus facta esse iam Saturno regnante dixerunt.
 Quorum error hinc ortus est, quod propheta fu-
 turorum pleraque sic profert, & enuntiant,
 quasi iam peracta. Visiones enim diuino spirita
 offerebantur oculis eorum, & videbant illa in
 conspectu suo quasi fieri, ac terminari. Quae va-
 ricinia eorum cum paulatim fama vulgasset,
 quoniam profani à sacramento, ignorabāt qua-
 tenus dicerentur, completa iam esse veteribus
 seculis illa omnia putauerunt, quae utique fieri
 compleriq; non poterant homine regnante. Cum
 vero deletis religionibus impijs, & scelere con-
 presso, subiecta erit Deo terra,

Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
 Mutabit merces, cunctis feret omnia tellus.
 Non rastro patietur humus, nō vinea fallē.
 Robustus quoq; in tauris iuga soluet arator.
 Tunc etiam molli flauescet campus arista:
 Inculeisq; tubens pendebit sentibus riuo,

Et dura quercus sudabunt roseida mellis,
 Nec varios discet mentiri lana colores:
 Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
 Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
 Spronte sua spondyx pascentes vestiet agnos.
 Ipsa lacte domum referent distenta capelle
 vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Que poeta secundum Cumae Sibyllae carmina
 protulimus est. Erythraea vero sic ait:

Οἱ δὲ λύκος σὺν ἄρνεο' ἐν ὄρεσιν ἀμειδιῦνται:
 Χάρην γὰρ λίγκας τ' ἐρίθοισιν ἅμα βόσκειται
 Ἀρκῆ σὺν μέσχοισιν ὄμῃ, καὶ πᾶσι βροχίται
 Σαρκοβόρο τε λίων φάγετ' ἄχυσον παρὰ
 φάτνας:

Σὺν ἑρέφεισιν τε δράκοντες ἀμάτροσι κοιμή-
 σάνται.

Et alio loco de vbertate regum:

Καὶ πῶς δὴ χάριν μεγάλην θεὸς ἀνδράσι δάσσει
 Καὶ γὰρ γῆ, καὶ δένδρα, ἔ' ἄσπετα φρέματ' αἶ-
 γαίης

Δάσσειν καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισι
 Οἷον καὶ μέλιτος γλυκίως, λευκῆ τε γάλακτος.
 Καὶ οἷον ὅπερ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιπον ἀπάντων.

Et alia eodem modo:

Ἐδοξέων δὲ μένων ἀγία χθὼν πάντες τάδ'
 εἴτει,

Νῆμα μέλιτος δ' ἀπὸ πίστεως ἢ ἀπὸ πηγῆς
 Καὶ γάλατ' ἀμβροσίης ρεύσει πάντεςσι δικαίοις
 Vivent itaque homines tranquillissimam & copio-
 sissimam vitam, et regnabunt cum Deo patres,

ὅτι

Et reges gentium venient à finibus terre cum do-
ni, ac muneribus, ut adorēt, & honorificent re-
gem magnum, cuius nomen erit præclarum, ac
venerabile vniuersis nationibus, quæ sub celo
erunt, & regibus qui dominabuntur in terra.

De postremis iam oribus, deq; vrbē Roma.

C A P. XXV.

Hæc sunt, quæ à prophetis futura dicun-
tur: quorum testimonia, & verba ponere
opus non esse duxi, quoniam esset infinitum: nec
tantam rerum multitudinē mensura libri cape-
ret, tam multū vno spiritu similia dicentibus: si-
mulq; ne fastidium legentibus fieret, si ex omni-
bus collecta, & translata congererem: præterea
ut ea ipsa, quæ dicerē, non nostris, sed alienis po-
tissimum literis confirmarē: docerēq; non modo
apud nos, verū etiam apud eos ipsos, qui nos
insecantur, veritatem consignatā teneri, quam
recusant agnoscere. Si quis autem diligentius hæc
voluerit scire, ex ipso fonte hauriat, & plura,
quàm nos in his libris complexi sumus, admira-
bilia reperiet. Fortasse quispiam nunc requirat,
quando ista, quæ diximus, sint futura? Jam su-
perius ostendī, completis annorum sex millibus
mutationem istam fieri oportere, & iam pro-
pinquare summum illum conclusionis extremæ
diem. De signis quæ prædicta sunt à prophetis,
licet noscere: prædixerūt enim signa, quibus con-
summatio temporum & expectanda sit nobis in
singulos dies, & timenda. Quando tamen com-

P S pleatur

*Cum de
lege.*

* multi
sunt spi-
ritu simi-
lia dicen-
tes, sicut.

pleatur hæc summa, docent q̄, qui de temporibus
 scripserunt, colligentes ea ex literis sanctis, et ex
 varijs historijs, quantus sit numerus annorum
 ab exordio mundi. Qui licet variant, et aliqua-
 tum numeri eorū summa differat, omnis tamē
 expectatio non amplius, quam ducentorū vide-
 tur annorū. Etiam res ipsa declarat lapsum, rui-
 namq; rerum brevis fore, nisi quod incolumi vrbē
 Roma nihil istiusmodi videtur esse metuendum.
 At verò cum caput illud orbis occidet, & popu-
 lus esse cœperit, quod Sibylla fore aiunt, quis dubi-
 tet venisse iam finem rebus humanis, orbisq; ter-
 rarum? Illa est enim ciuitas, quæ adhuc susten-
 tat omnia: precandusq; nobis, & adorandus est
 Deus cæli, si tamen statuta eius, & placita dif-
 ferri possunt: ne citius, quàm putemus, Tyrannus
 ille abominandus veniat, qui tantum facinus
 moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius interitū
 mundus ipse lapsurus est. Nunc ad cætera ex-
 quenda redeamus, quæ deinceps secutura sunt.

De dæmonis emissionē, alteroq; maximo
 iudicio. CAP. XXVI.

*Cautè
 Rege*

Diximus paulo antiè, in principio regni san-
 cti fore, ut à Deo princeps demonū vinceretur.
 Sed idè, cum mille anni regni, hoc est, septem
 missa cœperint terminari, soluetur dæmō, et cu-
 stodia emissus exhibet: atq; omnes gētes, quæ tunc
 erunt sub ditione iustorū, concitabit, ut inferat
 bellum sanctæ ciuitati: & colligetur ex omni or-
 be terræ innumerabilis populus nationū, & ob-
 sidebit,

fidebit, & circumdabit ciuitatem: tunc veniet
 nouissima ira Dei super gētes, & debellabit eas
 usq; ad vnum: ac primū concutiet terram quā
 validissime, & à motu eius scidentur montes
 Syria, & subsident colles in abruptum, & mu-
 ti omnium ciuitatum * corruēt: & statuet Deus
 solem triduo ne occidat, & inflammabit eum,
 & descendet æstus nimius, & adustio magna
 supra perduelles, & impios populos, & imbres
 fulfuris, & grandines lapidum, & gutta ignis
 & liquefcent spiritus eorum in calore: & cor-
 pora conterentur in grandine: & ipsi se inuicem
 gladio frient: & replebuntur montes cadaue-
 ribus: & campi operientur ossibus. Populus au-
 tem Dei tribus illis diebus sub concauis terra oc-
 cultabitur, donec ira Dei aduersus gentes extre-
 mum iudicium terminet. Tunc exhibuit iusti de
 latebris suis, & inuenient omnia cadaueribus,
 atq; ossibus tecta. Sed et genus omne impiorum
 radicibus interibit: nec erit in hoc mundo vlla
 iam natio amplius, præter solā gentē Dei. Tum
 per annos septē perpetes intacta erunt syluæ: nec
 excidetur de montibus lignū: sed arma gentium
 comburentur, & iam non erit bellū, sed pax, &
 requies sempiterna. Cum verò completi fuerint
 mille anni, reuocabitur à Deo mundus, & ce-
 lum cōplicabitur: & terra mutabitur, et trans-
 formabit Deus homines in similitudinē angelo-
 rum: & erunt candidi sicut nix: & versabuntur
 semper in conspectu omnipotentis, & domino
 suo sa

'conci-
 dent,

suo sacrificabunt, & seruient in aeternū. Eodem tempore fiet se. unda illa, & publica omnium resurrectio, etiam in qua excitabuntur iniusti ad cruciatus sempiternos. Ii sunt, qui manu facta coluerūt, qui * deum dominum mūdi ac parentem vel nescierunt, vel abnegauerunt. Sed & dominus illorum cum ministris suis cōprehēdetur, ad pēnamq; damnabitur, cum quo pariter omnis turba impiorum pro suis facinoribus in conspectu angelorum, atq; iustorū perpetuo igni cremabitur in aeternum. Hæc est doctrina sanctorū prophetarum, quā Christiani sequimur: hæc nostra sapiētia, quā isti, qui fragilia colunt, vel inanem philosophiā tuētur, tanquam stultitiam vanitatemq; deridunt: quia nō defendere hanc publice, atq; asserere nos solemus: Deo iubente, vt quieti, ac silentes arcanum eius in abdito, atq; intra nostram conscientiam teneamus: nec aduersus istos verè prophanos, qui non discendi, sed arguendi, atq; illudendi gratia inclementer Deum, ac religionem eius impugnant, pertinaci contentione certemus. Abscondi enim, tegiq; mysteriū, quā fidelissimè oportet, maxime à nobis, qui nomen fidei gerimus. Verū illi hanc taciturnitatem nostram, veluti malam conscientiam, criminātur. Vnde etiam quasdam execrabiles opiniones de pudicis, & innocētibus fingunt, & libenter his, quæ fixerunt, credunt † Sed omnia sanctissime Imperator, figmēta sopita sunt, ex quo te Deus summus ad restituendum iustu-

Hæc ite
de ad cal
cē vsque
cap. non
habentur
in manu
scrip.

lie domicilium, & ad tutelam generis humani
 excitauit. Quo gubernate Romana Reipub. sta-
 tum, iam cultores Dei pro sceleratis, ac nefarijs
 non habemur. Iam emergere, atq; illustrata ve-
 ritate nõ arguimur vt iniusti, qui opera iustitie
 facere conamur. Nemo iam nobis Dei nomie ex-
 probrat. Nemo irreligiosus vltcrius appellatur,
 qui soli omnium religiosi sumus, quoniam con-
 temptis imaginibus mortuorũ, riuum colimus,
 & verum Deum. Te providentia summa diui-
 nitatis ad fastigiũ principale prouexit, qui posses
 vera pietate aliorum male consulta rescindere,
 peccata corrigere, saluti hominum paterna cle-
 mentia prouidere: ipsos deniq; malos à Roma.
 popul. summouere: quos summa pietate detectos,
 in manus tuas idẽ Deus tradidit, vt esset omni-
 bus clarũ, quæ sit vera maiestas. Illi enim qui
 vt impias religiones defenderent, celestis, ac sin-
 gularis Dei cultum tollere voluerunt, profligati
 racent. Tu autem, qui nomen eius defendi, &
 diligis, virtute, ac felicitate prepollens, immor-
 talibus tuis glorijs beatissimus fruens. Illi pœ-
 nis sceleris sui, et pœdunt, et pependerũt: te dex-
 tera Dei potens ab omnibus periculis protegit:
 tibi quietam, tranquillũque moderamen cum
 summi omnium gratulatione largitur. Nec im-
 merito rerum dominus, ac rector te potissimum
 delegit, per quem sanctam religionem suam in-
 flaueret, quoniam vnus ex omnibus extiti-
 sti, qui præcipua virtutis, & sanctissimus exem-
 pla

pla praebere, quibus antiquorum principum gloriam, quos tamen fama inter bonos numerat, non modo aequares, sed etiam (quod est maximum) praeterires. Illi quidem natura fortasse tantum similes iusti fuerunt: qui enim moderatorem universitatis Deum ignorat, similitudinem iustitiae assequi potest, ipsam vero non potest. Tu vero et morum ingenita sanctitate, et veritatis et Dei agnitione in omni actu iustitiae opera consummas. Erat congruens, ut in formando generis humani statu te autore, ac ministro diuinitas vteretur. Cur nos quotidianis precibus supplicamus, ut te in primis, quem rerum custodem voluit esse, custodiat: deinde inspiret tibi voluntatem, qua semper in amore diuini nominis perseueres. Quod est omnibus salutare, et tibi ad felicitatem, et ceteris ad quietem.

Adhortatio, & confirmatio piorum.

C A P. X X V I I.

Q uoniam decursis propositis operis septem spatij, ad metam prouecti sumus, superest, ut exhortemur omnes ad suscipiendam cum vera religione sapientiam, cuius vi, et officium in eo peritur, ut contemptis terrestribus, et abiectis erroribus, quibus antea tenebamur, fragilibus seruiantes, et fragilia concupiscentes, ad aeterna caelestis thesauri premia dirigamur: quae ut capere possimus, quamprimum omittende sunt huius praesentis vitae illicitae voluptates, quae animas hominum perniciosissi-

ma

ma suavitate delinunt. Quanta felicitas existimanda est, subitactum his labibus terra, profusis ad illum æquissimum iudicem, parentemq; indulgentissimum, qui pro laboribus requiem, pro morte vitam, pro tenebris claritatem, pro terrenis ac breuibus bonis æterna & cælestia largiatur: cum qua mercede acerbitates, ac miserie, quas perpetimur in hoc mundo facientes opera iustitiæ, confert, & coæquari nullo modo possunt. Proinde si sapientes, si beati esse volumus, cogitanda, & proponenda sunt nobis non tantum Terentiana illa, molendum esse usq; in pistrino, vapulandum, habenda compedes, sed his multo atrociora: carcer, catena, tormeta patienda, sustinendi dolores: mors deniq; ipsa & suscipienda est, & ferenda: cum liqueat cōscientiæ nostræ, nec fragilem istam voluptatem sine pœna, nec virtutē sine diuino premio fore. Vniuersos igitur oportet operam dare, ut se quamprimum ad rectam viam dirigant, ut susceptis operatiq; virtutibus, huius vite laboribus patienter exactis, consolatorem Deum habere mereantur. Pater enim noster, ac dominus, qui condidit, firmavitq; cælum, qui Solem cum cælestis syderibus induxit, qui libratâ magnitudine sua terram valluit montibus, mari circundat, omnibusq; distinxit, & quicquid est in hoc opere mundi constituit, ac perficit e nihilo: perspectis erroribus hominum, ducem misit, qui nobis iustitiæ viam panderet: hunc sequamur

*auditis. *mur omnes, hunc audiamus, huic *deuotissime
fime pareamus, quoniam solus (ut ait Lucretius)*

*torpedi-
ais

Veridicis hominum purgavit pectora dicti:

*Et finem statuit *cupedinis atq; timoris:*

*Exposuitq; bonū summū, quō cēdimus omnes,
Quid foret, atq; viā monstrauit limite paruo,
Qua possemus ad id recto contendere cursu.*

*Nec monstrauit tantū, sed etiam praecessit, ne
quis difficultatis gratia iter virtutis horreret.
Deferatur (si fieri potest) via perditionis, &
fraudis, in qua mors voluptatis illecebris adoper-
ta celatur. Et quanto quisq; annis in senectutem
vergētib; appropinquare cernit illū diem, quo
fit ei ex hac vita demigrandū, cogitet, quā pu-
rū abscedat, quā innocens ad *iudicē veniat,
non ut faciunt, *quorū cecis mentibus lux nega-
tur, qui iam deficientibus corporis viribus, in hoc
admonētur instātis vltimae necessitatis, ut cupi-
dius, & ardentius hauriendis libidinibus intē-
dant. Qua ex voragine liberet se quisq; dū licet
dum facultas adest, seq; ad Deū tota mēte con-
uertat, ut illum die securus expectet, quo praesens
dominusq; mundi Deus de singulorū factis, cogi-
tationibusq; iudicabit. Quaeuq; hic expetan-
tur, non tantū negligat, s; d; & sua: potioresq;
animā suā iudicet, quā bona ista p̄lacia, quo-
rū incerta, & caduca possessio est. Migrāt enim
qui tidie, & multo velocius excūt, quam intra-
uerant, & tamē si nobis vsq; ad vltimum licet
istis frui, alijs certē relinquenda sunt. Nihil no-
b; sum*

*iudiciū
*quidam
cāc met.
nisi, qui

biscum ferre possumus, nisi vitam* bene atq; in-^{pid}
nocenter ac larā. Ille ad Deum copiosus, ille opu-
lentus adueniet, cui astabuunt continentia, mise-
ricordia, patientia, charitas, fides. Hac est herē-
ditas nostra, qua nec eripi cuiquam, nec trāsferri
ad alterum potest. Et quis est, qui hac bona pa-
rare ac acquirere sibi velit? Veniāt, qui esuriunt,
vt celesti cibo saturati sempiternam famem po-
nant. Veniant, qui sitiunt, vt aquam salutare de
perennis celestiq; fonte plenissimis faucibus tra-
hant. Hoc cibatu, atq; potu Dei & cæci videbūt,
& surdi audient, & muti loquentur, & claudī
ambulabūt, & stulti sapient, et ægroti valebunt,
& mortui reuiuifcet. Quisquis enim corruptelas
terre virtute calcauerit, hunc arbiter ille sum-
mus, & verax ad vitam lucemq; perpetuam sū-
scitabit. Nemo diuitijs, nemo fastibus, nemo etiā
regni potestate confidat: immortalē ista non sū-
ciunt. Nam quicunq; rationem hominis abiece-
rit, ac presentia secutus, in l. umi se ipse prostra-
uerit, tanquam desertor Domini, et Imperatoris,
& patri sui pūietur. Intendamus ergo iustitia,
qua nos inseparabilis comes ad Deum sola per-
ducet: & dum spiritus hos regit artus, infatiga-
bilem militiam Deo militemus, stationes, vigi-
liasq; celebremus: congregiamur cum hoste,
quem nouimus, fortiter: vt victores, ac deuiclo
aduersario triumphantes, pramium virtutis,
quod ipse promisit, à Domino consequamur.

FINIS.

2

L. COELII
LACTANTI
FIRMIANI DE

*Ira Dei, ad Donatum,
Liber vnus.*

*

De sapientia diuina, & humana. CAP. I.

ANIMADVERTI saepe, Do-
nate, plurimos existimare (quod
etiam nonnulli Philosophorum
putauerunt) non irasci Deum,
quoniam vel benefica sit tantu-
modo natura diuina, nec cuiquam nocere, pre-
stantissime atque optime congruat potestati, vel
certe nil curet omnino, vt neque ex beneficentia
eius quicquam boni perueniat ad nos, neque ex
maleficientia quicquam mali. Quorum error, quia
maximus est, & ad euertendum vitæ humane
statum spectat, coarguendus est à nobis, ne ipse
fallaris, impulsus auctoritate hominum, qui se pu-
tant esse sapientes. Nec tamen nos tam arrogan-
tes sumus, vt comprehensam nostro ingenio ve-
ritatem gloriamur: sed doctrinam Dei sequi-
mur, qui scire solus potest, & reuelare secreta.
Cuius doctrinæ Philosophi expertes, existimave-
runt naturam rerum omnium coniectura posse
deprehendi. Quod nequaquam fieri potest: quia
mens hominis tenebroso corporis domicilio cir-
cumspecta, longè à Dei perspectione summotà est.

& hoc

Et hoc differt ab humanitate diuinitas, quod hu-
 manitatis est ignorantio, diuinitatis scientia. Unde
 nobis aliquo lumine opus est ad depellendas
 tenebras, quibus offusa est hominis cogitatio, quo-
 nam in carne mortali agentes, nostris sensibus
 diuinare non possumus. Lumen autem mentis hu-
 mana Deus est: quem qui cognouerit, et in pe-
 ctus admiserit, illuminato corde mysterium veri-
 tatis agnoscat. Remoto autem Deo, caelestiq; do-
 ctрина, omnia erroribus plena sunt. Recteq; So-
 crates, cum esset omnium Philosophorum doctis-
 simus, tamen ut ceterorum argueret inscientiam,
 qui se aliquid tenere arbitrabantur aut, se nihil
 scire, nisi unū, quod nihil sciret. Intellexit enim,
 doctrinam illam nihil habere in se certi, nihil ve-
 ritate, ut putabant quidam, dissimulauit ipsam
 doctrinam, ut alios refelleret, sed vidit ex parte
 aliqua veritatem. Testatus est etiam in iudicio
 (sicut traahitur à Platone) quod nulla esset hu-
 mana sapientia: adeoq; doctrinam, qua tum Phi-
 losophi gloriabantur, contempsit, derisit, abiecit,
 ut id ipsum pro summa doctrina profiteretur,
 quod nihil scire didicisset. Si ergo nulla est sa-
 pientia humana, ut Socrates docuit, ut Plato
 tradidit, apparet esse diuinam, nec ulli aliq, quam
 Deo, veritatis notitiam subtrahere. Deus igitur
 noscendus est, in quo solo veritas est. Ille mundi
 parens, et conditor rerum, qui oculis non vide-
 tur, mente rix cernitur. Cuius religio multis mo-
 dis impugnari solet ab ijs, qui neque veram sa-
 pientiam

Q: piens

scientiam tenere potuerunt, neq; magni, & celestis arcani comprehendere rationem.

De veritate, deq; eius gradibus, & Deo.

CAP. II.

Nam cum sint gradus multi, per quos ad domicilium veritatis ascenditur, non est facile cuiuslibet euehi ad summum. Caligantibus enim veritatis fulgore luminibus, qui stabilem gressum tenere non possunt, reuoluuntur in planum. Primus autem gradus est, intelligere falsas religiones, & abycere impios cultus Deorum h[uius]mana manu fabricatos. Secundus vero perspicere animo, quod vnus sit Deus summus, cuius potestas ac providentia effecerit a principio mundum, & gubernet in posterum. Tertius, cognoscere ministrum eius, ac nuntium, quem legauit in terram, quo docente liberati ab errore, quo implicati tenebamur, formatiq; ad veri Dei cultum iustitiam disceremus. Ex quibus omnibus gradibus (vt dixi) pronus est lapsus, & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. De primo gradu eos excuti videmus, qui, cum falsa intelligant, tamen verum non inueniunt: contemptisq; terrenis fragilibusq; simulacris, non ad colendum se Deum conferunt, quem ignorant, sed mundi elementa mirantes, celum, terram, mare, solem, lunam, ceteraq; astra venerantur. Sed imperitiam horum iam coarguimus in secundo diuinarum Institutionum libro. De secundo vero gradu eos dicimus cadere, qui con-

sentiunt;

sentiunt, unum esse summum Deum: idem ta-
 men à Philosophis irretiti, & falsis argumenta-
 tionibus capti, aliter de unica illa maiestate sen-
 tiunt, quam veritas habet, qui aut figuram ne-
 gant habere ullam Deum, aut nullo affectu com-
 moueri putant: quia sic omnis affectus imbecil-
 litatis, que in Deo nulla est. De tertio verò quod præ-
 cipitantur, qui, cum sciant legatum Dei, can-
 demque diuini, & immortalis templi conditorem,
 tamen aut non accipiunt eum, aut aliter acci-
 piunt, quam fides poscit: quos ex parte iam re-
 futauimus in quarto supradicti operis libro, &
 refutabimus postea diligentius, cum respondere
 ad omnes scilicet ceperimus, que veritatem, dum
 disputant, perdididerunt. Nunc vero contra eos
 differemus, qui de secundo gradu lapsi praua de
 summo Deo sentiunt. Aiunt enim, quidam, nec
 gratificari eum cuiquam, nec irasci, sed securum,
 & quietum immortalitatis sue bonis perfici. Illi
 vero iram tollunt, gratiam relinquunt Deo: na-
 turam enim summa virtute prestantem, ut non
 maleficam, sic beneficam esse debere. Ita omnes
 Philosophi de ira consentiunt, de gratia discre-
 pant. Sed ut ad propositam materiam per ordi-
 nem descendat oratio, huiusmodi facienda nobis,
 & exequenda partitio est: Cum diuersa & repu-
 gnantia sint, ira, & gratia, aut ira tribuenda est
 Deo, & gratia detrahenda, aut utrunque pari-
 ter detrahendum: aut ira demenda est, & gra-
 tia tribuenda, aut neutrum tribuendum. Aliud

Q

ampi

amplius præter hæc nihil potest capere natura, ut necesse sit in vno istorum aliquo verum, quod queritur, inuenire. Consideremus singula, ut nos ad latebras veritatis & ratio, & ordo deducat.

De bonis & malis in rebus humanis, eorumq;
auctore. CAP. III.

Primum illud nemo de Deo dixit vnquam, irasci eum tantummodo, & gratia non moueri. Est enim disconueniens Deo, ut eiusmodi potestate sit praeditus, qua noceat, & obsit: prodesse vero, ac benefacere nequeat. Quæ igitur ratio, quæ spes salutis hominibus proposita est, si malorum tantummodo auctor est Deus? Quod si sit, iam maiestas illa venerabilis, non ad iudicis potestatem, cui licet seruare ac liberare: sed ad tortoris, & carnificis officium deducitur. Cum autem videamus, non modo mala esse in rebus humanis, sed etiam bona: utique si Deus non est, autorem esse alterum necesse est, qui contrariis Deo faciat, & det nobis bona. Si est, quo nomine appellandus est? aut cur nobis, qui malefaciat, notior est, quam ille, qui bene? Si autem nihil potest esse præter Deum, absurdum est, & vanum, diuinam putare potestatem qua nihil est maius, nihil melius, nocere posse, prodesse non posse. Et ideo nemo existit, qui auderet id dicere, quia nec rationem habet, nec vlllo modo potest credi: quod quia conuenit, transeamus, & veritatem alibi requiramus.

D:

De Deo, deq; eius affectibus: Epicurūq; repre-
hensio.

CAP. IIII.

Quod sequitur, de schola Epicuri est, sicut
iram in Deo non esse, ita nec gratiam qui-
dem. Nam cum putaret Epicurus alienum esse a
Deo, malum facere, atque nocere, quod ex affe-
ctu iracundia plerunq; nascitur, ademit ei etiam
beneficentiam: quoniam videbat consequens es-
se, ut si habeat iram Deus, habeat, & gratiam.
Itaq; ne illi vitium concederet, etiam virtutis fe-
cit expertem. Ex hoc, inquit, beatus, & incorru-
ptus est, quia nihil curat, neque habet ipse nego-
tium, neq; alteri exhibet. Deus igitur non est, si
nec mouetur, quod est proprium viuentis: nec
facit aliquid impossibile homini, quod est pro-
prium Dei, si omnino nullam habet voluntatem,
nullum actum, nullam deniq; administrationem,
qua Deo digna sit. Et que maior, & que dignior
administratio Deo assignari potest, quam mun-
di gubernatio, quam cura viuentium, maximeq;
generis humani, cui omnia terrena subiecta sunt?
Que igitur in Deo potest esse beatitudo, si sem-
per quietus, & immobilis torpet? si precantibus
surdus, si colentibus cecus? Quid tam dignum,
tam proprium Deo, quam prudentia? Sed si
nihil curat, nihil providet, amisit omnem diuini-
tatem. Qui ergo totam vim, totam Deo substan-
tiam tollit, quid aliud dicit, nisi Deum omnino
non esse? Deniq; M. Tullius a Possidonio dictum
refert, id Epicurum sensisse, nullos Deos esse, sed

ea, que de D^o locutus sit, depellenda inuidia
 causa dixisse. Itaq; verbis illum Deos relinquere,
 re autem ipsa tollere, quibus nullum motum, nul-
 lum tribuit officium. Quod si ita est, quid eo fil-
 licius? quod à sapiente, & graui viro debet esse
 alienum. Hic verò si aliud sensu, & aliud locu-
 tus est, quid aliud appellandus est, quam deceptor,
 bilinguis, malus, & propterea stultus? Sed non
 erat tam versutus Epicurus, vt fallendi studio
 ista loqueretur, cum hæc scriptis ad eternam me-
 moriam consignaret: sed ignorantia veritatis
 errauit. Indoctus enim à principio verisimilitu-
 dine vnus false sententiæ, necessario in ea, que
 sequerentur, incurrit. Prima enim sententia fuit,
 iram Deo non conuenire. Quod cum illi verum,
 & inexpugnabile videretur, non poterat conse-
 quentia refecare: quia vno affectu amputato,
 etiam ceteros affectus adimere Deo necessitas
 ipsa cogebat. Ita qui non irascitur, vtique nec
 gratia mouetur, quod est ira contrarium. Tam si
 non ira in eo, nec gratia est, vtique nec metus,
 nec letitia, nec mæror, nec misericordia. Vna est
 enim ratio cunctis affectibus, vna commotio, que
 in Deum cadere non potest. Quod si nullus affe-
 ctus in Deo est, quia quicquid afficitur, imbecil-
 lum est: ergo nec cura vllius rei, nec prouidentia
 est in eo. Hucusque peruenit sapientis hominis
 disputatio: cetera, que sequuntur, obtulit, scilicet,
 quia nec cura sit in eo, nec prouidentia: ergo
 nec cogitationem aliquam, nec sensum in eo esse
 vllum:

illum: quo efficitur, ut non sit omnino. Itaque cum gradatim descendisset, in extremo gradu constitit, quia iam precipitium videbat. Sed quid prodest retinuisse, ac periculum dissimulasse? Necessitas illum vel mundum cadere coegit. Dixit enim, quod noluit: quia argumentum sic ordinavit, ut ad illud, quod euitabat, necessario deveniret. Vides igitur quò perueniatur, ira sublata, & Deo adempta. Denique aut nullus id credit, aut admodum pauci, & quidem scelerati ac mali, qui sperant peccatis suis impunitatem. Quòd si & hoc falsum inuenitur, nec iram in Deo esse, nec gratiam, veniamus ad illud, quod tertio loco positum est.

De Deo Stoicorum sententia: de ira & gratia eius.

CAP. V.

EXistimantur Stoici, & alij nonnulli, aliquanto melius de diuinitate sensisse, qui aiunt, gratiam in Deo esse, iram non esse. Favorabilis ac popularis oratio, non cadere in Deum iane animi pusillitatem, ut ab illo se laesum putet, qui laedi non potest: ut quieta illa, & sancta maiestas concitetur, perturbetur, insanat: quod est terrene fragilitatis. iram enim, commotionem mentis esse ac perturbationem, que sit à Deo aliena. Quòd si hominem quoque, qui modò sit sapiens, & grauis, ira non deceat (si quidem, cum in animum cuiusquam incidit, velut sana tempestas tantos excitet fluctus, ut statum mentis

Q 5 immo

immutet, ardescant oculi, os tremat, lingua titu-
 bet, dentes concrepent, alternis vultum macu-
 let, nunc suffusus rubor, nunc pallor albescens
 quanto magis Deum non deceat tanta muta-
 tio? Et si homo, qui habet imperium ac pote-
 statem, latè noceat per iram, sanguinem fundat,
 vrbes subuertat, populos deleat, prouincias ad
 solitudinem redigat: quanto magis Deum, qui
 habeat totius generis humani, & ipsius mundi
 potestatem, perditurum fuisse vniuersa credi-
 bile sit, si irasceretur? Absesse igitur ab eo tam
 magnum, tam perniciosum malum oportere. Et
 si absit ab eo ira, & concitatio, quia & defor-
 mis, & noxia est. nec cuiquam male facit: nihil
 aliud superest, nisi vt sit lenis, tranquillus, pro-
 pitius, beneficus, conseruator. Ita enim demum
 & communis omnium pater, & optimus, &
 verè maximus dici poterit: quod expetit diui-
 na, celestiq; natura. Nam si inter homines lau-
 dabile videtur, prodesse potius, quàm nocere:
 viuificare, quàm occidere: saluare, quàm per-
 dere, (nec immerito innocentia inter virtu-
 tes numeratur) & qui hæc fecerit diliguntur,
 præfertur, honoratur, bene dictis omnibus, vo-
 tiq; celebratur, denique ob merita, & bene-
 ficia Deo simillimus iudicatur: quanto magis
 ipsum Deum par est diuinis, perfectiq; virtu-
 tibus præcellentem, atque ab omni terrena li-
 be sumnotum, diuinis, & celestibus beneficijs
 omne genus hominum promereri? Speciosè ista
 popul

populariterq; dicuntur, & multos illiciuunt ad credendum. Sed qui haec sentiunt, ad veritatem quidem propius accedunt: sed in parte labuntur, naturam rei parum considerantes. Nam si Deus non irascitur impijs, & iniustis, nec pios vtique, iustosq; diligit: Ergo constantior est error illorum, qui & iram simul, & iracundiam tollunt. In rebus enim diuersis aut in vtraque partem moueri necesse est, aut in neutram. Itaque qui bonos diligit, & malos odit: & qui malos non odit, nec bonos diligit: quia & diligere bonos, ex odio malorum venit: & malos odisse, ex bonorum charitate descendit. Nemo est, qui amet vitam suam sine odio mortis, nec appetat lucem, nisi qui tenebras fugit. Adeo natura ista connexa sunt, vt alterum sine altero si rursus inueniat. Si quis dominus habens in familia seruos, bonum ac malum, non vtique aut ambos odit, aut ambos beneficis, & honore prosequitur: quod si faciet, & iniquus, & stultus est: sed bonum & alloquitur amice, & ornat, & domui ac familiae, suisq; omnibus rebus praeficit: malum vero maledictis, verberibus, nuditate, famosis, compedibus punit: vt & hic exemplo ceteris sit ad non peccandum, & ille ad promouendum: vt alios metus coerceat, alios honor prouocet. Qui ergo diligit, & odit: & qui odit, & diligit: sunt enim, qui diligi debeant, sunt qui odio haberi. Et sicut is, qui diligit, confert bona in eos, quos diligit: ita qui odit, ir-

rogas

rogat mala quae, quos odio habet. Quod argumen-
tum, quia verum est, dissolui nullo pacto potest.
Vana ergo et falsa est sententia eorum, qui al-
terum Deo tribuunt, alterum detrabunt, non mi-
nime quam illorum qui utrumque. Sed illi (ut osten-
dimus) ex parte non errant, sed id, quod melius
est ex duobus, retinent. Si vero, quos ratio, et ve-
ritas argumenti huius inducit, falsa omnino sen-
tentia suscepta, in maximum errorem cadunt.
Non enim sic oportebat eos argumentari: Quia
Deus non irascitur, ergo nec gratia commouetur,
sed ita: Quia Deus gratia mouetur, ergo et ira-
scitur. Si enim certum, et indubitatum fuisset,
non irasci Deum, tunc et ad illud alterum ve-
niri, esset necesse. Cum autem magis sit ambiguum
de ira, penes manifestum de gratia, absurdum est,
ex incerto certum velle subvertere, cum sit prom-
ptius, de certis incerta firmare.

Quod Deus irascatur. CAP. VI.

Hae sunt de Deo philosophorum senten-
tiae. Aliud praeterea nihil quisquam di-
xit. Quod si haec quae dicta sunt, falsa esse depre-
hendemus, unum illud extremum superest, in quo
solum potest veritas inueniri: quod a philosophis
nec susceptum est unquam, nec aliquando de-
fensum: cose quens esse, ut irascatur Deus, quo-
uiam gratia commouetur. Hec tuenda nobis, et
asserenda sententia est. In ea enim summa omnis
ratio, et cardo religionis, pietatisque versatur.
Nam neque honos ullus deberi potest Deo, si
nihil

nihil praestat colenti: nec ullus metus, si non irascitur non colenti.

De hoie, & brutis, & religione. CAP. VII:

Cum saepe Philosophi per ignorantiam veritatis à ratione desciverint, atq; in errores inciderint inextricabiles (id enim solet his evenire, quod viatori viâ nescienti, et nō scilicet se ignorare, ut vagetur, dum percontari obuios erubescit) illud tamen nullus Philosophus asseruit unquam, nihil inter hominem, & pecudem interesse: nec omnino quisquā, modo qui sapiens videri vellet, rationale animal cum mutis, & irrationabilibus coequauerit: quod faciūt quidam imperiti, atq; ipsis pecudibus similes: qui cum vtri ac voluptati se velint tradere, aiunt eadem ratione se natos, qua vniuersa, que spirant: quod dici ab homine nefas est. Quis enim tam indoctus est, ut nesciat? qui tam imprudens, ut non sentiat aliquid inesse in homine diuini? Nondum venio ad virtutes animi, & ingenij, quibus homini cum Deo manifesta cognatio est. Nonne ipsius corporis status, & oris figura declarat non esse nos cum mutis pecudibus aequales? Illarum iura in humum, pabulumq; prostrata est, nec habet quicquā commune cum celo, quod nō intuetur. Homo autem recto statu, ore sublimi, ad contemplationem mundi excitatus, confert cum Deo vultū, & ratione ratio cognoscit. Propterea nullū est animal (ut ait Cicerō) praeter hominem, quod habeat aliquā notitiam

tiam Dei. Solus enim sapientia instructus est, ut religionem solus intelligat. Et hæc est homini, atq; mutorum vel precipua, vel sola distantia. Nam cetera, quæ videntur hominis esse propria, etsi non sint talia in multis. tamen similia videri possunt. Proprius homini sermo est: tamen & in illis quedam similitudo sermonis. Nam et agnoscunt inimicem se vocibus, & cum irascuntur, edunt sonum iurgio similem: & cum se exiiteruallo vident, gratulandi officium voce decantant. Nobis quidem voces eorum videntur incondita, sicut illis fortasse nostræ. sed ipsis, qui se intelligunt, verba sunt: deniq; in omni affectu certas vocis notas exprimunt, quibus habitum mentis ostendant. Risus quoq; est homini proprius: & tamen videmus in alijs animalibus quedam signa lætitiæ, cum ad lusum gestiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem sereniunt, oculos in læsciam resoluunt. Quid tam proprium homini, quàm ratio, & providentia futuri? Atqui sunt animalia, quæ latibulis suis diuersos, & plures exitus pandunt: ut si quod periculum incidem, fuga pateat obsessis: quoniam non facerent, nisi ineff. t. illis intelligentia, & cogitatio. Alia provident in futurum, ut

Ingent in fornice sarris aceruum
Comportant, hyemis memor. s. lectoq; repo-
nunt. Vt apes,
Quæ patriam sola, & certos nouere penates
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem

Exper

Experiantur, & in medium quæſita reponunt.
 Longum eſt, ſi exequi velim, quæ à ſingulis gen-
 eribus animalium fieri ſoleat humane ſolertiae
 ſimiliſſima. Quod ſi horum omnium, quæ adſcribi ho-
 mini ſolent, in multis quoque deprehenditur ſimi-
 litudo: apparet ſolam eſſe religionem, cuius in mu-
 tis nec veſtigium aliquod, nec ulla ſufficio inue-
 niri poteſt. Religionis enim eſt propria iuſtitia,
 quam nullum aliud animal attingit. Homo enim
 ſolus imperat: cætera ſibi conciliata ſunt. Iuſtitia
 autem Dei cultus adſcribitur: quæ qui non ſuſci-
 pit, hic à natura hominis alienus vitam pecudum
 ſub humana ſpecie vivit. Cùm verò à cæteris ani-
 malibus hoc penè ſolo differamus, quòd ſoli o-
 mnium divinam vim poteſtatemque ſentimus, in
 illis autem nullus ſit intellectus Dei, certè illud
 fieri non poteſt, ut in hoc vel muſa plus ſapiant,
 vel humana natura deſipiat: cùm homini ob ſa-
 pientiam, & cuncta quæ ſpirant, & omnis re-
 rum natura ſubiecta ſit. Quare ſi ratio, ſi vis ho-
 minis hoc præcellit & ſuperat cæteras animan-
 tes, quòd ſolus notitiam Dei capit, apparet reli-
 gionem nullo modo poſſe diſſolvi.

De religioni.

CAP. VIII.

Diſſolvitur autem religio, ſi credamus Epi-
 curo, illa dicenti:

Omnis enim per ſe divinum natura necesse eſt
 Immortali auro ſumma cum pace fruatur

ſemota à noſtris rebus, ſerenuctaque longè.

Iam privata dolore omni, privata periculis,
 Iſſa

Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri,
 Nec bene pro meritis capitur, nec tægitur ira.
 Quæ cum dicit, virum aliquem cultum Deo pu-
 tat esse tribuendū, an evertit omnē religionem?
 Si enim Deus nihil unquā boni tribuit, si cælestis
 obsequio nullam gratiā refert, quid tam vanū,
 tam stultū, quā tēpla edificare, sacrificia facere,
 dona cōferre, rem familiarem minuere, ut nihil
 assequamur? At enim naturā excellentē bono
 rari oportet. Quis honos deberi potest nihil curā-
 ti, & ingrato? An aliqua ratione obstricti esse
 possumus ei, qui nihil habeat cōmune nobiscū?
 Deus (inquit Cui ero) si talis est, ut nulla gratia,
 nulla hominū charitate teneatur, valeat. Quā
 enim dicā, propitiū sit? Esse enim propitiū po-
 test nemini. Quid contempniū dici potuit in
 Deum? Valeat, inquit, id est, abeat, & recedat,
 quando prodesse nulli potest. Quod si negotium
 Deus nec habet, nec exhibet, cur nō ergo delin-
 quamus, quoties hominū conscientiam fallere li-
 cebit, ac leges publicas circumscribere? Vbiunq;
 nobis latendi occasio arripserit, consulamus rei,
 auferamus aliena vel sine cruore, vel etiam cum
 sanguine: si præter leges nihil est amplius, quod
 verendum sit. Hæc dum sentit Epicurus, religio-
 nem funditus delet: qua sublata, cōfusio, ac per-
 turbatio vitæ sequitur. Quod si religio tolli non
 potest, ut & sapientiam, qua distamus à bellis
 & iniustitiā retineamus, qua cōmuni vitæ su-
 tior: quomodo religio ipsa sine motu teneri, aut
 custodi

custodiri potest? Quod enim non metuitur, con-
temnitur; quod contemnitur, utiq; concolitur.
Ita fit, ut religio, maiestas, & honor metu
constet: metus autem non est, ubi nullus trahitur.
Sive igitur gratia Deo, siue ira, siue utrun-
que detraxeris, religionem tolli necesse est, siue
qua, vita hominum stultitia, scelere, immanita-
te completur. Multum enim repugnat homines
conscientia, si credamus nos in conspectu Dei
vivere, si non tantum que gerimus, videri desu-
per, sed etiam que cogitamus, aut loquimur, au-
diri a Deo putemus. At enim prodest id credere
(ut quidam putant) non veritatis gratia, sed
utilitatis: quoniam leges conscientiam punire
non possunt, nisi aliquis desuper terror impedit
ad cohibenda peccata. Falsa est igitur omnis re-
ligio, & diuinitas nulla est. Sed a viris pruden-
tibus vniuersa confecta sunt, quò rectius, inno-
centiusq; vivatur. Magna hac, & a materia,
quam proposuimus, aliena questio est: sed quia
necessario incidit, debet quam breuiter attingi.

De Dei providentia, deq; sententiis illi re-
pugnantibus.

CAP. IX.

Cum sententia philosophorum prioris tem-
poris de providentia consensissent, nec vlla
esset dubitatio, quin mundus a Deo, & ratione
esset instructus, & ratione regeretur: primus
omnium Protagoras exitit temporibus Socratis,
qui sibi diceret non liquere, virum esset aliqua di-
uinitas, nec ne. Quæ desputatio eius adeo impia,

R

☉

& contra veritatem, & religionem iudicata
 est, ut & ipsum Athenienses expulerint sui fini-
 bus, & libros eius in concione, quibus hæc con-
 sinebantur, exusserint. De cuius sententia non
 est opus disputare, quia nihil certi pronuntiavit.
 Post hæc Socrates, & auditor eius Plato, & qui
 de schola Platonis, tãquã rivuli diversas in par-
 tes profluxerunt, Stoici, & Peripatetici in eadem
 fuere sententia, qua priores. Postea virò Epicu-
 rus Deum quidem esse dixit, quia necesse sit esse
 aliquid in mundo prædians, & omnium, &
 beatum: providentiam tamen nullam: itaq; mun-
 dum ipsum nec ratione vlla, nec arte, nec fabrica
 instructum, sed naturam rerum quibusdam mi-
 nutis seminibus & infecabilibus conglobatam.
 Quo quid repugnantius dici possit, non video.
 Etenim, si est Deus, utiq; providens est, ut Deus:
 nec aliter ei potest divinitas attribui, nisi &
 præterita teneat, & præsentia sciat, & futura
 prospiciat. Cùm igitur providentiã sustulit, eundem
 Deum negavit esse. Cùm autem Deum esse pro-
 fessus est, & providentiam simul esse concessit.
 Alterum enim sine altero nec esse profus, nec
 intelligi potest. Verùm is postea reperibus, qui-
 bus iam philosophia destituerat, extitit^k Athe-
 nis quidam Diagoras, qui nullum esse omnino
 Deum diceret: ob eamq; sententiam nomina-
 tus est & ἄθεός. Item Cyrenæus Theodorus, am-
 bo, quia nihil novi poterant reperire, omnibus
 iam dictis, & inventis, maluerunt contraveni-
 rent

* Merino
 quidam

tatē id negare, in quo priores uniuersi sine ambiguitate consenserant. Et sunt qui tot seculis, et ingenijs assertam atq; defensam providentiam calumniati sunt. Quid ergo utrumne istos minutos, et inertes philosophos ratione, an verū autoritate prestantium virorum refellemus? an potius utroque? Sed properandum est, ne longius a materia diuagetur oratio.

De mundi ortu, & rerum natura, & Dei providentia.

C A P . X

Qui nolunt diuina providentia factum esse mundum, aut principijs inter se temerē roentibus dicūt esse concretū, aut repentē naturā extitisse: naturam verō (ut ait. Strabō) habere in se vim gignendi, et minuendi: sed eam nec sensum habere vllum, nec figuram: ut intelligamus, omnia quasi sua spē esse generata, nullo artifice, nec autore. Virumq; vanū et impossibile. Sed hoc euenit ignorantibus veritatem, ut quidvis potius excogitet, quā id sentiant, quod ratio deposcit. Primum minuta illa semina, quorum concursu fortuito rerum coisse mundum loquuntur, ubi, aut vnde sint quero. Quis illa vidit unquā? quis sensit? quis audiuit? An solus Lenciippus oculos habuit? solus mentē? qui profecto solus omnium cecus, et excors fuit, qui ea loque retur, que nec ager quisquam delirare, nec dormiens possit somniare. Quatuor elementis cōstare omnia Philosophi veteres dissebant: ille novit, ne alienis vestigijs videretur insistere: sed

R. 2

ipso

ipsorum elementorū alia voluit esse primordia,
 quæ nec videri possunt, nec tāgi, nec vlla corporis
 parte sentiri. Tam minuta sunt, inquit, vt nulli
 sit acies ferri tam subtilis, qua secari ac diuidi
 possint: vnde illis nomen imposuit atomorū. Sed
 occurrebat ei, quod si vna esset omnibus, eadeq;
 natura, non possent res efficere diuersas, tanta
 varietate, quanta videmus inesse mundo. Dixit
 ergo, leuia esse, & aspera, & rotunda, & angu-
 lata, & hamata. Quanto melius fuerat tacere,
 quam in vsus tā miserabiles, tā inanes, habere
 linguam. Et quidem vereor, ne non minus deli-
 rare videatur, qui hæc putet refellenda. Respon-
 deamus tamē vult aliquid dicēti. Si leuia sunt
 & rotunda, utiq; non possunt inuicem se appre-
 hendere, vt aliquod corpus efficiāt: vt si quis mi-
 lium velit in vnam coagmentationē constrin-
 gere, leuitudo ipsa granorū in massam coire, nō
 sinat. Aspera, inquit, & angulata sunt, & ha-
 mata, vt possint coherere. Diuidua ergo, & se-
 cabilia sunt. Hamis enim necesse est, & angulis
 eminere, vt possint amputari. Itaque quod am-
 putari, ac diuelli potest, & videri poterit, &
 teneri. Hæc, inquit, per inane irrequietis moti-
 bus volitat, & huc, atq; illuc fertur: sicut pulue-
 ris minutias videmus in sole, cum per fenestram
 radios ac lumen immiserit. Ex his arbores, &
 herba, & fruges omnes oriūtur, ex his animalia
 & aqua, & ignis, & vniuersa gignuntur, &
 rursus in eadem resoluuntur. Ferri hoc potest,
 quana

quādiu de rebus paruis agitur. Ex his enim mundus ipse concretus est. Impleuit numerū perfecta infans, ut nihil ulterius adijci posset: sed inuenit tamen ille quid adderet. Quoniā est omne, inquit, infinitum, nec potest quicquam vacare: necesse est ergo innumerabiles esse mundos. Quae tanta vis fuerat atomorū, ut moles tam inastimabiles ex tam minutis conglobarentur? Ac primum requiro, quae sit istorū seminum vel ratio, vel origo: si enim ex illis sunt omnia, ipsa igitur unde esse dicemus? quae natura tanta copia ad efficiendos innumerabiles mundos subministravit? Sed concedamus, ut impune de mundis delirauerit: de hoc loquamur, in quo sumus, & quem videmus. Ait, omnia ex individuū corpusculis fieri. Si hoc ita esset, nulla res unquā sui generis semine indigeret, sine ouis alites nascerentur, ac ova sine partu: itē cetera uiuentia sine coitu: arbores, & quae gignuntur è terra, propria semina non haberent: quae nos quotidie tractamus, & serimus. Cur ex frumento seges nascitur, & rursus ex segete frumentum? Deniq; si atomorum coitio, & cōglobatio efficeret omnia, & in aere uniuersa concretescerent: siquidem per inane atomi volitant, cur sine terra sine radicibus, sine humore, sine semine, non herba, nō arbor, non fruges oriri, aut generari possunt? Unde apparet, nihil ex atomis fieri: quandoquidem unaquaq; res habet propriam, certamq; naturam, suum semē, suam legem ab excordio datam.

Deniq; Lucretium quasi oblitus atomorum, quos
 affererat, ut redargueret, eos, qui dicunt ex ni-
 hilo fieri omnia, his, argumentis usus est, quae con-
 tra ipsum valerent. sic enim dixit:

Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
 Omne genus nasci posset: nil semine egeret.

Item postea:

Nil igitur fieri de nihilo posse fatendum est:
 Semine quādo opus est reb⁹, quo quaeq; creata

Aeris in teneras possit proferrier auras.

Quis hunc putat habuisse cerebrū, cum haec dice-
 ret, nec videret sibi esse contraria? Nihil enim per
 atomos fieri exinde apparet, quod semen cuiusq;
 rei certū est, nisi forte & ignis, & aqua natura
 ex atomis esse credemus. Quid, quod durissimi
 rigorū materia, si iectu vehementiore collidantur,
 ignis excutitur? Num in ferro, aut silice atomi
 latent? Quis inclusi? Aut cur sua spē nō emi-
 cant, aut quomodo semina ignis in materia fugi-
 disima permanere potuerit? Omitto silicem, ac
 ferrum. Orbem vitreū plenum aquae si tenueris
 in sole, de lumine, quod ab aqua resulget, ignis
 accenditur, etiam in durissimo frigore. Num
 etiam in aqua ignem esse credendum est? Atqui
 de sole ignis ne estate quidem accendi potest. Si
 cere in halaueris, vel si vapor leuis aliqua ita
 gerit, aut crustam marmoris, aut laminam, pau-
 latim per minutissimos rores aqua concreuit.
 Item de halitu terrae, aut maris nebula exiit:
 quae aut dispersa humefacit quicquid texerit,
 aut

ant collecta, in arduos montes in sublime vento
 rapta, stipatur in nubem, atq; inibres maximos
 deij. it. Vbi ergo dicimus liquores uatos esse? num
 in uapore? num in halitu? num in uento? At-
 qui nihil potest consistere in eo, quod nec tangi-
 tur, nec uideat. Quid ergo de animilibus lo-
 quar, in quoru corporibus nihil sine ratione, sine
 ordine, sine utilitate, sine specie figura um uide-
 mus? Adeo ut solertissima, ac diligentissima
 omnium partiu membrorumq; descriptio casum, ac
 fortunam repellat. Sed patemus, artus, & ossa, &
 neruos, et sanguinem de atomis posse concreste-
 re: quid sensus, cogitatio; memoria, mens, inge-
 nium, quibus seminibus cognoscari possunt? mi-
 nutissimis, inquit. Sunt ergo alia maiora. Quo-
 modo igitur inscabilia? Deniq; si ex inuisibili-
 bus sunt, que uidentur, cur igitur nemo uidet?
 Sed siue inuisibilia que sunt in homine confide-
 ret, siue tractabilia. que ueniunt sub affectum,
 ratione utraq; constare quis non uidet? Quo mo-
 do ergo sine ratione coeuntia possunt aliquid ef-
 ficere rationale? Videmus enim nihil esse in omni
 mundo, quod non habeat in se in uicinatam mira-
 bilenq; rationem. Que qui a supra hominis sen-
 sum, & ingenium est, cui rectius, quam diuine
 prouidentie tribuenda est? An si simulacrum homi-
 nis, & statuam ratio, & ars si igit, ipsam homi-
 nem de frustu temere cocurrentibus fieri putabi-
 mus? Et quid simile ueritatis in ficto, cum sum-
 ma, et excellēs artificiu nihil aliud, nisi umbra,

Et extrema corporis lineamenta possit imitari?
 num potuit humana solertia dare operi suo, aut
 motum aliquem, aut sensum? Omitto usum vi-
 dendi, audiendi, odorandi, ceterorumq; membro-
 rum vel apparentium, vel latentium mirabiles
 utilitates. Quis artifex potuit aut cor hominis,
 aut vocem, aut ipsam fabricare sapientiã? Quis-
 quãme igitur sanus existimat, quod homo rati-
 one, et consilio facere non possit, id cõcursu ato-
 morum passim coherentium perfici potuisse? Vi-
 des in qua deliramenta inciderint, dum volunt
 effectum, curamq; rerum Deo dare. Conceda-
 mus tamen his, ut ex atomis fiant, quæ terrena
 sunt: num etiã caelestia? Deos aiunt incorruptos,
 aternos, beatos esse, solisq; dat immunitatem, ne
 concursu atomorum concreti esse videantur. Si
 enim deos quoq; ex illis constituissem, dissipabi-
 les fierent, seminibus aliquando resoluti, atq; in
 naturam suam reuertẽibus. Ergo si est aliquid,
 quod atomi non effecerint, cur non cetera eodem
 modo intelligamus? Sed quero, antè quàm mũ-
 dum primordia ista generarent, cur sibi dũ ha-
 bitaculum non edificauerunt? Videlicet, nisi
 atomi coisset, celumq; fecissent, adhuc dũ per
 medium in aere penderent. Quo igitur consilio,
 qua ratione de confuso acriuo se atomi congre-
 gauerunt, ut ex alijs inferius terræ cõglobaren-
 tur, calum desuper tenderetur, tanta siderum
 varietate distinctum, ut nihil unquam excogi-
 tari possit ornatius? Tanta ergo qui videas, et
 talia,

talia, potest excelsitate, nullo effecta esse consi-
 lio, nulla providentia, nulla ratione divina, sed ex
 atomis subtilibus & exiguis concreta esse tanta
 miracula? Nonne prodigio simile est, aut natum
 esse hominem, qui hæc diceret, aut extitisse, qui
 crederet? ut Democritum, qui auditor eius fuit,
 vel Epicurum, in quem vanitas omnis de Leu-
 sippi fonte profuxit. At enim (sicut alij dicunt)
 naturâ mundus effectus est, quæ sensu, & figura
 caret. Hoc verò multò est absurdus. Si natura
 mundum fecit, consilio, & ratione fecerit, necesse
 est. Is enim facit aliquid, qui aut voluntatē fa-
 ciendi habet, aut scienciam. Si caret sensu, ac fi-
 gura, quomodo potest ab ea fieri, quod & sen-
 sum habeat, & figuram? Nisi fortè quis arbitre-
 tur, animalium fabricam tam subtiliter à non
 sentiēte natura formati, animariq; potuisse, aut
 istam celi speciem tam providenter ad utilitates
 viventiū temperatam, nescio quo casu, sine con-
 ditore, sine artifice, subito extitisse. Si quid est,
 inquit Chrysippus, quod efficiat ea, quæ homo, li-
 cet ratione sit præditus, facere non possit, id pro-
 fectò, est manus, & fortius, & sapientius l. omni-
 ne. Homo autem non potest facere celestia: ergo
 illud, quod hæc efficiet, vel effecerit, superat ho-
 minem arte, consilio, prudentia, potestate. Quis
 igitur potest esse, nisi Deus? Natura verò, quam
 veluti matrem esse rerum putant, si mētē non
 habet, nihil efficiet unquam, nihil molietur. Vbi
 enim non est cogitatio, nec motus est ullus, nec

efficacia. Si autem consilio vitur ad incipien-
 dum aliquid, ratione ad disponendum, arte ad
 efficiendum, virtute ad consummandū, potestate
 ad regendum & continendum, cur Natura po-
 tius quā Deus nominetur? Aut si concursus
 atomorum, vel carens mente natura, ea, que vi-
 demus, effecit, quare, cur facere cælum potuerit,
 & urbem, aut domum non potuerit? Cur miles
 marmoris fecerit, columnas, & simulacra non
 fecerit? Atqui potuerunt atomi etiam ad hac
 efficienda concurrere, siquidē nullam positionem
 relinquunt, quam non experiantur. Nam de na-
 tura, que mentem non habeat, non est miran-
 dum, quod hac facere oblita sit. Quid ergo est?
 Vtiq; Deus, cum inchoaret hoc opus mundi, quo
 nihil potest esse nec dispositius ad ordinem, nec
 aptius ad utilitatem, nec ornatius ad pulchritu-
 dinem, nec maius ad molem, que fieri ab homi-
 ne non poterant, fecit ipse, in quibus etiam homi-
 nem ipsum, cui particulam de sua sapientia de-
 dit, & instruxit eum ratione, quantum fragili-
 tas terrina cupiebat, ut ipse sibi efficeret, que in-
 usus suos essent necessaria. Si verò in huius mu-
 di (ut ita dixerim) Republica nulla providentia
 est que regat, nullus Deus qui administret, nec
 omnino si sensus ullus in hac rerum natura pollet:
 unde igitur mens humana tam solers, tam in-
 telligens orta esse crederetur? Si enim corpus ho-
 minis ex humo factum est, unde nomen accep-
 pit: animus ergo, qui sapit, rector est corporis, cui
 membr

membra obsequuntur tanquam regi, & impera-
 tori, qui nec aspici, nec comprehendi potest, non
 potuit ad hominē nisi à sapienti natura perue-
 nire. Sed sicut omne corpus mens, & animus
 gubernat, ita & mundum Deus. Nec enim ve-
 rissimile est, ut minora, & humilia regimen ha-
 beant: maiora, & summa non habeant. Deniq;
 M. Cicero in Tusculanis, & in consolatione, Ani-
 morum, inquit, nulla in terris origo inueniri po-
 test. Nihil est, inquit, in animis mixtum, atque
 concretum, aut quod ex terra natū, atq; factum
 esse videatur, nihilq; humidum, aut stabile, aut
 igneum. His enim innatū nihil inest, quod vim
 memoriae, mentis, cogitationis habeat, quo &
 praeterita teneat, & futura provideat, & com-
 plecti possit praesentia, quae sola diuina sunt. Nec
 enim inueniuntur unquam, unde ad hominem
 venire possint, nisi à Deo. Exceptis igitur duo-
 bus, tribus ve calumniatoribus vanis, cum con-
 stet diuina providentia mundum regi, sicut &
 factus est, nec sit quisquam, qui Diagore, Theo-
 doriq; sententiam, vel Leucippi inane commen-
 tum, vel Democriti, Epicuriq; leuitatem pre-
 ferre audeat autoritati vel illorum septem prio-
 rum, qui sunt appellati sapientes, vel Pythago-
 re, vel Socratis, vel Platonis, ceterorumq; sum-
 morum Philosophorū, qui esse providentiam in-
 dicauerunt: falsa igitur est & illa sententia, qua
 putant terroris, ac metus gratia religionē à sa-
 pientibus institutam, quo se homines imperiti à
 peccatis

peccatis abstinerent. Quod si verum sit, ergo derisi ab antiquis sapientibus sumus. Quod si fallendi nostri, atque adeo totius generis humani causa commentum sunt religionem, sapientes igitur non fuerunt, quia in sapientem non cadit mendacium. Sed ut fuerint sapientes, quae tanta felicitas mentium, ut non tantummodo indocti, sed Platonem quoque, ac Socratem fallerent, & Pythagoram, Zenonem, Aristotelem, maximum sectarum principes tam facile deluderent? Est igitur diuina providentia, ut senserunt ij homines, quos nominavi, cuius vi ac potestate omnia quae videmus, & facta sunt, & reguntur. Nec enim tanta rerum magnitudo, tanta dispositio, tanta in seruandis ordinibus, temporibusque constantia, aut olim potuit sine prouido artifice oriri, aut constare tot seculis sine incola potenti, aut in perpetuum gubernari sine peritorectore, quod ratio ipsa declarat. Quicquid est enim quod habet rationem, ratione sit ortum, necesse est. Ratio autem, sentiens, sapientisque natura est: sapiens vero, sentiensque natura, nihil potest esse, quam Deus. Mundus autem, quoniam rationem habet, quae & regitur, & constat, ergo a Deo factus est. Quod si est conditor, rectorque mundi Deus, recte igitur, ac verè religio constituta est: auctori enim rerum, parentique communi honos, veneratioque debetur.

De

De Deo, eaq; vno. CAP. XI.

Quoniam constitit de providentia, sequitur ut doceamus, utrumne multorum esse credenda sit, an potius vnius. Satis (ut opinor) ostendimus in nostris Institutionibus, deos multos esse non posse, quod divina vis, ac potestas si distribuatur in plures, diminuitur utiq; & mortalis est: si vero mortalis non est, nec minus, nec dividi potest. Deus igitur vnius est, in quo vis, & potestas consummata est, nec minus potest, nec augeti. Si autem sunt multi, dum habent singuli potestatis aliquid, ac numinis, summa ipsa decrevit, nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum pluribus: unicuique tantum deerit, quantum ceteri possidebunt. Non possunt igitur in hoc mundo multi esse rectores, nec in una domo multi domini, nec in navi una multi gubernatores, nec in armento, aut grege duces multi, nec in vno examine multi reges: sed nec in celo quidem multi soles esse poterant, sicut nec anime plures in vno corpore, adeo in unitate natura vniuersa consentit. Quod si mundum

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus

Mæs agitât molè, et magno se corpore miscet:
 apparet testimonio poëtae, vnum esse mundi habitatorem Deum: siquidem corpus omne nisi ab vna mente incolit, regi q; non potest. Omnem igitur divinam potestatem necesse est in vno esse, cuius nutu, & imperio regantur omnia, & ideo

tant

tantus est, ut ab homine non possit aut verbis
 enarrari, aut sensibus aestimari. Unde igitur ad
 homines opinio multorum Deorum persuasione
 peruenit? Nimirum ij omnes, qui coluntur ut dij,
 homines fuerunt, & ijdem primi, ac maximi re-
 ges: sed eos aut ob virtutē, quia profuerant ho-
 minū generi, diuinis honoribus affectos esse post
 mortem: aut ob beneficia, & inuenta, quibus
 humanam vitam excoluerāt, immortalem me-
 moriam consecutos, quis ignorat? Nec taurum
 mares, si d & feminas. Quod cum vetustissimi
 Græcia scriptores, quos illi theolōgus nūcupans,
 tum etiam Romani Græcos secuti, & imitati
 docent, quorum præcipuē Euhemerus, ac nosster
 Ennius, qui eorum omnium natales, coniugia,
 progenies, imperia, res gestas, obitus, simulacra
 demonstrat. Et secutus eos Tullius tertio de na-
 tura Deorum libro, dissoluit publicas religiones:
 sed tamen veram, quam ignorabat, nec ipse, nec
 alius quisquam potuit inducere. Ad eō & ipse
 testatus est, falsum quidem apparere, veritatem
 tamē latere. Vtinam, inquit, tam facile vera in-
 uenire possem, quā falsa cōvincere. Quod qui-
 dem non dissimulante, ut Academicus, sed ve-
 rē, atq; ex animi sentētia proclamauit: quia ve-
 ritas humanis sensibus erui non potest: quod af-
 sequi valuit humana prouidentia, id assequutus
 est, ut falsa detegeret. Quicquid enim fictum, &
 commentitium, quia nulla ratione subnixum
 est, facile dissoluitur. Inus est igitur prim-eps, &
 origo

De Romanis

origo rerum Deus, sicut Plato in Timæo et sensu, et docuit: cuius maiestatem tantam esse declarat, ut nec mente comprehēdi, nec lingua exprimi possit. Idem testatur Hermes, quæ Cicero ait in numero deorum apud Ægyptios haberi, cum, scilicet, qui ob virtutem, multarumq; artium scientia Trismegistus nominatus, et erat, non modo Platone, verum etiam Pythagora, septemq; illi sapientibus longè antiquior. Apud Xenophontem Socrates disputans ait, formam Dei non oportere conquiri. Et Plato in Legum libris: Quid omnino sit Deus, non esse querendum: quia nec inueniri possit, nec enarrari. Pythagoras quoq; unum Deum confitebatur, dicens incorporalem esse mentem, quæ per omnem rerum naturam diffusa, et intenta, vitam sensum cunctis animantibus tribuat. Antisthenes autem in Phisico, unum esse naturalem Deum dixit, quamvis gentes et vrbes sacra habeant populares. Eadem ferè et Aristoteles cum suis Peripatericis, et Zenon cum suis Stoicis. Longum est enim singulorum sententias exequi: qui licet diversis nominibus sint abusi, ad unam tamen potestatem, quæ mundum regeret, concurrunt. Sed tamen summum Deum cum et philosophi, et poëta, et ipsi deniq; qui deos colunt, sæpe fateantur: de cultu tamè, et honoribus eius nemo unquam requisivit, nemo dissonit, ea sciūcet persuasione, quæ semper beneficium, in corruptumq; credentes, nec trāsci eum cuiquam, nec

vlla

ullo cultu indigere arbitratur. Ad eò religio esse non potest, ubi metus nullus est.

De religione, & Dei timore. C A P. XII

Nunc quoniam respondimus impie quorundam, detestabiliq; imprudentiæ, vel potius amentia, redeamus ad propositum. Diximus, religione sublata, nec sapientiam tenui posse, nec iustitiam, cum diuinitatis intellectus, quo differimus à belluis, in homine solo reperitur: quia nisi cupiditates nostras Deus, qui falli non potest, coercuerit, sceleratè, impioq; uiuere-mus. Spectari ergo actus nostros à Deo, non modo quo ad utilitatem cõmunis vite attinet, sed etiam ad veritatem: quia religione, iustitiaq; detracta, vel ad stultitiam pecudum amissa ratione deuoluimur, vel ad bestiarum inhumanitatem: imò verò amplius: siquidem bestia sui generis anima'ibus parcunt. Quid erit homine truculentius, quid inhumanius, si dempto metu superiore, vim legum aut fallere potuerit, aut contemnere? Timor igitur Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem, per quem vita ipsa sustinetur, munitur, gubernatur. Is autem timor auferetur, si facit homini persuasè, quod ira sit experti Deus, quem moueri, & indignari non modo, cum iniusta sunt, communis utilitatis, sed etiam ratio ipsa, & veritas persuadet. Rursum nobis ad superiora redeundum est: ut quia docuimus à Deo factum esse mundum, doceamus quare sit effectus.

De mundi, & temporum commodo, & usu.

CAP. XIII.

SI consideret aliquis vniuersam mundi admi-
 nistrationem, intelliget profecto, quàm vera
 sit sententia Stoicorum, qui aiunt, nostram causam
 mundum esse constructum. Omnia enim, quibus
 constat, quæq; generat ex se mundus, ad utilita-
 tem hominis accommodata sunt. Homo utitur
 igni ad usum calefaciendi, & luminis, & co-
 quendorum ciborum, ferrisq; fabricandi: utitur
 fontibus ad potum, et ad lauacra, fluminibus ad
 agros irrigandos, terminandisq; regiones: uti-
 tur terræ ad percipiendam frugum^u varietatem,
 collibus ad conferenda vinea, montibus ad usum
 arborum, atq; lignorum, planis ad segetem: uti-
 tur mari non solum ad commercia, & copias ex
 longinquis regionibus ferendas, verum etiam ad
 vbertatem^v omnis generis piscium. Quod si his
 elementis utitur, quibus est proximus, non est
 dubium, quin & celo: quoniam & celestium
 rerum officia ad fertilitatem terræ, ex qua viuimus,
 temperata sunt. Sol irrequietis cursibus, &
 spatij inequalibus orbem annuos conficit, & aut
 oriens diem promit ad laborem, aut occidens no-
 ctem superducit ad quietem: & tum abscisso
 longius ad meridiem, tum accessu propius ad se-
 ptentrionem, hæmis, & æstatis vicissitudines
 facit: ut & hibernis humoribus ac pruinis in-
 vbertatem terra pinguescat, & æstiuis caloribus
 vel herbide fruges maturitate durentur, vel que
 sunt

sunt in humidis, incoëta, et fruescētā mitescant.
 Luna quoq; nocturni temporis gubernatrix, &
 amissi ac recepti luminis vicibus mensura spa-
 tia moderatur, & cecis tenebris horrentibus
 noctes fulgore sue claritatis illustrat, ut aestiva
 itinera, & expeditiones, & opera sine labore, ac
 molestia confici possint. siquidem

Nocte leues melius stipule, nocte arida prata
 Tondentur, noctis lenius non deficit humor,
 Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
 Peruigilat, ferroq; faces inspiciat acuto.

Astra etiam cetera vel ortu, vel occasu suo cer-
 tis stationibus opportunitates temporum plani
 subministrant. Sed & nauigijs, quo minus erra-
 bundo cursu per immensum vagentur, regimen
 præbent, cum ea ritè gubernator obseruans, ad
 portum destinati litoris prouehatur. Ventorum
 spiritu attrahuntur nubes, ut sala imbribus irri-
 gentur, ut vites fœtibus, arbuscula pomis exuber-
 rent. Et hæc per orbem vicibus exhibentur, ne
 desit aliquando, quo vita hominum sustineatur.
 At enim ceteras animantes eadem terra nutrit
 & eiusdem fœtu etiam muta pascuntur. Num
 etiam mutorum causa Deus laborauit? Minime:
 quia sunt rationis expertia. Sed intelligimus, &
 ipsa eodem modo ad usum hominis à Deo factis,
 partim ad cibos, partim ad vestitum, partim ad
 operis auxilia, ut clarum sit, diuinam prouiden-
 tiam rerum & copiarum abundantia hominum
 vitam insinuere atq; ornare voluisse: ob eamq;
 causam

causam & aërem volucris, & mare piscibus,
 & terram quadrupedibus implevit. Sed Aca-
 demici contra Stoicos differentes solent querere,
 cur, si Deus omnia hominum causa fecerit, etiam
 multa contraria, & inimica, & pestifera nobis
 reperiantur tam in mari, quàm in terra? Quod
 Stoici veritatem non respicientes ineptissime re-
 pulerunt. Aiunt enim multa esse in gignentibus,
 & in numero animalium, quorum lateat utili-
 tas, sed eam processu temporum inueniri, sicut
 iam plura prioribus seculis incognita necessitas
 et usus inuenierit. Quæ tandem utilitas potest in
 muribus, in blattis, in serpentibus reperiri, qua
 homini molesta & perniciofa sunt? An medici-
 na in his aliqua latet? Quæ si est, inuenietur ali-
 quando, nempe aduersus mala, cum id illi que-
 rantur esse omnino malum. Viperam ferunt exu-
 stam, in cineremq; dilapsam, mederi eiusdem be-
 stie morsui. Quanto melius fuerat eam prorsus
 non esse, quàm remedium contra se ab ipsa desi-
 derari! Breuius igitur, ac verius respondere po-
 tuerunt in hunc modum: Deus cum formasset
 hominem veluti simulacrum suum, quod erat
 diuini operis summum, inspirauit ei sapientiam
 soli, ut omnia imperio ac ditioni suæ subigeret,
 omnibusq; mundi commodis uteretur. Proposuit
 tamen ei & bona & mala, quia sapientiam de-
 dit, cuius omnis ratio in discernendis malis ac bo-
 nis posita est. Non potest enim quisquam eugere
 meliora, & scire quid bonum sit, nisi seiat simul

reijcere ac vitare quæ mala sunt. Inuicem enim sibi alterutrum connexa sunt, vt sublato alterutro, vtrunq; tolli sit necesse. Propositis igitur bonis malisq; tum demum opus suum peragit sapientia, et quidem bonum appetit ad vtilitatem, malum reijcit ad salutem. Ergo sicut bona innumera data sunt homini, quibus frui posset, sic etiam mala, quæ caueret. Nam si malum nullum sit, periculumq; nihil deniq; quod ledere hominem possit, tollitur omnis materia sapientia, nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in conspectu bonis, quid opus est cogitatione, intellectu, scientia, ratione? Quocumq; porrexerit manum, id nature aptum, & commodum sit: vt si quis velit apparatusissimam cœnam infantibus, qui nondum sapiant, apponere, vique id appetent singuli, quo vnumquemq; aut impetus, aut fames, aut etiam casus attraxerit: & quicquid sumpserint, id illis erit vtile ac salubre. Quid igitur nocebit, eos, sicuti sunt, permanere, & semper insantes ac nescios esse rerum? Si autem admisceas vel amara, vel inutilia, vel etiam venenata, decipiuntur vtiq; per ignorantiam boni ac mali, nisi accedat his sapientia, per quam habeat malorum reiectionem, bonorumq; delectum. Vides ergo, magis propter mala opus bonis esse sapientia: quæ nisi fuisset proposita, rationale animal non essemus. Quod si hæc ratio vera est, quomodo Stoici nullo modo videre poterunt, dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri

curi : Deus , inquit , aut vult tollere mala , &
 non potest : aut potest , & non vult : aut neque
 vult , neq; potest : aut & vult , & potest . Si vult ,
 & non potest , imbecillus est : quod in Deum non
 cadit . Si potest , & non vult , inuidus : quod æquè
 alienum à Deo . Si neq; vult , neq; potest , & in-
 uidus , & imbecillus est , ideoq; neque Deus . Si
 vult , & potest , quod solum Deo convenit , vnde
 ergo sunt mala ? Aut cur illa non tollit ? Scio ple-
 rosq; philosophorum , qui providentiam defen-
 dunt , hoc argumento perturbari solere , et inuitos
 penè adigi , ut Deum nihil curare fateantur : quod
 maxime querit Epicurus . Sed nos ratione per-
 specta , formidolosum hoc argumentum facile dis-
 solvimus . Deus enim potest , quicquid vult : &
 imbecillitas , vel invidia in Deo nulla est : po-
 test igitur mala tollere , sed non vult . Nec ideo
 tamen inuidus : idcirco enim non tollit , quia &
 sapientiam (sicut docui) simul tribuit , & plus
 boni , ac iucunditatis in sapientia , quàm in malis
 molestiæ . Sapientia etiam facit , ut etiam Deum
 cognoscamus , & per eam cognitionem immorta-
 litatem assequamur , quod est summum bonum .
 Itaq; nisi prius malum agnoscerimus , nec bonum
 poterimus agnoscere . Sed hoc non vidit Epicu-
 rus , nec alius quisquam : si tollantur mala , tolli
 priter sapientiam , nec vlla in homine virtutis
 remanere vestigia , cuius ratio sustinenda , &
 superanda malorum acerbitate consistit . Itaque
 propter exiguum compendium sublatorum ma-

lorum maximo. Et vero, et proprie nobis bono caremus. Constat igitur, omnia propter hominem profusa, tam mala, quam etiam bona.

De homine, eiusq; commodis. CAP. XIII.

Sequitur ut ostendam, cur fecerit hominem ipsum Deus: sicut mundum propter hominem machinatus est, ita ipsum propter se, tanquam divini templi antistitem, spectatorem operum rerumq; celestium. Solus est enim, qui sentiens, capaxq; rationi intelligere possit Deum, qui opera eius admirari, virtutem, potestatemq; perspicere. Idcirco enim consilio, mente, prudentia instructus est. Ideo solus preter ceteras animantes rectus corpore ac statu factus est, ut ad contemplationem parentis sui excitatus esse videatur. Ideo sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis interpretem, ut enarrare maiestatem Domini sui possit. Postremo idcirco ei cuncta subiecta sunt, ut factori, atque artifici Deo esset ipse subiectus. Si ergo Deus hominem suum voluit esse cultorem, ideoq; illi tantum honoris attribuit, ut rerum omnium dominaretur: utique iustissimum est et Deum colere, videlicet eum, qui tanta presterit, et amare hominem, qui sit nobiscum divini iuris societate coniunctus. Nec enim fas est, cultorem Dei à Dei cultore violari. Unde intelligitur, religionis, ac iustitie causa esse hominem figuratum. Cuius rei testis est M. Tullius in libro de legibus, ita dicens: Sed omnium, que in doctorum hominum disputatione
versas

versantur, nihil est profecto præstabilius, quam
plane intelligi, nos ad iustitiam esse natos. Quod
si est verissimum, Deus ergo vult omnes homines
esse iustos, id est, Deum, & hominem charos ha-
bere, Deum scilicet honorare tanquam patrem,
hominem diligere velut fratrem: in his enim
duobus tota iustitia consistit. Qui ergo aut Deum
non agnoscat, aut homini nocet, iniuste & con-
tra naturam suam vivit, & hoc modo rumpit
institutum, legemq; divinam.

De peccatis, Deo, & homine. CAP. XV.

Hic fortasse querat aliquis, unde ad homi-
nem peccata pervenerint, aut que pravi-
tas divini instituti regulam ad peiora detorserit,
ut cum sit ad iustitiam genitus, opera tamen ef-
ficiat iniusta. Iam superius explanavi, simul
Deum proposuisse bonum ac malum: & bonum
quidem diligere, ac malum, quod huic repugnat,
odisse: sed ideo malum permisisse, ut & bonum
emicaret, quod alterum sine altero (sicut sæpe
doctus) intelligimus constare non posse: denique
ipsum mundum ex duobus elementis repugnan-
tibus, & inuicem copulatis esse concretum, igneo
& humido: nec potuisse lucem fieri, nisi & tene-
bre fuissent: quia nec superum potest esse sine
infero, nec oriens sine occidente, nec calidum
sine frigido, nec molle sine duro. Sic & nos ex
duobus æque repugnantibus compacti sumus,
anima, & corpore: quorum alterum celo adscri-
bitur, quia tenne est, & intractabile: alterum

terra, quia comprehensibile est: alterum solidum, & æternum est: alterum fragile, atque mortale. Ergo alteri bonum adheret, alteri malum: alteri lux, vita, iustitia: alteri tenebra, mors, iniustitia. Hinc extitit in hominibus nature sue deprauatio, ut esset necesse constitui legem, qua possent & vitia prohiberi, & virtutis officia imperari. Cùm igitur sint in rebus humanis bona, & mala, quorum rationem declarari, necesse est, ad utranque partem moueri Deum, & ad gratiam, cùm iusta fieri videt: & ad iram, cùm cernit iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus, ac dicit: Si est in Deo Letitia affectus ad gratiam, & odij ad iram, necesse est habeat & timorem, & libidinem, & cupiditatem, cæterosq; affectus, qui sunt imbecillitatis humane. Non est necesse, ut timeat, qui irascitur: aut mæreat, qui gaudet: denique iracundi, minus timidi sunt: & naturale ti, minus mærent. Quid opus est de humanis affectibus dicere, quibus fragilitas nostra succumbit? Consideremus diuinam necessitatem: nolo enim naturam dicere, quia Deus noster nunquam creditur natus. Timoris effectus habet in homine materiam, in Deo non habet. Homo, quia multis casibus periculisq; subiectus est, metuit, ne qua vis maior existat, que illum verberet, spoliuet, laceret, affligat, interimat. Deus autem, in quem nec egestus, nec iniuria, nec dolor, nec mors cadit, timere nullo pacto potest: quia nihil est, quod ei vim possit inferre. Item libidinis

ratio

ratio in homine manifesta est. Nam quia fragilis, & mortalis est effectus, necesse fuit alterum sexum diversumq; constitui, cuius permissione soboles effici posset ad continendam generis perpetuitatem. Hæc autem libido in Deo locum non habet, quia & fragilitas, & interitus ab eo alienus est: nec ulla est apud eum sæmina, cuius possit copulatione gaudere: nec successione indiget, qui semper futurus est. Eadem de invidia, & cupiditate dici possunt, quæ certis, manifestisq; de causis in hominem cadunt, in Deum nullo modo. At verò & gratia, & ira, & miserratio habent in Deo materiam, rectiq; illis vitur summa illa & singularis potestas ad rerum conservationem.

De Deo, eiusq; ira, gratia, & affectibus.

CAP. XVI.

Quærit quispiam, quæ sit ista materia. Primum accedentibus malis afflicti homines ad Deum plerumque confugiunt, mitigant, obsecrant, credentes eum posse ab his iniurijs propulsare. Habet igitur causam miserandi: nec enim unum inimicus est hominum contemptor, ut auxilium laborantibus denegat. Item plurimi, quibus persuasum est, Deo placere iustitiam, eumq; qui dominus ac parens omnium, venerantur cum precibus assidue, ac frequentibus votis, dona & sacrificia offerunt, nomen eius laudibus profectantur, iusti ac bonis operibus demereri eum laborantes. Ergo est, propter quod Deus & possit,

sit, & debeat gratificari. Nam si nihil est tam
 conueniens Deo, quam beneficentia, nihil autem
 tam alienum, quam ut sit ingratus, necesse est,
 ut officijs optimorum, sancteque uiuentium præ-
 stet aliquid, ac vicem reddat, ne subeat ingrati
 culpam, quæ est etiam homini criminosa. Contra
 autem sunt alij facinorosi, & nefarii, qui libidi-
 nibus omnia polluant, cædibus vexent, fraudent,
 rapiant, peierent, nec consanguineis, nec paren-
 tibus parcant, leges, & ipsum etiam Deum ne-
 gligant. Habet igitur ira in Deo materiam. Non
 est enim fas, eum, cum talia fieri videat, non moue-
 ri, et insurgere ad uisionem sceleratorum, & pe-
 stiferos, nocentesque delere, ut bonis omnibus con-
 sulat: adeo & in ipso ira est, & gratificatio.
 Inania ergo & falsa reperiuntur argumenta
 vel eorum qui, cum irasci Deum uolunt, gra-
 tificari uolunt: quia ne hoc quidem fieri sine
 ira potest, vel eorum, qui nullum animi mo-
 tum esse in Deo putant. Et quia sunt aliqui af-
 fectus, qui non cadunt in Deum, ut libido, ti-
 mor, auaritia, metus, inuidia, omni prorsus affe-
 ctu eum vacare dixerunt. His enim uacat, quia
 uitiorum affectus sunt: eos autem, qui sunt vir-
 tutis, id est, ira in malos, charitas in bonos, mi-
 seratio in afflictos, quoniam diuina potestate
 sunt digna, proprios, & iustos, & ueros habet.
 Quæ profecto nisi habeat, humana uita turba-
 bitur, atque ad tantam confusionem deueniet
 status rerum, ut contemptis, superatisque legibus,
 sola

sola regnet audacia: ut nemo deniq; tutus esse
 possit, nisi qui viribus praeualeat, ita quasi com-
 muni latrocinio terra omnis depopulabitur. Nunc
 verò quoniam & mali poenam, & boni gra-
 tiam & afflictionem sperat, est virtutibus locus,
 & scelera rariora sunt. At enim plerunq; &
 scelerati feliciores sunt, & boni miseres, &
 iniusti ab iniustis impune vexantur. Considerabi-
 mus postea, cur ista fiat. Interim de ira expli-
 cemus, an sit aliqua in Deo, utrum nihil curet omni-
 no, nec moueatur ad ea, quae impie geruntur.

De Dei cura, & ira. CAP. XVII.

Deus, inquit Epicurus, nihil curat: nullam
 igitur habet potestatem. Curare enim ne-
 cesse est eum, qui habet potestatem: vel si habet
 & non vitetur, quae tanta est negligendi causa, ut
 ei, non dicam nostrum genus, sed etiam mundus ipse
 sit vilis? Ideo, inquit, incorruptus est, ac beatus,
 quia semper quietus. Qui ergo ministratio tanta-
 rum rerum cessit, si haec a Deo negligantur,
 quae videmus ratione summa gubernari? Aut
 quietus esse quomodo potest, qui vivit, et sentit?
 Nam quies aut somni res est, aut mortis: sed nec
 somnus habet quietem. Nam cum soporati sumus,
 corpus quidem quiescit, animus autem irrequie-
 tus agitur: imagines sibi, quas cernat, effin-
 git, ut naturales suum motum exerceat varie-
 tate visorum: auocatq; se à falsis, dum membra
 saturentur, ac vigorem capiant de quiete. Quies
 igitur sempiterna solius mortis est. Si autem mora

Deum

Deum non attingit: Deus igitur nunquam quiescit. Dei vero actio quae potest esse, nisi mundi administratio? Si verò mundi curam gerit, curat igitur hominum vitam Deus, ac singulorum acutus animaduertit, eosque sapientes, ac bonos esse desiderat. Hæc est voluntas Dei, hæc diuina lex: quam qui sequitur, qui obseruat, Deo charus est. Neceſſe est igitur, vt ira moueatur aduersus eum, qui hæc æternam, diuinamque legem aut violauerit, aut spreuerit. Si nocet alicui Deus, iam bonus non est. Non exiguo falluntur errore, qui censuram siue humanam, siue diuinam acerbitatis nomine infamant, putantes nocentem dici oportere, qui nocentes afficit pœna. Quod si est, nocentes igitur leges habemus, quæ peccantibus supplicia sanxerunt: nocentes iudices, qui scelere conuictos pœna capitis afficiunt. Quod si et lex iusta est, quæ et nocenti tribuit, quod meretur, et iudex integer, ac bonus dicitur, cum malè facta vindicat (bonorū enim salutem custodit, qui malos punit) ergo et Deus, cum malis obest, nocens non est: ipse autem est nocens, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parcat, vt pluribus noceat. Libet querere ab ijs, qui Deum faciunt immobilem: Si quis habeat rem, domum, familiam, seruique eius contumeliam patientiam domini, omnia inuaserint, ipsi bonis eius fruatur, ipsos familia eius honoret: dominus autem contemnat ab omnibus, derideatur, relinquatur, vtrumque sapiens esse possit, qui contumelias

melius non vindicet, suisq; rebus eos perfrui pa-
 tuatur, in quos habeat potestatem? Quae tanta in
 quoque potest patientia reperiri? si tam non patiens
 na nominanda est, & non stupor quidam insen-
 sibilis. Sed facile est ferre contemptum. Quid si
 fiant illa, quae à Cicero dicitur? Etenim que-
 ro, si quis paterfamilias liberis suis à seruo inter-
 fectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de-
 seruo nunquam acerrimum sumpsit: utrum is
 clemens, ac misericors, an inhumane, & crude-
 lissimus esse videatur? Quod si eiusmodi facino-
 ribus ignoscere, crudelitas est potius, quam pie-
 tatis: non est ergo virtutis in Deo, ad ea, quae ini-
 iuste fiunt, non commoveri. Nam mundus tan-
 quam Dei domus est, & homines tanquam ser-
 ui: quibus si ludibrio sit nomen eius, qualis, aut
 quanta patientia est, ut honoribus suis cedat,
 prava & iniqua fieri videat, & non indignetur,
 quod proprium & naturale est ei, cui pecca-
 ta non placeant? Insuper ergo rationis est: auferuntur
 enim delicta, & refranatur licentia: quod
 utique iuste, sapienterq; fit. Sed Stoici non viarunt
 esse discrimen recti, & pravi: esse iram iustam &
 iniustam: & quia medellam rei non inueniebant,
 voluerunt eam penitus excindere. Peripatetici vero
 non excindendam, sed temperandam esse dixerunt:
 quibus in sexto libro Institutionum satis respon-
 dimus. Nescisse autem philosophos, quae ratio es-
 set ire, apparet ex illis rationibus eorum, quas
 Seneca enumeravit in libris, quos de ira compo-
 suit,

fuit. Ira est, inquit, cupiditas vltiscende iniurie. Alij (vt ait Possidonius) cupiditas puniendi eius, à quo te iniurè pates lesum. Quidam ita definiunt. Ira est incitatio animi ad nocendum ei, qui aut nocuit, aut nocere voluit. Aristotelis definitio non multùm à nostra abest. Ait enim, iram esse cupiditatem doloris repèdendi. Hæc est ira, de qua superius diximus, quæ etiam mutis inest: in homine verò cōhibēda est, ne ad aliquod maximum malum prosiliat per furorem. Hæc in Deo esse nō potest, quia ille sibilis est. In homine autē, quia fragilis est, inuenitur: *irritat enim læsio dolorem, & dolor facit vltionis cupiditatem. Vbi est ergo illa ira iusta, quæ mouetur aduersus delinquentes? Quæ vtiq; nō est cupiditas vltionis, quia non præcedit iniuria. Non dico de ijs, qui aduersus leges peccāt, quibus & index sine crimine irasci potest. Fingamus tamen, eum sedato animo esse debere, cum subiicit pœna nocontem, quia legum sit minister, non animi, aut potestatis suæ: sic enim volunt, qui iram conantur euellere. Sed de ijs potissimum dico, qui sunt nostre potestatis, vt serui, liberi, coniuges, & discipuli: quos cum delinquere videmus, incitamur ad coercendum. Necessè est enim homo ac iusto displicere quæ praua sunt, & cui malum displicet, moueri, cum id fieri videat. Ergo surgimus ad vindictam, non quia læsi sumus, scia vt disciplina seruetur, mores corrigantur, licentia comprimatur. Hæc est ira iusta, quæ sicut in homine
 necess

necessaria est ad prauitatis correctionē sic utique in Deo, à quo ad hominem peruenit exemplum. Nam sicuti nos potestati nostrae subiectos coercere debemus, ita etiam peccata vniuersorum Deus coercere debet: quod ut faciat, irascatur necesse est: quia naturale est bono ad alterius peccatum moueri & incitari. Ergo definire debuerunt. Ira est motus animi ad coercenda peccata insurrentis. Nam definitio Ciceronis, Ira est libido vlciscendi, non multum à superioribus distat. Ira autem, quam possumus vel fitiorem, vel iracundiam nominare, haec ne in homine quidem debet esse: quae tota vitiosa est. Ira vero, quae ad correctionem vitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo potest: quia & vtilis est rebus humanis, & necessaria.

De peccatis vindicandis. CAP. XVIII.

Quid opus est, inquit, ira, cum sine hoc affectu peccata corrigi possunt? Atqui nullus est, qui peccatore possit videre tranquille: posset fortasse, qui legibus praesidet, quia facinus non sub oculis eius admittitur, sed defertur aliunde tanquam dubium: nec unquam potest esse sielus tam clarum, ut defensionis locus non sit: & ideo potest index moueri aduersus eum, qui potest innocens inueniri. Cumque detectum facinus in lucem venerit, iam non sua, sed legum sententia vititur. Sed potest concedi, ut sine ira faciat, quod facit: habet enim quod sequatur. Nos certe, cum domi peccatur à nostris, siue id cernimus, siue sentimus,

mus indignari necesse est. Ipse enim peccati aspectus indignus est. Nam qui non mouetur omnino, aut probat delicta, quod est turpius et iniustius, aut molestiam castigandi fugit, quam sedatus animus, et quieta mens aspernatur, ac tenuit, nisi ira stimulauerit. Qui autem commouetur, tamen intempestiua leuitate vel sepius quam necesse est, vel etiam semper ignoscit, et plane et illorum vitam perdit, quorum audaciam nutrit ad facinora maiora, et sibi ipsi eternam molestiarum materiam subministrat. Vitiosa est ergo in peccati ire suae cohibitio. Laudatur Archylas Tarētinus, qui cum in agro corrupta esse omnia comperisset, villici sui culpam redarguens: Miserum te, inquit, quem iam verberibus necassem, nisi iratus essem. Vnicum hoc exemplum temperantia putant: sed autoritate ducti non vident, quam inepta et locutus fuerit, et fecerit. Nam (sicut ait Plato) nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur: apparet, quam malum vir sapiens proposuerit exemplum. Si enim seuerint serui, dominum seuire cum non irascitur, tum parcere cum irascitur, non peceabunt utique leuiter, ne verberentur, sed, quantum poterunt, grauissime, ut stomachum eius incitent, atque impune discedant. Ego vero laudarem, si cum fuisset iratus, dedisset ire suae spatium, ut residente per interuallum temporis animi tumore, haberet modum castigatio. Non ergo propter iram magnitudinem donanda erat poena, sed differenda:

ne

ne aut peccati maiorem iusto dolorem inureret, aut castiganti furorem: nunc vero quæ tandem æquitas, aut sapientia est, ut aliquis ob exiguum delictum puniatur? aut ob maximum non puniatur? Quod si naturam rerum, causamq; didicisset, nunquam tam importunam continentiam proficeretur, ut nequam servus iratum sibi fuisse dominam gratularetur. Nam sicut corpus humanum Deus multis, & varijs sensibus ad usum vite necessarijs instruxit, sic & animo varios attribuit affectus, quibus vite ratio constaret: ut libidinem producendæ gratiæ soboles dedit, sic iram cohibendorum causa delictorum. Verùm quæ, qui nesciunt fines bonorum, ac malorum, sicut libidine utuntur ad corruptelas, & ad voluptates, sic ira, & affectu ad nocendum, dum ipsi, quos odio habent, irascuntur, aut paribus, aut etiam superioribus. Hinc quotidie ad maxima facinora prosilitur: hinc tragediæ sæpe nascuntur. Esset igitur laudandus Archytas, si cum alicui civi, & pari facienti sibi iniuriam fuisset iratus, represisset se tamen, & patientia furoris impetum mitigasset. Hæc sui cohibitio gloriosa est, qua compefitur aliquod imminens magnum malum. Seruicium autem, filiorumq; peccata non coercere, peccatum est: evadent enim ad maius malum per impunitatem. Hic non cohibenda ira, sed etiam, si tacet, extirpanda est. Quod autem de homine dicimus, id etiam de Deo, qui hominem similem sibi fecit.

T

Omitto

Omitto de figura Dei dicere, quia Stoici negant habere ullam formam Deum, & ingens alia materia nascitur, si eos coarguere velimus: de animo tantum loquor. Si Deo subiacet, cogitare, sapere, intelligere, providere, præstare: ex omnibus autem animalibus homo solus hoc habet: ergo ad Dei similitudinem factus est, sed ideo procedit in vitium, quia de terrena fragilitate permixtus, non potest id, quod à Deo sumpsit, incorruptum purumq; servare, nisi ab eodem Deo iustitie præceptis imbuatur.

De anima & corpore, deq; providentia.

CAP. XIX.

Sed quoniam compactus est (ut diximus) à duobus homo, animo, & corpore, in altero virtutes, in altero vitia continetur, et impugnat se invicem. Animi enim bona, que sunt in continentis libidinibus, contraria sunt corpori: & corporis bona, que sunt in omni genere voluptatis, inimica sunt animo. Sed si virtus animi repugnauerit cupiditatibus, easq; compresserit, erit verè Deo similis. Unde apparet, animam hominis, que virtutem divinam capit, non esse mortalem. Sed discrimen illud est, quod cum virtus habeat amaritudinem, & sit dulcis illecebra voluptatis, vincuntur plurimi, et abstrahuntur ad suavitatem. Si verò, qui se corpori, rebusq; terrenis addixerunt, premuntur in terram, nec assequi possunt divini nominis gratiam, quia se vitiorum labibus inquinaverunt. Qui autem Deum secuti, eiq; parentes,

• voluptatibus,

tes, corporis desideria contempserint, & virtutem
 preferentes voluptatibus, innocentiam iustitiamq;
 seruaerint, hos Deus vt sui similes recognoscit.
 Cum igitur sanctissimam legem posuerit, velitq;
 vniuersos innocentes ac beneficos esse, potest ne
 non irasci, cum videt eorum legem suam, abij-
 ci virtutem, appeti voluptatem? Quod si est mu-
 di administrator, (sicut esse debet) non vtiq; co-
 temnit id, quod est in omni mundo vel maximu.
 Si est prouidens, (vt oportet Deu) consulit vtiq;
 generi humano, quo sit vita nostra & copiosior,
 & melior, & tutior. Si est pater, ac Deus vni-
 uersorum, cerè & virtutibus hominum dele-
 ctatur, & vitijs commouetur: ergo & iustos di-
 ligit, & impios odit. Odio, inquit, opus non est:
 semel enim statuit bonis premium, & malis pœ-
 nam. Quod si aliquis iusto, innocetèq; uiuat, &
 Deum nec colat, nec curet omnino, vt Aristo-
 ticles, & Timon, ceteriq; Philosophorū, cides ne
 haic impune? quod cum legi Dei obtemperarit,
 ipsum tamē spreuerit. Est igitur aliquid, propter
 quod Deus possit irasci, tanquā fiducia integri-
 tatis aduersus eum rebellans. Si hui potest ira-
 sci propter superbiam, cur non magis peccatori,
 qui legem cum ipso pariter latore contempserit?
 Iudex peccatis veniam dare nō potest, quia ro-
 luntati seruit alienæ: Deus autē potest, quia est
 legi suæ ipse disceptator, & iudex: quam cum
 poneret, non ademit sibi omnem potestatem, sed
 habet agnoscendi licentiam.

T 2

De

De peccatis, & Dei misericordia.

CAP. XX.

Si potest ignoscere, potest igitur irasci: cur ergo inquiet aliquis, & qui peccant, saepe felices sunt, & qui pie viuunt, saepe miseri? Quia fugiui & abdicati liberè viuunt, & qui sub disciplina patris, aut domini sunt, strictius, & singularius. Virtus enim per mala & probatur, & constat, vitia per voluptatem: nec tamen ille, qui peccat, sperare debet perpetuam impunitatem, quia nulla est perpetua felicitas.

- Sed felix et vitima semper

Excelsanda dies homini est: dicitq; beatus

Ante obitum nemo, supremaq; funera debet. ut ait poeta non insuauis. Exitus est, qui arguit felicitatem, & nemo iudicium Dei potest nec viuus effugere, nec mortuus. Habet enim potestatem & viuos precipitare de summo, & mortuos aeternis afficere cruciatibus. Imò, inquit, si irascitur Deus, statim debuit vindicare, & pro merito quenq; punire. At enim si id faceret, nemo superesset. Nullus est enim, qui nihil peccet, & multa sunt, quae ad peccandum irritet, aetas, violentia, egestas, occasio, praemium. Adeo subiecta est peccato fragilitas carnis, qua induci sumus, ut nisi huic necessitati Deus parceret, nihil fortasse pauci viverent: propter hanc causam patientissimus est, & iram suam commet. Nam quia perfecta est in eo virtus, necesse est patientiam quoq; eius esse perfectam, quae & ipsa

virtus

virtus est. Quam multi ex peccatoribus iusti p^oseris effecti sunt, ex malis boni, & ex improbis cōtinētes: quam multi in prima etate turpes, & omnium iudicio damnati postmodum tamē laudabiles extiterūt? Quod utiq; non fieret, si omne peccatū pœna sequeretur. Leges publicæ manifestos reos damnant: sed plurimi sunt, quorū peccata occultantur plurimi, qui delatore cōprimunt aut precibus, aut prœmio: plurimi qui iudicia eludunt per gratiam, vel potentiam. Quod si eos omnes, qui humanam pœnam effugiunt, censura diuina damnet, esset homo aut rarus, aut nullus in terra. Deniq; vel una illa causa delendi generis humani iusta esse potuisset, quod homines contempto Deo vno, terrenis, fragilibusq; fūgentis honorem diuinum tanquam celestibus deferunt, adorantes opera humanis digitū laborata. Cumq; illos Deus arte, sex, ore sublimi, statu recto figuratos, ad contemplationem celi, & notitiam Dei excitauerit, curuare se ad terram maluerunt pecudum more. Hamilis enim, & curuus, & pronus est, qui ab aspectu celi, Deiq; patris auersus, terrena, quæ calcare debuerat, id est, de terra filia, & formata veneratur. In tanta igitur impietate hominum, tantiq; peccatis id assequitur patientia Deū, ut se ipsi homines, damnatis vitæ prioris erroribus, corrigant. Deniq; & boni sunt, iustiq; multi, & ab iētis terrenis cultibus, maiestatem Dei singularem agnoscunt. Sed cum maxima & vlti-

t i lissima

lissima sit Dei patientia, tamen, quamuis sero, noxios punit, nec patitur longius procedere, cum eos inemendabiles esse peruiderit.

De ira Dei, & hominis. CAP. XXI.

Superest una maxima & extrema questio. Nam dixerit fortasse quispiam, adeo non irasci Deum, ut et in preceptis hominem irasci vetet. Possem dicere, quod ira hominis refranada fuerit, quia iniuste saepe irascitur, et presentem habet morum, quia temporalis est. Itaque ne fierent ea, quae faciunt per iram & humiles, et mediocres, & magni reges, temperari debuerat furor eius, & comprimi, ne mentis impos aliquod inexpiable facinus admitteret. Deum autem & non ad praesens irascitur, & quia aeternus est, perfectusque virtutis, nunquam nisi merito irascitur. Sed tamen non ita res se habet. Nam si omnino prohiberet irasci, ipse quodammodo reprehensor omnifugus sui fuisset, quia in principio iram rectori hominis indidisset. Siquidem creditur, causam huius commotionis in humore felle contineri. Non igitur in totum prohibet irasci, quia is affectus necessario datus est: sed prohibet in ira permanere. Ira enim mortalis debet esse mortalis: non si maneat, confirmantur inimicitiae ad perniciem sempiternam. Demum rursus cum irasci quidem, sed tamen non peccare praecipit: non utique euellit iram radicibus, sed temperauit, ut in omni castigatione modum ac iustitiam teneremus. Qui ergo irasci nos iubet, ipse utique irascitur: qui placari

cari celerius præcepit, est utiq; placabilis. Si qui-
 dem præcepit, quæ sint iusta, & rebus utilis
 communibus. Sed qui i dixeram non esse iram
 Dei temporalem, sicut hominum, qui presentanea
 commotione feruescit, nec facile regere se potest
 propter fragilitatem: non ideo intelligere debe-
 mus, quia sit æternus Deus, iram quoq; eius in
 æternum manere: sed rursus quia virtute sit
 maxima præditus, in potestate habere iram
 suam: nec ab ea regi, sed ipsum illam, quemad-
 modum velit, moderari: quod utique non repug-
 nat superiori. Nam si prorsus immortalis fuisset
 ira eius, non esset satisfactio aut gratia post
 delictum locus: cum ipse homines ante Solis oc-
 casum reconciliari iubeat. Sed ira divina in æter-
 num manet adversus eos, qui peccant in æter-
 num. Itaq; Deus non thure, non hostia, non præ-
 tiosis muneribus, quæ omnia sunt corruptibilia,
 sed morum emendatione placatur: & qui pec-
 care desinit, iram Dei mortalem facit. Idcirco
 eum non ad præsens noxium quenque punit,
 ut habeat homo resipiscendi facultatem.

De peccatis, deq; his recitatæ versus Sibyllæ.

C A P. X X I I .

Hæc habui, quæ de ira Dei dicerem, Do-
 nate charissime, ut scires quemadmodum
 refelleres eos, qui Deum faciunt immobilem. Re-
 stat, ut more Ciceronis utamur epilogo ad per-
 orandum, sicut ille in Tusculanis de morte disse-
 rens fecit, ita nos in hoc opere testimonia divina,

T 4

quibus

quibus credi possit, adhibere debemus, ut illorum persuasione vincamus, qui sine ira Deum esse credentis, dissoluant omnem religionem, sine qua (ut ostendimus) aut immanitate bellui, aut stultitia pecudibus adequamur: in sola enim religione, id est, in Dei summi notione sapientia est. Prophetae vniuersi diuino spiritu repleti nihil aliud, quam de gratia Dei erga iustos, & de ira eius aduersus impios loquuntur: quorum testimonia nobis quidem satis sunt: verum ipsi quoniam non credunt isti, qui sapientiam capillis, & habitu iactant, ratione quoque, & argumentis fuerant à nobis refellendi. Sic enim preposterè agitur, ut humanana diuinis tribuant auctoritatem, cum potius humanis diuinam debuerint. Que nunc sanè omittamus, ne nihil apud istos agamus, & in infinitum materia recedat. Ea igitur queramus testimonia, quibus illi possint aut credere, aut certe non repugnare. Sibyllas multas fuisse, plurimi, & maximi auctores tradiderunt: Græcorum, Aristochius, & Apollodorus erythraus: nostrorum, Varro, & Fenesstella. His omnes præcipuam, & nobilissimam præter ceteras Erythream fuisse commemorant. Apollodorus quidem ut de ciui, ac populari sua gloriatur. Fenesstella verò etiam legatus Erythras à Senatu esse missos refert, ut hanc Sibyllæ carmina Romam deportarentur, & ea Consulibus Curio, & Octauius in Capitolio, quod tunc erat, curante L. Casullo, restituta,

SUNT,

tum, ponenda curarent Apud hanc de summo
 & conditore rerum Deo huiusmodi versua re-
 periuntur:

ἄσφαρτος ἑλισσῆς αἰῶνι, αἰθέρα καὶ ὕψος,
 τοῖς τ' ἀπάκοις ἕκακον προφέρωμε, πρὸν μεί-
 ζονα μισθόν,

τοῖς δὲ κακοῖς, ἀδίκοις τε χόλον καὶ θυμὸν
 ἀγείρων.

Rursum alio loco enumerans, quibus maximè
 facinorosis incitetur Deus, hæc retulit:

Φεῦγε ἢ λατρείας ἀνόμους, θεῶν ζῶντων λάτρευε.
 Μοιχείας τε φύλασσε, καὶ ἄρσενος ἀκρίτον ἐυνήτη,
 Ἰδίαν γεγεῖαι παίσῳ τε φέου, κηδὸν φόβου.

Καὶ γὰρ ὁ ἀθάνατος κεχάλασσε λαοὺς οὐκ ἀμάρτη-

De Dei ira, & punitione: deq; ea Sibyllarum
 carmina recitata: castigatio præterea, &
 adhortatio. C A P. XXIII.

¶ Terùm quia plures (ut ostendi) Sibylle à

¶ doctissimis autoribus fuisse traduntur, v-
 minus testimonium satis non, si ad cõfirmandam,
 sicut intendimus, veritatem. Cum tæc quidem vo-
 lumina, quibus Romanorum facta cõscripta sunt,
 in arcanis habentur. Cæterarum tamen ferè o-
 mnium libelli, quo minus in usu sint omnibus,
 non verantur. Ex quibus alia denuntians uni-
 versis gentibus iram Dei ob impietatem homi-
 num, hæc modo exorsa est:

Ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ κόσμον ἀπέθνη-
 σκαλον εἰς αἰῶνα θεῶν μεθύμεται φάσμα,

T §

Πᾶσα

Πᾶσι προφητεύσασα κατὰ πόλιν ἀνθρώποισι.
 Αἷα φθογ; per indignationem Dei aduersus
 οὐρανὸν cataclysmum priore seculo factum esse
 dixit, ne malitia generis humani extinguereetur.

Ἐξ ἑ μηνίσαντο ἔπαρθάνοιο θεοῖο
 Αὐτᾶσι πολίοισι καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασιν,
 Γῆν ἐκάλυψε θαλάσσα καὶ ἀκλυσμοῖο βαλί-
 τῳ.

Simili modo deflagrationem postea futuram
 valicinata est, quia turfus impietas hominum
 deleatur:

Καὶ ποτε τῷ ὄργῳν θεῶν ἄκ' ἔπ' ἐπ' αὐνοῦνται,
 Αἰετ' ἐξέμβροτοντα καὶ ἐξολύοντά τε γένναν
 Ἀνθρώπων ἅπασιν ὑπ' ἐμπρησμοῦ πύρροντα.
 Unde Apud Nasōnem de Ioue ita dicitur,

Esse φθογ; in fatiis reminiscitur affore ἔργῳ,
 Quo mare, quo tellus, correptaq; regia caeli
 Ardeat, & mundi moles operosa labore.

Quod tunc fiat necesse est, cum honor & cultus
 Dei summi apud homines interierit. Eadem ita
 men placari cum penitentiā factorum, & sui
 emendatione contestans, haec addidit:

ἀλλ' ἐλεῶ μετάνοια θεοῖο δὴ μὴ δὲ πρὸς ὄργῳ
 Παυλοῖνε ἀγάγηται θεῶν μέγα. —

Item paulo post:

Οὐκ ὀλέσει, πάντες δὲ πάλιν χόλον εὖτ' αὖ
 ἅπαστες

Εὐσεβείην πρὸς θεοῖο, ἐνὶ φρεσίν ἀσκήσηται.

Deinde alia Sibylla caelestium terrenorumque
 genitorem diligi oportere denuntiat, ne ad per-
 deat

denos homines indignatio eius insurgat.

Μή ποτε θυμῶ θεὸς ἀφθισὸς ἐξαπολέσται
 Πάν γένος ἀνθρώπων βίοντι κ' Φύλος ἀναιδέσται
 Δεῖ σίγειν γέννησθαι θεὸν σοφῶν αἰεὶ εἶόντων.

Ex his apparet vanas esse rationes philosophorum, qui Deum putant sine ira: & inter ceteras laudes eius id ponunt, quod est contra ipsam maiestatem. Regnum hoc, imperiumque terrenum nisi metus custodiat, soluitur. Aufer iram regi, non modo nemo parebit, sed etiam de fastigio precipitabitur. Imò verò cuilibet humili eripe hunc affectum, quis cum non spoliabit? quis non afficiet iniuria? Ita nec indumenta, nec sedem, nec vicium poterit habere, alijs quicquid habuerit diripientibus: nedum putemus celestium imperij maiestatem sine ira & metu posse consistere. Apollo Milesius de Iudaeorum religione consultus, responsò hoc indidit:

ἠδὲ θεὸν βασιλῆα & γέννησθαι πρὸ πάντων,
 ὃν πέριεσται κ' γαῖα, & ἔργον, ἠδὲ θάλασσα,
 Ταρτάρου τε μυχῶ, κ' δαίμονες ἐκφρίψουσιν.
 Si tam lenis est, quam philosophi volunt, quomodo ad nutum eius non modo demones, & ministri tantæ potestatis, sed etiã celum, & terra, & rerum natura omnis contemiscit? Si enim nullus aliter seruit, nisi coactus, omne igitur imperium metu constat, metus autẽ per iram: nam si non moueatur quis aduersus parẽre nolẽtem, nec cogi poterit ad obsequium. Consultat vnusquisq; afflicti suos: iam intelliget, neminem posse sine

*sine ira & castigatione imperio subiugari. Vbi
 ergo ira non fuerit, imperium quoque non erit.
 Deus autem habet imperiū: ergo & iram, qua
 condat imperium, habeat necesse est. Quapro-
 pter nemo vaniloquentia philosophorum indu-
 ctus, ad contemptum se Dei erudiat, quod est
 maximū nefas. Debemus hunc omnes & ama-
 re, quod pater est: & vereri, quod dominus:
 & honorificare, quod beneficus: & metueri,
 quod seuerus: utraq; persona in eo venerabilis.
 Quis salua pietate non diligat anima sua paren-
 tem? Aut quis impunē cōtemnat eum, qui rerū
 dominator habeat in omnes verā, & æternam
 potestatem? Si patrem consideres, ortum nobis ad
 lucem, qua fruimur, subministrat: per illum vi-
 uimus, per illum in hospitium huius mundi in-
 trauiimus. Si Deum cogites, ille nos innumera-
 bilibus copijs alit, ille sustentat, in huius domo
 habitamus, huius familia sumus: & si minus
 obsequēs, quā decebat, minusq; officiosa, quā
 domini, & parentis immortalia merita posse-
 bant, tamen plurimū proficit ad veniam con-
 sequendam, si cultum eius notionemq; tenea-
 mus, si abiectis humilibus, terrenisq; tam rebus
 quā bonis, caelestia, & diuina sempiterna me-
 ditemur: quod ut facere possimus, Deus nobis
 sequendus est, Deus adorandus, quoniam in eo
 est materia rerum, & ratio virtutum, & fons
 bonorum. Quid enim Deo aut potentia maius
 est, aut ratione perfectius, aut claritate luculen-
 tior?*

nus? Qui quoniam nos ad sapientiam genuit, ad
 iustitiam procreavit, non est fas hominem, reli-
 cto Deo sensus ac vite datore, terrenis, fragili-
 busq; famulari: aut querendis temporalibus bo-
 nis inherentem, ab innocentia, & pietate disce-
 dere. Non faciunt beatum vitiose, ac mortifera
 voluptates, non opulencia libidinum incitatrici,
 non inanis ambitio, non caduci honores, quibus
 illaqueatus animus humanus, & corpori man-
 cipatus, eterna morte damnatur: sed innocentia
 sola, sola iustitia, cuius legitima, & digna mer-
 ces est immortalitas, quam statuit à principio
 Deus sanctis, & incorruptis mentibus, qua se à
 vitis, & ab omni labe terrena integras, inuisola-
 tasq; conferuant. Huius premij celestis, ac sem-
 piterni participes esse non possunt, qui fraudi-
 bus, rapinis, circumscriptionibus conscientiam
 suam polluerunt, quiq; iniurijs hominum n: farsijs
 commissis, ineluibiles sibi maculas inusserunt.
 Proinde vniuersos oportet, qui sapientes, qui ho-
 mines meritò dici volunt, fragilia contemere,
 terrena calcare, humilia despiciere, vt possint cū
 Deo beatissimè & necessitudine copulari. Aufrat-
 tur impietas, discordia, dissensioneq; turbulen-
 te, ac pestifera sopiantur, quibus humana socie-
 tates, & publici fœderis diuina coniunctio rum-
 pitur, dirimitur, dissipatur. Quantum possunus,
 boni ac benefici esse modicemur. Si quid nobis
 opum, siquid suppetit copiarum, non voluptati
 vnius, sed multorum saluti impartiat. Vo-
 luptas

Iustas enim tam mortalis est, quam corpus, cui
 exhibet ministerium. Iustitia verò, & benefi-
 centia tam immortales, quam mens & anima,
 quæ bonis operibus similitudinem Dei assequi-
 tur. Sit nobis Deus non in templis, sed in corde
 nostro consecratus. Delectabilia sunt omnia,
 quæ manu franguntur: mundemus hoc templum, quod
 non fumo, non pulvere, sed malis cogitationibus
 sordidatur, quod non cereis ardentibus, sed cla-
 ritate, ac luce sapientie illuminatur. In quo si
 Deum semper crediderimus esse presentem, cuius
 diuinitati secreta menti parent, ita vive-
 mus, ut & propitium semper habeamus, et nus-
 quam vereamur iratum.

B I N I S.

L. COELII

LACTANTII

FIRMIANI DE

Opificio Dei liber vnus, ad De-
 metriam auditorem suam.

Quæ infirmitati operis causa fuerit. C A P. I.
 V A' M minimè sim quietus, etiã
 in summi necessitatibus, ex hoc
 libello poteris exstimare, quem
 ad te rudibus penè verbis, prout
 ingenij medioeritas tulit, De-
 metriane, perscripsi: ut et quotidianum studium
 meum

meum noſſes, et non deſſem tibi præceptor etiã
 nunc, ſed honeſtioris rei, meliorisq; doctrine.
 Nam ſi te in literis niſiil aliud quã linguam
 inſtruentibus, auditorem ſatis ſtrenuum præbu-
 ſſi, quanto magis in his veris, & ad vitam per-
 tinentibus docilior eſſe debebis? apud quẽ nunc
 proſteor nulla me neceſſitate vel rei, vel tempo-
 ris impediri, quo minus aliquid excudam, quo
 philoſophi noſtra ſecte, quam tuemur, inſtru-
 ctiores doctioresq; in poſterum ſiant, quamvis
 nunc malè audiant, caſtigenturq; vulgò, quòd
 aliter, quã ſapientibus cõuenit, viuam, et vi-
 tia ſub obtentu nominis celent: quibus illos aut
 mederi oportuit, aut ea proſus effugere, vt bea-
 tum atq; incorruptum ſapientie nomen vita ipſa
 cum præceptis congruente, præſtarent. Ego ta-
 men vt nos ipſos ſimul, & ceteros inſtruam,
 nullum laborem reuſo. Neq; enim vt non poſ-
 ſum obliuiſci mei, tum præfertim cùm maximè
 opus ſit meminifſe, ſic ne tu quidem tui, vi ſpe-
 ro, & opto. Nam licet te publicè rei neceſſitas
 à veris & iuſtis operibus auertat: tamen fieri
 non poteſt, quin ſubinde in celum aſpiciat mens
 ſibi conſcia recti. Ego quidem letor, omnia ti-
 bi, quæ pro bonis habentur, proſperè fluere: ſed
 ita, ſi niſiil de ſtatu mentis immutent. Verear
 enim, ne paulatim conſuetudo, vel iucunditas
 earum rerum (ſicut fieri ſolet) in animum tuum
 ſenſim repat. Ideòque te moneo, repetens ite-
 rumq; monebo, ne obiectamenta iſta terre pro
 magnis

magnis, aut veris bonis habere te credas, que sunt non tantum fallacia, quia dubia, verum etiam insidiosa, quia dulcia. Nam & ille colluctator & aduersarius noster, scis quam sit astutus, & idem ipse violentus, sicuti nunc videmus. Is hęc omnia, que illicere possunt, pro laqueis habet, & quidem tam subtilibus, ut oculos mentis effugiant, nec possint hominis provisione vitari. Summa ergo prudentia est, pedetentim incedere, quoniam vitrobique saltus insidet, & offensacula pedibus latenter opponit. Itaque res tuas prosperas, in quibus nunc agis, suadeo, ut pro tua virtute aut contemnas, si potes, aut non magnopere mireris. Memento & veri patris tui, et in qua ciuitate nomen dederis, & cuius ordinis fueris. Intelligis profecto quid loquar. Nec enim te superbia arguo, cuius in te ne suspicio quidem vlla est: sed ea, que dico, ad mentem referenda sunt, non ad corpus, cuius omnis ratio ideo comparata est, ut animo tanquam domino seruiat, & regatur nutu eius. Vas est enim quodammodo fictile, quo animus, id est, homo ipse verus continetur, & quidem non à Promethæo fictum, (ut poeta loquuntur) sed à summo illo rerum conditore, ac artifice Deo: cuius diuinam prouidentiam, perfectissimamque virtutem nec sensu comprehendere, nec verbo enarrare possibile est. Tentabo tamen, quoniam corporis, & animi facta mentio est, utriusque rationem, quantum pusillitas intelligentie mee perueniet, explicare. Quod officium

officium hac de causa maximè suscipiendum pu-
to, quòd M. Tullius, vir ingenij singularis, in
quarto de Republica libro, cum id facere tentas-
set, nihil prorsus effecit, & materiam latè pa-
tentiem angustiis finibus terminavit, leuiter sum-
ma quæq; decerpens. Ac ne vlla esset excusatio,
cur eum locum non fuerit executus, ipse testatus
est, nec voluntatem sibi defuisse, nec curam. In li-
bro enim de Legibus primo, cum hoc idem sum-
matim stringeret, sic ait: Hunc locum satis (ut
mibi videtur) in istis libris, quos legis, expressit
Scipio. Postea tamen in libro de Natura Deorum
secundo, hoc idem latius exequi conatus est. Sed
quoniam ne ibi quidem satis expressit, aggrediar
hoc munus, & summam mihi audacter explican-
dum, quod homo discretissimus penè omisit insta-
tum. Forsitan reprehendas, quod in rebus obscu-
ris tener aliqu. d. àffutate, cum videas tanta te-
meritate homines exiisse, qui vulgò philosophi
nominantur, ut ea, quæ abstrusa prorsus atque
abditæ Deum esse voluit scrutarentur, ac natu-
ram rerum cælestium, terrenarumq; conquire-
rent, quæ à nobis longè remota, neq; oculis cõtre-
llari, neq; tangi manu, neq; percipi sensibus pos-
sunt: & tamen de illarum omnium ratione sic
dissutant, ut ea, quæ afferunt, probant, & cogni-
ta videri velint. Quid est tandem, cur nobis inui-
diosum quisquam putet, si ratione corporis nostri
inspicere, & contemplari velimus? Quæ planè
obscura nõ est: quia ex ipsis membrorum officijs,

et visibus partium singularum, quanta vi providentia quisque factus sit, intelligere nobis licet.

De generatione belluatum, & hominis.

C A P. II.

Dedit enim homini artifex ille noster ac parens Deus sensum atque rationem, ut ex eo appareat, nos ab eo esse generatos, quia ipse intelligentia, ipse sensus, ac ratio est. Cateris animalibus quoniam rationalem istam vim non attribuit, quemadmodum tamen vita eorum tuior esset, ante providit. Omnes enim suis ex se pellibus texit, quo facilius possent vim pruinarum, ac frigora sustinere. Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos sua propria munimenta constituit, ut aut naturalibus telis repugnent fortioribus, aut qua sunt imbecilliora, subtrahant se periculis pernicitate fugiendi, aut qua simul et viribus et celeritate indigent, astu se protegant, aut labulis sepiant. Itaque alia eorum vel plumis leuibus in sublime suspensa sunt, vel suffulta ungulis, vel instructa cornibus: quibusdam in ore arma sunt dentes, aut in pedibus adunci ungues, nullique munimentum ad tutelam sui deest. Si qua vero in praedam maioribus cedunt, ne tamen stirps eorum funditus interiret, aut in eam sunt relegata regionem, ubi maiora esse non possunt, aut acceperunt uborem generandi fecunditatem, ut et bestias, quae sanguine aluntur, victus suppetere ex illis, et sitatam tamen cladem, ad conseruationem generis multi

multitudo ipsa superaret. Homine autem ratio-
 ne concessa, & virtute sentiendi atq; eloquendi
 data, eorum, quae ceteris animantibus attributa
 sunt, fecit expertem: quia sapientia reddere po-
 terat, quae illi naturae conditio denegasset: statuit
 nudum, & inermem, quia et ingenio poterat ar-
 mari, & ratione vestiri. Ea verò ipsa, quae mu-
 tis data, & homini denegata sunt, quam mira-
 bilitèr homini ad pulchritudinem faciant, ex-
 pli non potest. Nam si homini frinos dentes, aut
 cornua, aut ungues, aut ungulas, aut caudam,
 aut varij coloris pilos addidisset, quis non sentit
 quam turpe animal esset futurum, sicut muta, si
 nuda, & inermia fingerentur? Quibus si detra-
 has vel naturalem sui corporis vestem, vel ea,
 quibus ex se armatur, nec speciosa poterunt esse,
 nec tuta: ut mirabiliter, si utilitatem cogites, in-
 structa, si speciem, ornata videantur. Ad eò miro
 modo consentit utilitas cum decore. Hominem
 verò quoniam aeternum animal atq; immorta-
 le fingebat, nò forinsecus, ut cetera, sed interius
 armavit, nec muuimentum eius in corpore, sed
 in animo posuit: quoniam superuacuum fuit, cum
 illi, quod erat maximum, tribuisset, corporalibus
 eum tegere muuimentis, cum praesertim pulchri-
 tudinem humani corporis impedirent. Vnde ego
 philosophorum, qui Epicurum sequuntur, amen-
 tiam soleo mirari, qui Naturae opera reprehen-
 dunt, ut ostendant, nulla providentia instru-
 ctum esse, ac regi mundum: sed originem rerum

insecabilibus, ac solidis corporibus assignant, quorum fortuita conuersionibus vniversa nascuntur, & nata sunt. Præterea, quæ ad ipsum mundum pertinentia vitio dant, in quo ridiculè insanunt, id sumo, quod ad rem, de qua nunc agimus, pertinet.

De conditione pecudum, & hominis.

CAP. III.

Queruntur homines nimis imbecillum & fragilem nasci, quàm cætera animalia nascuntur, quæ ut sunt edita ex vtero, protinus in pedes suos erigi, & gestire discuntibus, statimq; aëri tolerando idonea esse, quod in lucem naturalibus indumentis munita processerint: hominè contra, nudum, & inermem, tanquam ex naufragio in huius vitæ miseras procy, & expellit: qui neq; mouere se loco, & bis effusus est, possit, nec alimentum lactis appetere, nec iniuriam temporis ferre. Itaq; Naturam nõ matrem esse humani generis, sed nouercam, quæ cum mutis tam liberaliter se gesserit, hominem verò sic effuderit, ut inops, & infirmus, & omni auxilio indigens, nihil aliud possit, quàm fragilitatis suæ conditionem ploratu, ac fletibus ominari: scilicet,

Cui tantum in vita restet transire malorum.

Quæ cum dicunt, vehementer sapere creduntur, propterea quod vnusquisque inconsideratæ suæ conditioni ingratus est. Ego verò illos nunquàm magis de seip te contendo, quàm cum hæc loquuntur. Considerans enim conditionem rerum, intel-

ligo nihil fieri aliter debuisse, quam factum est, ut non dicam, potuisse: quia Deus potest omnia; sed necesse est, quod illa providentissima in vestras id effecerit, quod erat melius, & rectius. Libet igitur interrogare istos divinorum operum reprehensores, quid in homine deesse, quia imbecillior nascitur, credant? Num idcirco nunciantur homines? num minus ad summum robur etatis prouehantur? num imbecillitas aut incuriam impediatur, aut salutem, quoniam quae desunt ratio depretenditur? At hominis, incuriam, educatio maximis laboribus constat. Pecudum scilicet conditio melior, quod haec omnes, cum factum ediderint, non nisi pastus sui curam gerunt: ex quo efficitur, ut verberibus sua sponte distentis, alimentum lactis factibus ministratur, & id, cogente Natura, sine matrum sollicitudine appetat. Quid autem? quarum ratio diuersa est: noue maximos suscipiunt in educando labores? ut interdum aliquid humane intelligentiae habere videantur. Nidos enim aut luto edificant, aut virgulis, & frondibus construunt, & ciborum expertes, incubant ouis: & quoniam factus de suis corporibus alere datum non est, cibos conuehant, & totos dies in huiusmodi discursatione consumunt: noctibus vero defendunt, fouent, protegunt. Quid amplius facere homines possunt? nisi hoc factum fortasse, quod non expellunt adultos, sed perpetua necessitudine, ac vinculo charitatis adunatos habent. Quid, quod animum factus multo

fragilior est, quam hominis? quia non materno corpore ipsum animal edunt, sed quod materni corporis fetu & calore tepesfactum, animal efficitur: quod tamen cum spiritu fuerit animatum, (id verò implume, ac tenerum) non modò volandi, sed ambulandi quoq; usu caret. Num ergo ineptissimus sit, si quis putet male cum volucribus egisse Naturam, primùm quòd his nascitur, deinde, quòd tam infirmæ, ut sint quasitis per laborem cibi à parentibus nutriendæ? Sed illi fortiora eligunt, imbecilliora prætereunt. Quæro itur ab us, qui conditionem pecudum suæ præferunt, quid eligant, si Deus his deserat optionem, utrum malint humanam sapientiam cum imbecillitate, an pecudum firmitatem cum illarum natura? Scilicet non tam pecudes sunt, ut non malint vel fragilior em multò, quam nunc est, dummodo humanam, quam illam irrationabilem firmitatem. Sed videlicet prudentes viri neq; hominis rationem volunt cum fragilitate, neq; mortuorum firmitatem sine ratione. Quare nihil est tam repugnans, tamq; contrarium, quòd unumquodque animal aut ratio instruat necesse est, aut conditio nature. Si naturalibus munimentis instruat; superuacua ratio est. Quid enim excogitabit? quid faciet? aut quid molietur? aut in quo lumen illud ingenij ostendet, cum ea, que possunt esse rationis, vitro Natura cõcedat? Si autem ratione sit præditum, quid opus erit sepimentis corporis? cum semel concessa ratio

Nat

Natura munus possis implere. Quæ quidem tantum valet ad ornandum tuendumq; hominem, ut nihil potuerit maius ac melius a Deo dari. Denique cum & corporis non magni homo, & exiguarum virium, & valetudinis sit infirmæ, tamen quoniam id, quod est maius, accepit, & instructior est cæteris animalibus, & ornatior. Nam cum fragilis, imbecillusq; nascatur, tamen & à muhi omnibus tutus est: & ea omnia, quæ firmiora nascuntur, etiam si vim cali fortiter patiuntur, ab homine tamen tuta esse non possunt. Ita fit, ut plus homini conferat ratio, quam Natura munus: quoniam in illis nec magnitudo virium, neque firmitas corporis efficere potest, quominus aut opprimatur à nobis, aut nostræ subiecta sint potestati. Potest ne igitur aliquis, cum videat etiã boues & lucas, cum immanissimis corporibus feruire homini, queri de opifice rerû Deo, aut equos quod modicæ vires, quod paruum corpus accepit? nec beneficia in se diuina pro merito æstimat, quod est ingrati, aut (ut verius loquamur) insani. Melius igitur Plato, ut hos (credo) ingratos reselleret, Natura gratias egit, quod homo natus esset: quod & ipsum quale sit, non est huius materie ponderare. Quanto melius, & sanius, qui sentit conditionem hominis esse meliorem, quam isti, qui se pecudes natos esse maluerint? Quos si Deus in ea fortè conuerterit animalia, quarum sortem præferunt suæ, iam proficèdò cupiant remigrare, in agnûq; clamoribus

conditionem pristinam flagitant: quia non est
tanti robur, ac firmius corporis, ut offi-
cio linguae careas: aut aurum per aërem libera discurfatio,
ut manibus indigeas. Plus enim manus pre-
stant, quam lenitas, vsusq; pennarum: plus lin-
gua, quam totius corporis fortitudo. Quae igitur
amentia est, ea praesferre, quae, si data sint, accipe-
re detrectas?

De imbecillitate hominis. CAP. VIIII.

Idem queruntur, hominem morbis, & immat-
tura morti esse subiectum. Indignantur vide-
licet, non Deos se esse natos. Minime, inquirunt:
sed ex hoc ostendimus hominem nulla providen-
tia esse factum, quod aliter fieri debuit. Quid si
ostendero, id ipsum magna ratione provisum
esse, ut morbis vesari posset, & vita saepe in me-
dio cursus sui spatium rumpere? Cum enim
Deus animal, quod fecerat, sua sponte ad mor-
tem transire cognovisset, ut mortem ipsam, quae
est dissolutio naturae, capere posset, dedit ei fragi-
litate, quae morti aditum ad dissolvendum ani-
mal inveniret. Nam si eius roboris fieret, ut ad
eum morbus & aegritudo adire non posset, ne
mori quidem posset: quoniam mors sequela mor-
borum est. Imatura vero mors quomodo abes-
set ab eo, cui esset constituta * natura? Nempe
nullum hominem mori volunt, nisi cum centesi-
mum aetatis cōplerit annum. Quomodo illis in
tanta repugnantia rerum ratio poterit constare?
Ut enim ante annos centum mori quisque non
possit,

*inatura:

possit, aliquid illi roboris, quod sit immortale, tribuendum est. Quo concessio, necesse est conditionem mortis excludi. Id autem ipsum cuiusmodi potest esse, quod hominem contra morbos, & illos extraneos solidum atque inexpugnabilem faciat? Cum enim constet ex ossibus, & nervis, & visceribus, & sanguine, quid horum potest esse tam firmum, ut fragilitatem repellat ac mortem? Ut igitur homo indissolubilis sit ante illud tempus, quod illi putant oportuisse constitui, ex qua ei materia corpus attribuunt? Fragilia sunt omnia, que videri ac tangi possunt. Superest, ut aliquid ex celo petatur: quoniam in terra nihil est, quod non sit infirmum. Cum ergo homo sic firmandus esset à Deo, ut mortali esset aliquando, & res ipsa exigebat, ut terreno, & fragili corpore fingeretur. Necesse est igitur, ut mortem recipiat quando libet, quoniam corporalis est: corpus enim quodlibet subtile, atque mortale est. Stultissimi ergo fuerunt, qui de morte immatura querantur: quoniam in nature conditio locum illi facit. Ita consequens erit, ut morbis quoque subiectus: neque enim patitur natura, ut abesse possit infirmitas ab eo corpore, quod idcirco non solidum firmumque natum est, ut aliquando solvendum sit. Sed putemus fieri posse quemadmodum volent, ut homo non a conditione nascatur, que morbo, morti ve subiectus sit, nisi peracto etatis sue spatio, ad ultimam processerit senectutem. Non igitur vident, si ita sit constitutum, quid

V S sequat

sequatur, hominem utiq; nisi certo tempore mo-
 ri nullo modo posse: sed, si prohiberi ab ipso altero
 victu potest, mori poterit. Res igitur exigit ut ho-
 mini, qui ante certum diem mori non potest, ci-
 borum alimentis, quia subtrahi possunt, opus
 non sit. Si opus cibo non erit, iam non homo ille,
 sed Deus fiet. Ergo (ut superius dixi) qui de fra-
 gilitate hominis queruntur, id potissimum que-
 runtur, quod non immortales & sempiterni sint
 nati. Nemo enim, nisi senex, mori debet. Nempe
 ideo mori debet, quia Deus non est. Atqui mor-
 talitas non potest cum immortalitate coniungi. Si
 enim mortalis est in senectute, immortalis esse in
 adolescentia non potest: nec est ab eo conditio
 mortis aliena, qui quandoque moriturus est: nec
 ulla immortalitas est, cui sit terminus constitu-
 tus. Ita fit, ut & immortalitas exclusa in per-
 petuum, & ad tempus recepta mortalitas, ho-
 minem constituat in ea conditione, ut sit in qua-
 libet etate mortalis. Quadrat igitur necessitas
 undique, nec debuisse aliter fieri, nec fas fuisse.
 Sed isti rationem sequentium non vident, quia
 semel errauerunt in ipsa summa. Exclusa enim
 de rebus humanis divina providentia, necessario
 sequebatur, ut omnia sua sponte sint nata. Hinc
 inuenerunt illas minorum seminum plagas,
 & concursiones fortuitas: quia rerum originem
 non videbant. In quas se angustias cum conie-
 cissent, iam cogebat eos necessitas existimare,
 animas cum corporibus nasci, & item cum cor-
 poribus

poribus extingui. Assumpserāt enim nihil fieri mente diuina: quod ipsum non aliter probare poterāt, quā si ostenderent esse aliqua, in quibus videretur providentia ratio claudicare. Reprehenderunt igitur ea, in quibus vel maximē diuinitatem suam providentia mirabiliter expressit: ut illa, quae retuli, de morbis, & immatura morte: cū debuerint cogitare, his assumptis, quae necessario sequerentur. Sequitur autē illa, quae dixi, si morbum non reciperet, neque tētis, neque vestibibus indigeret. Quid enim ventos, aut imbres, aut frigora metueret, quorū vis in eo est, ut morbos afferat? Ideirco enim accepit sapientiam, ut aduersus nocentia fragilitatem suam munit. Sequitur necessario, ut quoniam retinenda rationis causa morbos capit, etiam mortem semper accipiat: quia is, ad quem morbus non venit, firmus sit necesse est: infirmitas autem habet in se moris conditionem. Firmitas verō ubi fuerit, nec senectus locum potest habere, nec mors, quae sequitur senectutem. Præterea si mors certa constituta esset aetati, fieret homo insolentissimus, & humanitate omni careret. Nam fere iura omnia humanitati, quibus inter nos coheremus, ex metu, & conscientia fragilitatis oriuntur. Denique imbecilliora, & timidiora quaeque animalia congregantur, ut quoniam viribus tueri se nequeunt, multitudinem tueantur: fortiora verō solitudines appetunt, quoniam robore, viribusque confidunt. Homo quoque

quoque si eodem modo haberet ad propulsanda pericula suppetens robur, nec ullius alterius auxilio indigeret, qua societas esset? qua reuerentia in'et se? quis ordo? qua ratio? qua humanitas? aut quid esset deterius homine? quid esseratius? quid immunitius? Sed quoniam imbecillus est, nec per se potest sine homine vivere, societatem appetit, ut vita communis & ornatio fiat, et tutior. Vides igitur omnem hominis rationem in eo maxime stare, quod nudus, fragilisq; nascitur, quod morbis afficitur, quod inimitata morte multatur. Quae si homino detrahantur, rationem quoq; ac sapientiam detrahi, necesse est. Sed nimis diu de rebus apertis disputo, cum sit liquidum, nihil sine providentia, nec factum esse unquam, nec fieri potuisse. De cuius operibus uniuersis si nunc libeat disputare per ordinem, infinita materia est. Sed ego de vno corpore hominis tantum instauri dicere, ut in eo diuine providentiae potestatem, quanta fuerit, ostendam, hinc duntaxat in rebus, quae sunt comprehensibiles, & apertae: nam illa quae sunt animae, nec subijci oculis, nec comprehendi queunt. Nunc de ipso vates hominis loquamur, quod videmus.

De figuris animalium, & membris.

C A P. V.

IN principio, cum Deus fingeret animalia, noluit ea in rotundam formae speciem conglobare, atq; colligere, ut & moveri ad ambulandum, & recte

Et si. Et vere se in quamlibet partem facile possent:
 sed ex ipsa corporis summa produxit caput: item
 produxit membra quaedam longius, quae vocan-
 tur pedes, ut alternis motibus solo fixu perduce-
 rent animal, quod mens tulisset, aut quod patendi
 cibi necessitas prouocasset. Ex ipso autem vaseu-
 lo corporis quatuor fecit extantia: bina poste-
 rius, quae sunt in omnibus pedes: item bina capi-
 ti, & collo proxima, quae varios animantibus
 vsus praebent. In pecudibus enim ac fexis sunt
 pedes posterioribus similes: in homine autem ma-
 nus, quae non ad ambulandum, sed ad faciendum
 operandumque sunt natae. Est & tertium genus,
 in quo priora illa neque pedes, neque manus sunt,
 sed ala, in quibus penne per ordinem fixae, vo-
 landi exhibent vsum. Ita una fictio diuersas spe-
 cies, & vsus habet. Atque ut ipsam corporis cras-
 situdinem firmiter comprehenderet, maioribus,
 & breuibus ossibus inuicem colligatis, quasi ca-
 rinam contexit, quam nos dicimus spinam: eamque
 noluit ex vno, perpetuoque osse formari, ne gra-
 diendi, st. Etendi, se facultate animal non habe-
 ret. Ex eius parte quasi media costas, id est, tras-
 uersa, & plana ossa portexit in diuersum: qui-
 bus clementer aruatis, et in se velut in circulum
 penes conductis, interna viscera contingantur: ut
 ea, quae mollia, & minus valida fieri: si prius erat,
 illius solide cratis amplexu possent esse manita.
 In summa vero constructione eius, quam simili-
 tem nauis carinae dixerimus, caput collocavit, in
 quo

quo esset regimen totius animatus. Datumq; illi
 hoc nomen est, vt quidem Varro ad Ciceronem
 scribit, quod hinc capiant initium sensus, ac ner-
 ui. Ea verò, quæ diximus de corpore vel ambu-
 landi, vel faciendi, vel volandi causa esse produ-
 ctæ, neq; nimium longæ, propter celerem mobili-
 tatem, neq; nimium breuibus, propter firmitatem,
 sed & paucis & magnis ossibus constare vo-
 luit: Aut enim bina sunt, vt in homine: aut qua-
 terna, vt in quadrupede: quæ tamen non fecit so-
 lida, ne in gradiendo pigritia & grauitas retar-
 daret: sed canata, & ad vigorem corporis con-
 seruandum medullis intrinsecus plena: eaq; rur-
 sus non equaliter porrecta finiuit, sed summas
 eorum partes et asioribus nodis conglobauit, vt
 & substringi nervis facilius, et verti tutius pos-
 sent: vnde sunt vertibula nominata. Eos nodos
 firmiter solidatos leni quodam operculo texit,
 quod dicitur cartilago, scilicet, vt sine attritu,
 & sine sensu doloris aliquo steterentur. Eosdem
 tamen non in vnum modum formauit: alios enim
 fecit simplices, & in orbem rotundos, in ijs dun-
 taxat articulis, in quibus moueri membra in o-
 mnes partes oportebat, vt in scapulis, quoniam
 manus vtrolibet agitari, et cõtorqueri necessarium
 est: alios anelatos, & aquales, & in vnâ par-
 tem rotundos, & in his vtiq; locis, vbi tantum
 modo curuari membra oportebat, vt in genibus
 & in cubitis, & in manibus ipsis. Nam sicut
 manus ex loco, vnde oriuntur à corpore, vbi que-
 versus

versus moveri, speciosum simul, & utile fuit: sic profectò, si hoc idem etiam cabbitis accederet, & supervacuum esset huiusmodi motus & turpissimam enim manus amissa dignitate, quam nunc habet, mobilitate nimia proboscidi similis videretur, essetq; homo planè anguimanus: quod genus in illa immanissima bellua mirabiliter effectum est. Deus enim, qui providentiam, & potestatem suam multarum rerum mirabili varietate voluit ostendere, quoniam caput eius animalis non tam longè porrexerat, ut terram posset ore contingere, quod erat futurum horribile, atque tetrum, & quia os ipsum profusis dentibus sic armaerat, ut etiam si contingeret, passendi tamen facultatem dentes adimerent, produxit inter eos à summa fronte molle ac flexibile membrum, quo prendere, quo tenere quidlibet posset: ut rationem victus capiendi vel dentium prominens magnitudo, vel ceruicis breuitas non impediret.

De Epicuri errore. & de membris. eorumq;
vlu. CAP. VI.

Non possum hac loco teneri, quo minus Epicurei stultitiam rursus conarguam. Illius enim sunt omnia, que delirat Lucretius. Qui ut ostenderet, animalia nò artificio aliquo diuine mentis, sed, ut solet, fortuito esse nata, dixit, in principio mundi alias quasdam innumerabiles animantes miranda specie, & in ignitudine fuisse natas, sed eas permanere non potuisse, quod

quod illas aut sumendi cibi facultas, aut coëun-
 di, generandiq; ratio defecisset. Videlicet ut &
 atomis suis locum faceret per infinitū & inane
 volitantibus, diuinā providentiā voluit exclu-
 dere. Sed cum videret in omnibus, quæ spirant,
 mirabile providentiæ inesse rationem: quæ (ma-
 lum) vanitas erat, dicere, fuisse animalia prodi-
 giosa, in quibus ratio cessasset? Quoniam igitur
 omnia, quæ videmus, cum ratione nata sunt: id
 enim ipsum nasci efficere, nisi ratio, non potest:
 manifestū est, nihil omnino rationis expertis po-
 tuisse generari. At enim prouisum est in singu-
 lis quibusq; fingendis, quatenus ministerio mem-
 brorum ad necessariā vitam tereretur, et quatenus
 adiugatis corporibus elata soboles, vniuersas ge-
 neratim conseruaret animantes. Nam si peritus
 architectus, cum magnū aliquod ædificium fi-
 cere constituit, primò omnium cogitat, quæ summa
 perfecti ædificij futura sit, & antè emeritur, quæ
 locum leue pondus expectet: vbi magni operis
 statura sit moles: quæ columnarū interualla: qui
 aut vbi aquarum cadētium decursus, & exiūs,
 & receptacula: ac, inquam, prius peruidet, vbi
 quæcumq; sunt perfecti operi tam necessaria, cum
 ipsis fundamētis pariter ordiatur: cur Deum
 quisquā putet machinadis animi libris non antè
 prouidisse, quæ ad viuendum necessaria essent,
 quàm ipsam vitam daret? Quæ vtiq; constare
 non posset, nisi prius effecta essent quibus con-
 stat. Videbat igitur Epicurus in corporibus ani-
 malium

malum diuina rationis solertiam, sed ut efficeret, quod ante imprudenter assumpserat, idcirco aliud deliramentum superiori congruens. Dixit enim, neq; oculos ad videndum esse natos, neq; aures ad audiendum, neq; pedes ad ambulandum: quoniam membra hæc prius nata sunt, quam esset usus videndi, audiendi, & ambulandi: sed horum omnia officia ex natis exiisse. Vereor ne huiusmodi portenta, & ridicula refutare, non minus ineptum esse videatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis arguam putet. Quid ais Epicure? Non sunt ad videndum oculi nati? Cur igitur videt? Postea, inquit, usus eorum apparuit. Videndi ergo causa nati sunt, siquidem nihil possunt aliud, quam videre. Item membra cetera cuius rei causa nata sunt, ipse usus ostendit: qui utiq; nullo modo posset existere, nisi essent membra omnia tam ordinate, tam providenter effecta, ut usum possent habere. Quid enim, si dicas aues non ad volandum esse natas, neq; feras ad sensandum, neq; pisces ad natandum, neq; homines ad sapiendum, cum appareat ei nature, officioq; seruire animantes, ad quod est queq; generata? sed videlicet qui summam veritatis amisit, semper errere necesse est. Si enim non providetia, sed fortuitu atomorum concursibus nascuntur omnia, cur nunquam fortuito accidit, sic coire illa principia, ut efficerent animal eiusmodi, quod naribus potius audiret, odoraretur oculis, auribus ceruere? Si enim pri-

mordia nullum genus positionis inexpertum requirunt, oportuit eiusmodi quotidie monstrari generari, in quibus membrorum ordo praeposterus, & usus longè diuersus existeret. Cum verò vniuersa genera, & vniuersa quoque membra leges suas, & ordines, & usus sibi attributos tueantur, manifestum est, nihil fortuito esse factum: quoniam diuinae rationis dispositio perpetua seruetur. Verum aliàs refellimus Epicurum: nunc de providentia (ut caepimus) differamus.

De omnibus corporis partibus. C A P. V I I.

DEnique igitur solidamenta corporis, quae ossa dicuntur, nodata, & adiuncta inuicem nervis alligavit, atque constrinxit: quibus mens succurrere, aut resistere velit, tanquam retinaculis uteretur, & quidem nullo labore, nulloque conatu, sed vel minimo motu totius corporis molem temperaret, ac flecteret. Haec autem visceribus operuit, ut quaeque locum decebat, utque solida ossa conclusa tenerentur. Item visceribus ipsis venas admiscuit quasi rivos per corpus omne divisos, per quas discurrens humor & sanguis, vniuersa membra succis vitalibus irrigaret: & ea viscera formata in eum modum, qui unicuique generi, ac loco aptus fuit, superiecta pelle contextit: quam vel sola pulchritudine decoravit, vel setis adoperuit, vel squamis munivit, vel plumis insignibus adornavit. Illud vero commentum Dei mirabile, quod una dispositio, & unus habitus innumerabiles ani-

manentem præfert varietates. Nam in omnibus
 ferè, que spirant, eadem series & ordo mem-
 brorum est. Primum enim caput, & huic am-
 oxa ceruix. Item collo pectus adiunctum, & ex
 eo prominentes armi, adherens pectori ventex.
 Item ventri subnexa genitalia. Vltimo loco fe-
 mora, pedesq;. Nec solum membra suum tenorè
 ac scum in omnibus seruant, sed etiam partes
 membrorum. Nam in vno capite ipso certam se-
 dem possidet aures, certam oculi, nares item, os
 quoque, & in ore dentes & lingua. Que omnia
 cum sint eadem in omnibus animantibus, tamen
 infinita & multiplex diuersitas figurarum est:
 quod ea, que dixi, aut productiora, aut contra-
 ctiora lineamentis variè differentibus compre-
 hensa sunt. Quid illud? Nõne diuinum, quod
 in tanta viuentium multitudinem quodque
 animal in suo genere & specie pulcherrimum
 est? ut si quia vicissim de altero in alterum
 transferatur, nihil impeditus ad utilitatem,
 nihil deformius ad aspectum videri necesse sit:
 ut si elephanto ceruicem prolixam tribuas, aut
 camelo breuem, vel si serpentibus pedes aut pi-
 los addas, in quibus porrecti equaliter corporis
 longitudo nihil aliud exi-ibeat, nisi ut maculis
 terga distincti, & squamarum leuitate suffulti,
 in lubricos tractus sinuosis flexibus laberentur.
 In quadrupedibus autè idem opifex contextum
 spine à summo capite deductum longus extra
 corpus e-icit, & acuminat in cauda, ut oli-

seana corporis partes vel propter seditate tege-
rentur, vel propter teneritudinem munitur: vt
animalia quedam minuta, & nocentia motu eas
arcerentur à corpore: quod membrum si detra-
het, imperfectum fit animal, ac debile. Vbi autè
ratio & manus est, non est id tam necessarium,
quàm indumentum pilorum. Ad eò in suo queq;
genere aptissime congruunt, vt neq; nudo qua-
drupede, neq; homine tecto excogitari quicquã
turpius possit. Cum tamen ipsa nuditas hominis
mira ad pulchritudinem valeat, nõ tamen etiam
capiti congruebat: quanta enim in eo futura de-
formitas esset, ex caluitio apparet: tæxæ ergo il-
lud pilo. Et quia in summo futurum erat, quasi
edificij culmen ornauit: qui ornatus non est in
orbem coactus, aut in figuram \times pilei teres fa-
ctus, ne quibusdam partibus nudis esset infor-
mis: sed alibi effusus, alibi retractus pro cuius-
libet loci decentia. Fronti ergo vallata per circui-
tum, & à temporibus effusi ante aures capilli,
& earum summa partes in corone modum cin-
ctæ, & occipitium omne cõtectum, speciem miri
decoris ostentant. Tam, barbe ratio incredibile
est quantum conferat ad distinguendam corpo-
rum maturitatè, vel ad differentiam sexus, vel
ad decorem virilitatis ac roboris vt videatur
omnino non constatura fuisse totius corporis ra-
tio, si quicquam aliter esset effectura.

*pila

De hominis partibus, oculis, & au-
ribus.

CAP. VIII.

Nunc

Nunc rationem totius hominis ostendam: singulorumq; membrorum, que in corpore aperta aut operta sunt, utilitates & habitus explicabo. Cum igitur statuisset Deus ex omnibus animalibus solum hominem facere caeleste, cetera vniuersa terrena, hunc ad celi contemplationem rigidum erexit, bipedemq; constituit, scilicet ut eadem spectaret, vnde illi origo est. Illa vero deorsum proficit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis expectatio est, toto corpore in humum proiecta, ventri pabulicis seruires. Homini itaq; solius recta ratio, & sublimis status, & vultus Deo patri communis ac proximus, originem suam, fictoremq; testatur. Eius propè diuina mens, quia non tantum animantum, que sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita dominatum, in summo capite collocata, tanquam in arce sublimis speculatur omnia, & conuertitur. Hanc eius aulam Deus non obductam, porrectamq; formauit, ut in multis animalibus: sed orbi & globo simile, quod orbis rotunditas perfecte rationis est ac figura. Eo igitur mens & ignis illa diuinus tanquam celo tegitur: cuius cum summum fastigium naturalis veste texisset, priorem partem, que dicitur facies, necessarijs membrorum ministris, & indruxit pariter, & ornauit. Ac primum oculorum orbis concauis foraminibus conclusit: à quo foratus frontem nominatam Varro existimauit: & eos neque minus, neque amplius, quam duos esse voluit, quod ad specie

nullus est perfectior numerus, quam duorum: sicut & aures duas, quarum duplicitas incredibile est quantam pulchritudinem præseferat, quod tum pars utraq; similitudine ornata est, tum ut venientes altrinfecus voces facilius colligantur. Nam & forma ipsa mirandum in modum ficta, quod earum foramina voluit esse nuda, & inobsepta, quod & minus decorum, & minus utile fuisset, quoniam simplicium cavernarum angustias præternolare vox posset, & spargi, nisi perceptam per canos sinus, & repercussu retentâ foramina ipsa conueherent, illi similia vasculis, quibus impositis solent angustiora vasa compleri. Eas igitur aures (quibus est inditum nomen à vocibus hauriendis: unde Virgilius:

-Vocemq; his auribus hausi.

ent quia vocē ipsam Græci ἀὐδὴν vocant ab auditu, per immutationem literæ, aures velut aures sunt nominate) noluit Deus artifex molli- bus pelliculis informare, ut pulchritudinem demerēt pendule, atq; succentes: neq; duris, ac solidis ossibus, ne ad usum inhabiles essent, immobiles, ac rigentes: sed, quod esset horum mediū excogitavit, ut eas cartilago mollior alligaret, & haberent aptam simul, & flexibilem firmi- tate. In his audiendis tantū officium constitutum est, sicut in oculis videndi: quorum præcipuè in- xpli- cabilis est ac mira subtilitas, quia eorum orbis gemmarum similitudinē præferentes, ab ea parte, qua videndum fuit, membranis perlucentibus

te. xij.

texit, ut imagines rerum contra positarum, tan-
 quam in speculo resurgentes ad finem intimum
 penetrarent. Per eas igitur membranas sensus
 ille, qui dicitur mens, ea, quae sunt foris, transpi-
 cit: ne forte existimes aut imaginum incurfione
 nos cernere, (ut philosophi dixerunt) quoniam
 videndi officium in eo debet esse, quod videt, non
 in eo, quod videtur. aut intentione aeris, cum aëre,
 aut effusione radiorum: quoniam, si ita esset, tar-
 dius, quam oculis aduertimus, videremus, donec
 intus aer cum aëre, aut effusi radij ad id, quod
 videndum esset, pervenirent. Cum autem videamus
 eodem momento temporis, plerumque verò
 aliud agentes, nihilominus tamens universa, quae
 contra sunt posita, intueamur, verius & mani-
 festius est, mentem esse, quae per oculos ea, quae
 sunt opposita, transpiciat quasi per fenestras lu-
 cente vitro, aut speculari lapide obductis. Et
 idcirco mens & voluntas ex oculis saepe digno-
 scitur. Quod quidem ut resfelleret Lucretius,
 in pmissimo vsus est argumento. Si enim mens,
 inquit, per oculos videt, eratis, & effossis oculis
 magis videret: quoniam euulsa cum postibus fo-
 ras plus inferunt luminis, quam si fuerint obduc-
 tae. Nimirum ipsi, vel potius Epicuro, qui eum
 docuit, effossis oculis erat, ne viderent effossos or-
 bes, & ruptas oculorum fibras, & fluentem
 per venas sanguinem, & crescentes ex vulne-
 ribus carnes, & obductas ad vltimum icatri-
 ces nihil posse lucis admittere, nisi fortè auribus

oculos similes nasci volebant, ut non tam oculis, quam foraminibus cernere: quo nihil ad speciem sedius, ad visum inutilius fieri potest. Quantulum enim videre possemus, si mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cavernarum rimulas attenderet? ut si quis vellet trāspirere per cicuram, non plus profecto cernat, quam cicuta ipsius capacitas comprehendat. Itaque ad videndum, membris potius in orbem conglobatis opus fuit: ut visus in latum spargeretur, et que in primari facie adhererent, ut liberè possent omnia conueri. Ergo ineffabilis diuina providentia virtus fecit duos simillimos orbis: eosque ita deuinxit, ut non in totum conueri, sed moueri tamen ac flecti cum modo possent. Orbis autem ipsos humoris puri, ac liquidi plenos esse voluit: in quorum media parte scintille luminum coneluse tenerentur, quas pupillas nuncupamus: in quibus puris ac subtilibus cernendi sensus ac ratio conuenerit. Per eos igitur orbis seipsam mētē intendit, ut videat: miraque ratione in unum, nisi conuenerit, et coniungitur amborum luminum visus.

De sensibus, eorumque vi.

C A P. IX.

Libet hoc loco illorum reprehendere vanitatem, qui dum volunt ostendere sensus falsos esse, multa colligunt, in quibus oculi fallantur: inter que illud etiam, quod furiosus, et ebrius omnia duplicia videantur: quasi verò eius erroris obscura sit causa. Ideo enim fit, quia duo sunt oculi.

oculi. Sed quomodo id fiat, accipe. Visus oculorum intentione animi constat. Itaque quoniam mens (ut supra dictum est) oculis tanquam fenestris utitur, non tantum hoc ebrijs aut insanis accidit, sed etiam sanis ac sobrijs. Nam si aliquid nimis propius admonens, duplex videtur: certum est enim intervallum ac spatium, quo acies oculorum coit. Item si retrorsum auoces animum, quasi ad cogitandum, & intentionem mentis relaxes, cum acies oculi utriusque diducitur, tunc singulis videre incipiunt separatim. Si animum rursus intenderis, aciemq; directam, coit in unum, quicquid duplex videbatur. Quid ergo mirum, si mens veneno ac potentia vim desolata, dirigere se non potest ad videndum, sicut ne pedes quidem ad ambulandum, nervis stupeficientibus debiles? Aut si vi furoris in cerebrum seniens, concordiam disjungit oculorum? Quod adeo verum est, ut luscis hominibus, si aut insani, aut ebrii sint, nullo pacto possit accidere, ut aliquid duplex videant. Quare si ratio appareret, cur illi falluntur, manifestum est, non esse falsos sensus: qui aut non falluntur, si sint puri, & integri: aut si falluntur, mens tamen non fallitur, qua illorum nonis errorem.

De exterioribus membris hominis,
eorumq; usu. C A P. X.

Sed nos ad Dei opera revertamur. Ut igitur
Soculi munitiones essent ab iniuria, eos cilio-

et terminibus oculis: unde oculos dictos esse,
 Varroni placet. Nani & ipse palpebrae, quibus
 mobilitas inest, palpitatio vocabulum tribuit, et
 pilis in ordine stantibus vallata, septum oculis
 decentissimum præbet. Quarum motus assiduus
 incomprehensibili celeritate concurrens, & vi-
 dendi tenorem non impedit, & reficit obtutum.
 Acies enim, id est, membrana illa perlucens,
 quam siccat & obarescere non oportet, nisi hu-
 more assiduo tersa purè niteat, obsolescit. Quid
 ipsa superciliorum fastigia pilis breuibus ador-
 nata? nonne quasi aggribus & munimentum
 oculis, ne quid superne incidat, & speciem simul
 præstant? Ex quorum consuisio nasus exoritur,
 & veluti equali portectus iugo, utraq; aciem
 simul & discernit, & munit. Inferius quoque
 genarum non indecens tumor, in similitudinem
 collium leniter exurgens, ab omni parte oculos
 efficit tutiores: prouisumq; est ab artifice sum-
 mo, ut si quis fortè vehementior ictus exite-
 rit, eminentibus repellatur. Nasi verò pars supe-
 rior vsque ad medium solida formata est, infe-
 rior autem cartilagine adhaeret molli, ita ut ad
 usum digitorum possit esse tractabilis. In hoc
 autem quamuis simplici membro tria sunt offi-
 cia constituta: vnum ducendi spiritus, alterum
 capiendi odoris, tertium ut per eius caverna
 purgamenta cerebri desluant: quas ipse Deus
 tam mirabili, quam diuina ratione molitus est,
 ut tamen huius ipse nasi, oris speciem non de-
 formaret.

formaret. Quod erat planè futurum, si simplex foramen pateret. At id velut pariete per medium ducto intersepsit, atque diuisit, fecitq; ipsa duplicitate pulcherrimum. Ex quo intelligitur, quantum dualis numerus vna, & simplici compage solidatus, ad rerum valeat perfectionem. Nam cum sit corpus vnum, tamen totum ex simplicibus membris constare non poterat, nisi vt essent partes vel dextra, vel sinistra. Itaque vt pedes duo, & item manus, non tantum ad utilitatem aliquam, vsuq; vel gradiendi, vel faciendi valent, sed & habitum decorèque admirabilem conferunt: sic & in capite, quod totius diuini operis quasi culmen est, & auditus in duas aures, & visus in duas acies, & odoratio in duas nares à summo artifice diuisa est: quia cerebrum, in quo sentiendi ratio est, quamuis sit vnum, tamen in duas partes membrans interueniente discretum est. Sed & cor, quod sapientie domicilium videtur, licet sit vnum, duos tamen intrinsecus sinus habet, quibus fontes viui sanguinis continentur, septo intercedente diuisi: vt sicut in ipso mundo summa rerum vel de simplici duplex, vel de duplici simplex & gubernat, & continet totum: ita in corpore de duobus vniuersa compacta, indissociabilem pretenderent vnità'em. Orù quoque species, & victus ex trāsuerso patefactus quam utilis, quam decens sit, enarrari non potest, cuius vsus in duobus constat officijs, sumendi victus,

rictus, & eloquendi. Lingua intus inclusa, que
 vocem motibus suis in verba discernit, & est
 interpret animi, nec tamen sola potest per se
 eloquendi munus implere, nisi acumen suum pa-
 lato illiferit, nisi adiuta vel offensione dentium,
 vel compressione labiorum. Dentes tamen plus
 conferunt ad eloquendum: nam & infantes non
 ante incipiunt fari, quam dentes habuerint: &
 senes amissis dentibus ita balbutiunt, ut ad in-
 fantiam reuoluti denud esse videantur. Sed hac
 ad hominem solum pertinent, aut ad aues, in qui-
 bus acuminata & vibrata certis motibus lin-
 gua, innumerabiles cantuum flexiones, & so-
 norum variorum modos exprimit. Habet præterea
 & aliud officium, quo in omnibus, sed tamen
 solo in mutis vititur, quod contritos & commo-
 litos dentibus cibos colligit, & conglobatos vi-
 sua deprimit, & transmittit ad ventrem. Itaque
 Varro à ligando cibo pulat lingua nomen im-
 positum. Bæstias etiam potu adiuvat: protenta
 enim cauataque hauriunt aquam, eamque copreben-
 sam lingua sinu, ne tarditate ac mora defluat,
 ad palatum celeri mobilitate complodunt. Hac
 itaque palati concauo tanquam testudine tepitur:
 eamque dentium ordine sapiens Deus quasi mu-
 ro circumuallauit. Dentes autem ipsos, ne nudr
 ac restricti magis horrore quam ornamenta es-
 sent, gingiuis mollibus, que à gignendis dentibus
 nominantur, ac deinde labiorum tegminibus ho-
 restauit. Quorum durities, sicut in molari lapi-
 de,

de, maior est & asperior, quam in ceteris ossibus, ut ad conterendos cibos pabulumq; sufficerent. Labra ipsa, quae quasi anteà cohaerebant, quam decenter intercedit? quorum superius sub ipsa medietate narium, lacuna quadam leui, quasi valle signauit, inferius honestatis gratia foras molliter explicauit. Nam quod attinet ad saporis capiendum, fallitur, quisquis hunc sensum palato inesse arbitratur: lingua est enim, quae sapores sentiuntur, nec tamen tota: nam partes eius, quae sunt ab utroq; latere teniores, saporem subtilissimam sensibus trahunt. Et cum neq; ex cibo quicquid, neq; ex potione minuatur, tamen inenarrabili modo penetrat ad sensum sapor eadē ratione, qua nihil de quacunq; materia odori decerpit. Cetera quam decora sunt, vix exprimi potest. Deductum clementer à genis mentum, & ita inferius conclusum, ut acumen eius extremū figurare videatur leuiter impressa diuisio. Rigidū ac teres collum, quo scapula velut mollibus ingu à ceruice demissa: valida, & substricta nervis ad fortitudinem brachia: toris insignibus extensum lacertorum ingens robur: utilis ac decens flexura cubitorum. Quid dicam de manibus, rationis, ac sapientie ministris? quas solertissimus artifex plano, ac modicè concavo sinu factas, ut si quid tenendū sit, aptè possit insidere, in digitos terminauit: in quibus difficile est expedire, utrumne species, an utilitas maior sit. Nam & numerus perfectus, a 1 leuis,

& ordo, ac gradus decentissimus, & articulo-
 rum parium curvatura flexibilis, et forma un-
 guium rotunda, concavis tegminibus digitorum
 fastigia comprehendens, atq; firmans, ne molli-
 tudo carnis in tenendo cederet, magnum præ-
 bet ornatum. Illud verò ad usum miris modis
 habile, quòd vnus à cæteris separatus, cum ipsa
 manu oritur, & in diuersam maturius fundi-
 tur: qui se velut obuium cæteris præbens, omnem
 tenendi, faciendiq; rationem vel solus, vel præ-
 cipuè possidet, tanquam rector uniuersum, atque
 moderator: vnde etiam pollicis nomen accepit,
 quòd vi & potestate inter cæteros polleat. Duos
 quidem articulos extantes habet, non, vt alijs,
 ternos: sed vnus ad manus carnem necitur
 pulchritudinis gratia. Si enim fuisset tribus ar-
 ticulis & ipse discretus, fæda & indecota spe-
 cies admississet manibus honestatem. Nam pe-
 ctoris latitudo sublimis, & exposita oculis mi-
 rabilem præferre habitus sui dignitatem. Cuius
 hæc causa est, quòd videtur hominem solum
 Deus veluti supernum formasse, (nam ferè nul-
 lum animal iacere in tergum potest) mutas au-
 tem animantes quasi alterno latere iacentes
 fixisse, atq; ad terram compressisse. Idcirco illis
 angulum pectus, & ab aspectu remotum, &
 aâ terram versus subiectum: hominis autem præ-
 tens, & reclusus, quia plenum rationis à celo na-
 tum, humile, aut indecens esse non debuit. Pa-
 pilla quoque leuiter eminentes, & superioribus
 ac p. 18

ac parvis orbibus coronata, nonnihil addunt venustatis, sæminis ad alendos fœtus data, maribus ad solum decus, ne infirme pectus, & quasi mutilum videretur. Hinc subdita est planities ventris, quam medium ferè umbilicus non indecenti nota signat, ad hoc factus, ut per eum fœtus, dum est in utero, nutriatur.

De intestinis in homine, eorumq; usu.

C A P. XI.

SEquitur necessarid, ut de internis quoq; visceribus dicere incipiam: quibus non pulchritudo, quia sunt abdita, sed utilitas incredibilis attributa est. Quoniã opus fuerat, ut terrenum hoc corpus succo aliquo, de cibis ac potibus aleretur, sicut terra ipsa imbribus ac pruina: providentissimus artifex in medio eius receptaculum cibis fecit, quibus concoctis & liquefactis, vitales succos membris omnibus disperiret. Sed cum homo constet ex corpore atq; anima, illud, quod supra dixi, receptaculum soli corpori prestat alimentum, anime verò aliam sedem dedit. Fecit enim genus quoddam viscerum molle, atq; rarum, quod pulmonum vocamus, in quod spiritus reciproca vicissitudine commearet: eumq; non in vteri modum fluxit, ne effunderetur simul spiritus, aut inflaret simul, ideoq; ne plenum quidem viscus effecit, sed instabile, atque aeris capax, ut paulatim spiritum recuperet, dum vitalis ventus per illam spargitur raritatem, & eund

Et eundem rursus paulatim redderet, dum se
 illo explicat. Ipsa enim recipiundo flandi, et spi-
 raudi respirandiq; tractus, vitam sustentat in
 corpore. Quoniam ergo duo sunt in homine rece-
 ptacula, vnum aëris, quod alit animam: alterum
 eibarū, quod alit corpus, ut flexi ceruix ac mo-
 ueri facile possit, duas esse per collum fistulas ne-
 cesse est, cibalem, ac spiritalem: quarum superior
 ab ore ad ventrem ferat, inferior à naribus ad
 pulmonē. Quorum ratio et natura diuersa est.
 Ille enim, qui est ab ore transitus, mollis effectus
 est, et qui semper clausus cohereat sibi, sicut os
 ipsum: quoniam potus, et cibus dimota, et pa-
 tefacta gula, quia corporales sunt, spatium sibi
 transire faciunt. Spiritus contra, qui est in-
 corporalis ac tenuis, quia spatium sibi facere
 non poterat, accepit viam patentē, quæ vocatur
 gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mol-
 libus, quasi ex anulis in cicute modum inuicem
 compactis et coherentibus: patent; semper hinc
 transitus. Nullam enim requiem morandi habere
 spiritus potest, quia is, qui semper comitat, de-
 missi videlicet de cerebro niēbri portione, cui van-
 nomē est, velut occursum quodā refrenatur: ne aut
 teneritudinem domicilij cum impetu veniens at-
 tractu peritenti aura corrūpat, aut totā nocēdi
 violentiam internis receptaculis perferat. Ideoq;
 etiam nates breuiter sunt aperta: quæ idcirco sic
 nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus
 mare non desunt. Tamē hæc fistula spiritalis non

tam hinc

tantum ad nares, verum ad os quoque iter patet
 in extremis palati regionibus, ubi se colles fau-
 cium spectantes riuam tollere incipiunt in turno-
 rem. Cuius rei causa et ratio non obscura est.
 Loquendi enim facultatem non haberemus, si si-
 cut gule iter ad os tantum, ita gurgulio ad nares
 tantum pateret. Aperuit igitur riuam voci diu-
 na solertia ex illa fistula spiritali, ut posset lin-
 gua ministerio suo fungi: et vocis ipsius inoffen-
 sum tenorem, pulsibus suis in verba concidere.
 Qui meatus, si aliquo modo interceptus sit, mu-
 tum faciat necesse est. Errat enim profecto quis-
 quis aliam causam putat, cur homines muti sint.
 Non enim (ut vulgo creditur) vincula gerunt
 linguam: sed quae vocalem illum spiritum per na-
 res, quasi mugientes, profundunt, quod voci
 transitus ad os aut nullus omnino est, aut non sic
 patens, ut plenam vocem possit emittere. Quod
 plerumque naturae fit, aliquando etiam casu ac-
 cidit, ut morbo aliquo hic aditus obseptus vo-
 cem non transmittat ad linguam, fiatque de lo-
 quentibus mutos. Quod cum acciderit, auditum
 quoque obstrui necesse est: ut quia vocem emit-
 tere non potest, ne admittere quidem possit. Lo-
 quendi ergo causa patefactus est hic meatus.
 Illud quoque praestat, ut in lauacris celebrantur,
 quia nares calore ferre non possunt, aer firmens
 ore ducatur. Item si forte spiramenta narium
 frigoris pituita pracluserit, per os auras trahere
 possumus, ne obstrueta meandi facultate, spiri-

tus stranguletur. Cibi vero in aluum recepti, & cū potus humore permisti, cū iam calore percocti fuerint, eorum succus inenarrabili modo per membra diffusus, irrigat vniuersum corpus, & reuetat. Intestinorum quoq; multiplices spiræ, ac longitudo in se conuoluta, & vno tantum substricta vinculo, quàm mirificum Dei opus est! Nam vbi maceratos ex se cibos aluum emiserit, paulatim per illos interiorum anfractus extruduntur, vt quicquid ipsis inest succi, quo corpus alitur, membris omnibus diuidatur. Et tamen ne qui fortè oblieteant ac resistent, quod fieri poterat propter ipsorum voluminum flexiones in se sepe redeuntēs, & fieri sine pernicie

obleuit non poterat, * oppleuit ea intrinsecus crassiore succo, vt purgamenta illa ventris ad exitus suos facilius per lubricum mitterentur. Illa quoque ratio subtilissima est, quod vesica, cuius usum volucres non habent, cū sit ab intestinis separata, nec vllam habeat fistulam, qua ex illis vrinam trahat, completur tamen, & humore distenditur. Id quomodo fiat, non est difficile peruidere. Intestinorum enim partes, que ab aluo cibum potumq; suscipiunt, potētiores sunt, quàm ceteræ spiræ, & multo sensiores. Hæ vesicam circumplectuntur & continent. Ad quas partes cū potus & cibus mista peruenierint: simum quidem crassus sit, & transineat, humor autem omnis per illam tenoritudinem percolatur: sumq; vesica, cuius æquè tenuis subtiliq; membrana est,

est, absorbet & collegit, ut foras, quâ natura exitum patefecit, emittat.

De utero, & conceptione, & sexibus.

CAP. XII.

DE utero quoque, & conceptione, quoniam de internis loquimur, dici necesse est, ne quid praterisse videamur. Quæ quanquam in aperto latent, sensus tamen atque intelligentiam latere non possunt. Vena in maribus, quæ semen continet, duplex est, paulo interior, quàm illud humoris obscæni receptaculû. Sicut enim renes duo sunt, itemq; testes: ita & venæ feminales duæ, in vira tantum compage coherentes: quod videmus in corporibus animalium, cum interfecta patefunt: sed illa dexterior masculinum continet semen, sinisterior sæminium: & ideo in toto corpore pars dextra masculina est, sinistra vero sæminina. Ipsum semen quidam putant ex medullis tantum, quidam ex omni corpore ad venam genitali in cõfluere, ibiq; condescere. Sed hoc humana mens, quomodo fiat, nõ potest comprehendere. Item in sæminii vicus in duas se dividit partes, quæ in diversum diffuse ac reflexe circumplicantur, sicut arietis cornua. Quæ pars in dextram retorquetur, masculina est: quæ in sinistram, sæminina. Conceptus igitur Varro & Aristoteles sic fieri arbitrantur: Atque enim, non tantum maribus inesse semen, verum etiam sæminis, & inde pierunq; in utribus similes procreari, sed earum semen sanguine esse pur-

gatum. Quod si recte cum virili mixtum sit, utraq; concreta, & simul coagulata informari: & primum quidem cor hominis et fingi, quod us eo sit & vita homini, & sapientia: deniq; totum opus quadragesimo die consummari. Ex abortionibus hæc fortasse coll. Etæ sunt. In animum tamen fœtibus primum oculos fingi dubium nō est, quod in ouis sæpe deprehendimus. Unde fieri non posse arbitror, quin fictio à capite sumat eorum. Similitudines autem in corporibus filiorum sic fieri putant: Cum semina inter se permixta coalescunt: si virile superauerit, patri similem provenire, siue matrem, seu fœminam: si muliebre prevailuerit, progeniem cuiusq; sexus ad imaginem respondere maternam. Id autem prævaleat è duobus, quod fuerit vbius: alterum enim quodammodo amplectitur ac includit. Hinc plerumq; fieri solet, ut unus tantum lineamenta præcedant. Si verò æqua fuerit ex pari semine permixtio figuræ quoque misceri, ut soboles illa communis aut neutrum referre videatur: quia totum ex altero non habet, aut utrunque, quia partem de singulis mutuata est. Nam in corporibus animalium videmus aut confundi parentum colores, ac fieri tertium neutri generantium simile, aut utriusque sic exprimi, ut discoloribus membrum per omne corpus concors mixtura variatur. Disparis quoq; natura hoc modo fieri putantur: Cum forte in lenam uteri partem masculinæ stirpis semen incidit, matrem quidem gigni, opinatio est:

est: sed quia fit in fœminina parte conceptus, aliquid in se habere fœmineum, supra quam decus virile patiatur, vel formam insignē, vel nimium candorem, vel corporis leuitatem, vel artus delicatos, vel staturam breuem, vel vocem gracilem, vel animum imbecillum, vel ex his plura. Item si partem in dextram semen fœminini sexus influxerit, fœminam quidem procreari: sed quoniam in masculina parte concepta sit, habere in se aliquid virilitatis, ultra quam sexus ratio permittat, aut valida membra, aut immoderatā longitudinem, aut fuscum colorem, aut hispida faciem, aut vultum indecorum, aut vocem robustam, aut animum audacem, aut ex his plura. Si verò masculinum in dextram, fœmininum in sinistra peruenierit, utrosq; fœtus rectè prouenire, ut & fœminā per omnia natura sue decus constat, & maribus tam mente, quam corpore robur virile seruetur. Illud verò ipsum quā mirabile institutum Dei est, quòd ad conseruationem generum singulorum, duos sexus maris ac fœminæ machinatus est, quibus inter se per voluptatis illecebras copulatis, successiua soboles pareretur, ne omne genus viuentium conditio mortalitatis exstingueret. Sed plus roboris maribus attributum est, quo facilius ad patientiam iugi maritalis fœminæ cozerentur. Vir itaque nominatus est, quòd maior in eo vis est, quā in fœmina, & hinc virtus nomen accepit. Item mulier (ut Varro interpretatur) à mollitie est di-

Et, immutata, & detracta litera, velut mol-
lier: cui suscepto foetu, cum partus appropinqua-
re iam coepit, turgescens mammas dulcibus suc-
cis distenduntur, & ad nutrimenta nascens
fontibus lactis secundum pectus exuberat. Nec
enim decebat aliud, quam ut sapiens animal à
corde alimoniam duceret. Idq; ipsam solertissime
comparatum est, ut candens ac pinguis humor
teneritudinem noui corporis irrigaret, donec ad
capiendos fortiores cibos & dentibus instruatur,
& viribus reboetur. Sed redcamus ad proposi-
tum, ut cetera, que supersunt, breuiter explicem-
us.

De membris inferioribus. CAP. XIII.

Poteram nunc ego ipsorum quoque genita-
lium membrorum mirificam rationem tibi
exponere, nisi me pudor ab huiusmodi sermone
renocaret. Itaq; à nobis indumento verecundiae,
que sunt pudenda, velentur. Quod ad hanc rem
attinet, quæri satis est, homines impios ac pro-
phanos summum nefas admittere, qui diuinum
& admirabile Dei opus ad propagandam suc-
cessionem inexcogitabili ratione pronisum &
effectum, vel ad turpissimos questus, vel ad obs-
cæne libidinis pudenda opera conuertunt, ut iam
nihil aliud ex re sanctissima petant, quam ina-
nem & sterilem voluptatem. Quid reliqui cor-
poris partes, num carent ratione ac pulchritudi-
ne? Conglobata in nates caro, quam sedendi offi-
cio apta, & eadē firmior, quam in ceteris mem-
bris,

bris, ne premente corporis mole ossibus cederet! Item feminum deducta & latioribus toris valida longitudo, quo facilius onus corporis sustineret, quam paulatim deficientem in angustum genua determinant, quorum decentes nodi flexuram pedibus ad gradiendum sedendumq; aptissimam præbent. Item cura non equali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes, sed teretibus suris clemēter extantibus, sicut usimq; tenuatis, & firma sunt, & ornata. In plantis verò eadem quidem, sed tamen longè dispar, quam in manibus, ratio est: quæ quoniam totius operis quasi fundamenta sunt, mirificus eas artifex non rotunda specie, ne homo stare non posset, aut alijs ad standum pedibus indigeret, sicut quadrupedes: sed porrectiores, longioresq; formavit, ut stabile corpus efficerent plantis sue: unde illis inditum nomē est. Digiti æquè totidem quot in manibus, speciem magis, quam usum præferentes, ideòque & iuncti, & breues, & gradatim compositi: quorum qui est maximus, quoniam illum sicut in manu discerni à cæteris opus non erat, ita in ordinem redactus est, ut tamen ab alijs magnitudine ac modico intervallo distare videatur. Hæc eorum speciosa germanitas, non levi adiumento nisum pedum firmat: concitari enim ad cursum non possumus, nisi digiti in humum pressi, soloq; nitentibus, impetum saltimque capiamus. Explicasse videor omnia, quorum ratio intelligi potest. Nunc ad ea

venio, que vel dubia vel obscura sunt.

De intestinorum quorundam ignorata ratione

C A P. XIII.

Multa esse constat in corpore, quorum vim, rationeinque perspicere nemo, nisi qui fecit, potest. An aliquis enarrare se putat posse, quid vilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens, qua circumnectitur alvus, ac regitur? Quid renum gemina similitudo? quas ait Varro ita dictos, quasi rini ab his obsceni humoris orientur. quod est longe secus: quia splene alteriuscuius supini coherere, & sunt ab intestinis separati. Quid splen? quid iecur? que viscera quasi ex conturbato sanguine videntur esse coacta. Quid fellis amarissimus liquor? Quid globus cordis, qui vnus sanguinis fons est? Nisi forte illis credendum putabimus, qui affectum iracundie in felle constitutum putant, pavoris in corde, letitie in splene. Ipsius autem iecoris officium voluit esse, vt cibos in aluo concoquat amplexu & calefactu suo. Quidam libidines rerum venerearum in iecore conimeri arbitrantur. Primum ista perspicere acumen humani sensus non potest, quia horum officia in aperto latent, nec vsus suos patefacta demonstrant. Nam si ista esset, fortasse placidiora queque animalia vel nihil fellis omnino, vel minus haberent, quam fere: timidiora plus cordis, salaciora plus iecoris, lasciuiora plus splenis habuissent. Sicuti igitur nos sentimus, audire auribus, oculis cernere,

narib

tribus odorare: ita profecto sentiremus, nos
 felle irasci, iecore cupere, splene gaudere. Cum au-
 tem unde affectus isti veniant, minimè sentia-
 mus, fieri potest, ut aliunde veniant, & aliud vi-
 scera illi, quàm suspicamus, efficiant: Nec tamen
 convincere possumus falsa illis, qui hæc disputat,
 dicere: sed omnia, quæ ad motus animi, animæq;
 pertineant, tam obscura aliæq; rationis esse ar-
 bitror, ut supra hominem sit, ea liquido pervide-
 re. Id tamen certum & indubitatum esse debet,
 res tal, tantæq; viscerum genera, unum & idem
 habere officium, ut animam contineant in cor-
 pore. Sed quid propriè * innumeris singulis sit in-
 iunctum, quis scire, nisi artifex, potest, cui soli
 opus suum notum est?

De voce.

CAP. XV.

DE voce autem quam rationem reddere pos-
 sumus? Grammatici quidem, ac philosophi
 vocem esse definiunt, aërem spiritu verberatum:
 unde verba sunt nuncupata. Quod perspicue fal-
 sum est. Non enim vox extra os gignitur, sed in-
 tra, & ideo verisimilior est illi sententia, stipa-
 tum spiritum, cum obstancia faucium fuerit illi-
 sus, sonum vocis exprimere, veluti cum in paten-
 tem cicutam, labroq; subiectam dimittimus spi-
 ritum, & in cicuta concavo repercussus, ac retro-
 luctus a fundo dum descendente occurso suo
 reddit, ad exitum nitens sonum gignit, & in
 vocalem spiritum resistens per se ventus ani-
 matur,

Y 5

matur,

mat. Quod quid. *in an verum sit*, Deis arti-
 fax videtur. Videtur enim non ab ore, sed ab in-
 timo pectore vox oriri. Denique & ore clauso
 ex naribus emittitur:onus qualis potest. Præ-
 terea ex maximo spiritu, quo anhelamus, vox non
 efficitur: & leui, & non coarctato spiritu, quousque
 volumus, efficitur. Non est igitur comprehensum,
 quomodo fiat, aut quid sit omnino. Nec me nunc
 in Academia sententiam delabi putes, quia non
 omnia sunt incomprehensibilia. Vt enim fate-
 dum est, multa nesciri, que voluit Deus intelli-
 gentiam hominis excedere: sic tamen multa ef-
 fa, que possunt & sensibus percipi, & ratione
 comprehendere. Sed erit nobis contra Philosophos
 integra disputatio. Conficiamus igitur spatium,
 quo nunc decurrimus.

De mente, & eius sede.

CAP. XVI.

MEntis quoque rationem incomprehensibi-
 lem esse, qui nesciat, nisi qui omnino il-
 lam non habet: cum, ipsa mens quo loco sit, aut
 cuiusmodi, nesciatur? Varia ergo à philosophis
 de natura eius ac loco disputata sunt. At ego
 sic nec non dissimulabo, quid ipse sentiam: non quia
 etiam affirmem (quod est insipientis in re dubia
 facere) sed ut exposita rei difficultate intelligas,
 quanta sit diuinorum operum magnitudo. Quor-
 dam sedens mentis in pectore esse voluerunt.
 Quod si ita est, quanto tandem miraculo dignum
 est, rem in obscuro ac tenebroso habitaculo sitam,
 in tanta rationis acque intelligentie luce ver-
 sari?

fari? tum quòd ad eam sensus ex omni corporis
 parte conueniunt, ut in qualibet regione mem-
 brorum presens esse videatur. Alij sedem eius in
 cerebro esse dixerunt: & sanè argumentis pro-
 babilibus vsi sunt. Oportuisse scilicet quòd totius
 corporis regimen haberet, potius in summo, tan-
 quam in arce habitare: nec quicquam esse
 sublimius, quàm id, quòd vniuersum ratione
 moderetur, sicut ipse mundi dominus, & re-
 ctor in summo est. Deinde quòd sensus omnis,
 id est, audiendi, & videndi, & odorandi mi-
 nistrà membra in capite sunt locata: quorum
 omnium via non ad pectus, sed ad cerebrum fe-
 rant. Alioquin necesse nos esset tardius sentire,
 donec sentiendi facultas longo itinere per col-
 lum ad pectus vsque descenderet. si verò aut
 non multum, aut fortasse non errant. Videtur
 enim mens, quæ dominatum corporis tenet, in
 summo capite constituta, tanquam in celo Diuis:
 sed quando in aliqua fit cogitatione, commearc
 ad pectus, & quasi ad secretum aliquòd pene-
 trale secedere, ut consilium tanquam ex the-
 sauro recondito, eliciat ac proferat. Ideoq; cum
 intenti ad cogitandum sumus, & cum mens oc-
 cupata in altum se abdiderit, neque audire quæ
 circumsonant, neque videre quæ obstant, sole-
 mus. Id verò siue ita est, admirandum profecto
 est, quemodo ita fiat, cum ad pectus ex cerebro
 nullum iter pateat: si autem non, hoc tamen ni-
 hilominus admirandum est, quòd diuina nescio
 qua

qua ratione fiat, ut ita esse videatur. An potest aliquis non admirari, quod sensus ille vivus atque celestis, qui mens vel animus nuncupatur, tante mobilitatis est, ut ne tum quidem, cum sopitus est, conquiescat: tanta celeritatis, ut vno temporis puncto celum omne collustraret, & si vellet, maria pervolet: terras, ac urbes peragret: omnia denique, quae libuerit, quamvis longe, lateq; summota sint, in conspectu sibi ipse consiliat? Et miratur aliquis, si divi in mens Dei per universas mundi partes intenta discurrat, & omnia regat, omnia moderatur, ubique praesens, ubique diffusa? cum tanta sit vis ac potestas menti humanae intra mortale corpus incluse, ut ne septis quidem grauis huius ac progre corporis, cui illigata est, coequeri villo pacto possit, quo minus sibi liberam vagandi facultatem quietis impatiens largiatur. Sive igitur in capite mens habitat, sive in pectore, potest ne aliquis comprehendere, quae vis rationis efficiat, ut sensus ille incomprehensibilis, aut in medulla cerebri hareat, aut in illo sanguine bipartito, qui est inclusus in corde? ac non ex eo ipso colligat, quanta sit Dei potestas, quod animus seipsum non videt, aut qualis, aut ubi sit: nec si videat, tamen perspicere possit, quo pacto rei corporalis rei incorporalis adiuncta sit. Sive etiam mentis locus nullus est, sed per totum corpus sparsa discurrat, quod etiam fieri potest, & a Xenocrate Platoni discipulo disputatum est, siquidem

sensus

sensus in qualibet parte corporis praesto est: nec
 quid sit mens, nec qualis, intelligi potest, cum sit
 natura tam subtilis ac tenuis, ut solidis visceri-
 bus infusa, vino, & quasi ardente sensu mem-
 bris omnibus misceatur. Illud autem caue, ne
 unquam simile veri putaueris, quod Aristoxe-
 nus dixit, Mentem omnino nullam esse, sed
 quasi harmoniam in fidibus ex constructione
 corporis, & compagibus viscerum vim sentien-
 di existere. Musici enim intensionem, concen-
 tumq; nervorum in integros modos sine ulla of-
 fensione consonantium harmoniam vocant. Vo-
 lunt igitur animum simili ratione constare in ho-
 mine, qua & concors modulatio constat in fidi-
 bus: scilicet ut singularum corporis partium fir-
 ma connectio, membrorumq; omnium consen-
 tiens in unum rigor motum illum sensibilem fa-
 ciat, animumq; concinnet, sicut sunt nervi bene
 intenti ad conspirantem sonum. Et sicuti in fidi-
 bus, cum aliquid aut interceptum, aut relaxatum
 est, omnis canendae ratio turbatur & soluitur:
 ita in corpore, cum pars aliqua membrorum du-
 xerit vitium, destrui universa, corruptiq; omni-
 bus atq; turbatis, occidere sensum, eamq; mortem
 vocari. Verum ille, si quicquam mentis habuisset,
 non harmoniam de fidibus ad hominem translu-
 lisset. Non enim canere sua sponte fides possunt,
 ut sit ulla in hu comparatio ac similitudo viven-
 tis. Animus autem sua sponte & cogitat &
 movetur. Quod si quid in nobis harmoniae simile
 esset,

esset, *ictu* moueretur externo, sicut nerui manibus, qui sine tactu artificis, pulsuq; digitoru mu-
ti atque inertes iacent. Sed nimirum pulsandus
ille manu fuit, vt aliquando sentiret, quia mens
eius ex membris male compacta torpebat.

De anima, deq; ea sententiz Philosopho-
rum. CAP. XVII.

Superest de anima dicere: quanquam perci-
pi ratio eius & natura non possit. Nec ideo
tamen immortalem esse animam non intelli-
gimus, quoniam quicquid riget, moueturq; per se
semper, nec videri aut tangi potest, eternum
sit necesse est. Quid autem sit anima, nondum
inter Philosophos conuenit, nec vnquam fortasse
conueniet. Etenim alij sanguinem esse dixerunt,
alij ignem, alij ventum: vnde anima, vel animus
nomen accepit, quod Græcè *ventus* *ἀνεμος* di-
citur: nec illorum tamen quisquam dixisse ali-
quid videtur. Non enim, si anima sanguine aut
per vulnus effuso, aut febrium calore cōsumpto,
videtur extinguī, continuo in materia sanguinis
anima ratio ponenda est: veluti si veniat in qua
flonem, lumen, quo utimur, quid sit, & respon-
deatur oleum esse: quoniam cōsumpto illo lumen
extinguitur: cum sicut utiq; diuersa, sed alterum
sit alterius alimentum. Videtur ergo anima si-
milis esse luminī, que non ipsa sit sanguis, sed
humore sanguinis alitur, vt lumē oleo. Qui au-
tem ignem putauerunt, hoc vbi sunt argumento,
quod a presente anima corpus caleat, recedente
figesi

figeseat. Sed ignis & sensu indiget, & vide-
 tur, & tactu comburit. Anima verò & sensu
 acta est, & videri non potest, & non adurit.
 Unde apparet, animam nescio quid esse Deo si-
 mile. At illi, qui ventum putant, hoc falluntur,
 quòd ex aere spiritum ducentes, viuere videa-
 mur. Varro itaq; de suis: Anima est aër conce-
 ptus ore, de feru factus in pulmone, tepe factus
 in corde, diffusus in corpus. Hæc apertissimè fal-
 sa sunt. Neq; enim tam obscurâ nobis huiusmo-
 di dico, esse rationem, vt ne hoc quidem intelligen-
 mus, quid verò esse non possit. An si mihi quis
 dixerit aneum esse celum, aut vitreū, aut (vt
 Empedocles ait) aërem glaciatū, statimne assen-
 tiar, quia celum ex quâ materia sit ignorè? Si-
 cut enim hoc nescio, ita illud scio. Anima ergo
 non est aër ore cõceptus, quia multo prius gignit
 tur anima, quàm concipi aër ore possit. Nō enim
 post partū insinuat in corpus, vt quibusdam
 Philosophis videtur, sed post conceptū protinet,
 cum factum in vtero necessitas diuina formauit:
 quia adeò viuit intra viscera genitricis, vt &
 incrementò augetur, & crebris pulsibus gēstiat
 emicare. Deniq; abortum fieri necesse est, si fue-
 rit animal intus extinctum. Cetera defini-
 tionis partes eò spectât, vt illis nauem mensibus, qui-
 bus in vtero sumus, mortui fuisse videamur.
 Nulla ergo ex his tribus vera sententia est. Nec
 tamen in tantum eos falsos esse dicendum est, qui
 hæc senserunt, vt omnino nihil dixerint. Nā &
 san: u:

sanguine simul, & calore, & spiritu vivimus. Sed cum constet anima in corpore his omnibus adunata, non expresserunt propriè, quid esset: quia tam non potest exprimi, quàm videri.

De anima & animo, eorumq; affectionibus.

CAP. XVIIII.

Sequitur alia, & ipsa inextricabilis quaestio, Staémne sit anima et animus: an verò aliud sit illud, quo vivimus, aliud autem, quo sentimus & sapimus. Non desunt argumenta in utranque partem. Qui enim unum esse dicunt, hanc rationem sequuntur, quòd neq; vis sine sensu possit, nec sentiri sine visa: ideòq; esse non posse diversum id, quod nò potest separari: sed quicquid est illud, & vivendi officium, & sentiendi habere rationem. Idcirco animù, & animam indifferentè appellant duo Epicurei poète. Qui autem dicunt esse diversa, sic argumentantur: Ex eo posse intelligi, aliud esse mente, aliud esse animam: quia incolunt animam, mens possit extinguì, quod accidere solet in sanis. Item quòd anima morte sopiatur, animus somno: & quidem sic, ut non tantùm, quid faciat, aut ubi sit, ignoret, sed etiam rerù falsarum contemplatione fallatur. Quod ipsum quomodo fiat, non potest pervideri: cur fiat, potest. Nam requiescere nullo pacto possumus, nisi mens visionum imaginibus occupata teneatur. Latet autem mens oppressa somno, tanquam ignis obducto cinere sopitus: quem si paululum commoveris, rursus ardescit.

& quasi euigilat. Auocatur ergo simulacris, do-
 nec membra sopore irrigata vegetentur. Corpus
 enim vigilante sensu, licet iaceat immobile, ta-
 men non est quietum: quia flagrat in eo sensus,
 & vibrat ut flamma, & artus omnes ad se ad-
 strictos tenet. Sed postquã mens ad contemplan-
 das imagines ab intentione traducta est, tunc
 deinum corpus omne resoluitur in quietem. Tra-
 ducitur autẽ mens cogitatione cæca, cum cogent-
 tibus tenebris secum tantummodo esse cœperit:
 dum iniecta est in ea, de quibus cogitabat, repen-
 tẽ somnus obrepit, et in species proximas seissim
 ipsa cogitatio declinat: sic ea, que sibi ante oculos
 posuerat, videre quoq; incipit. Deinde procedit
 ulterius, & sibi auocamenta inuenit, ne salu-
 berrimam quietem corporis interrumpat. Nam
 ut mens per diem ueris uisionibus auocatur, ne
 obdormiat: ita falsis nocte, ne exinetur. Nam si
 nullas imagines cernat, aut vigilare illam ne-
 cesse est, aut perpetua morte sopiri. Dormiendi
 ergo causa tributa est à Deo ratio somniandi,
 & quidem in commune uniuersis animantibus,
 sed illud homini præcipuè, quod cum eam ratio-
 nem Deus quietis causa daret, facultatem sibi
 reliquit docendi hominum futura per somnium.
 Nam & historia sepe testatur, extitisse som-
 niis, quorũ presens & admirabilis fuerit euen-
 tus: & responsa uatum nostrorum ex parte
 somnijs constituerunt. Quare neque semper uera
 sunt, neque semper falsa, Vergilio teste, qui duas

portas voluit esse somniorum. Sed que falsa sunt, dormiendi causa videntur: que vera, immittuntur à Deo, ut imminens bonum aut malum hac reuelatione discamus.

De origine animæ. C A P. XIX.

Illud quoque venire in questionem potest: *Utrumne anima ex patre, an potius ex matre, an verò ex utroque generetur. Sed ego id meure ab ancipiti vendico. Nihil enim ex his tribus verum est: quia neque ex utroque, neque ex alterutro feruntur animæ corporis. Corpus enim ex corporibus nasci potest, quoniam confertur aliquid ex utroque: de animæ anima non potest, quia ex re tenui & incomprehensibili nihil potest decedere. Itaque ferendarum animarum ratio vni ac soli Deo subiacer.*

Denique caelesti sumus omnes semine oriundi:

Omnibus ille idem pater est,

ut ait Lucretius. Nam de mortalibus non potest quicquam nisi mortale generari. Nec putari pater debet, qui transfudisse aut inspirasse animam de suo nullo modo sentit: nec si sentiat, quando aut quomodo id fiat, habet animo reprehensum. Ex quo apparet, non à parentibus aut animas, sed ab vno, eodemque omnium Deo patre, qui legè rationemque nascendi tenet solus: siquidem solus efficit. Nam terreni parentis nihil est, nisi ut humorem corporis, in quo est materia nascendi, cum sensu voluptatis emittat, vel recipiat. & circa hoc opus homo resistit, nec quicquam amplius

plius potest: ideo nasci sibi filios optant, quia non ipsi faciunt. Cetera iam Dei sunt omnia, scilicet conceptus ipsi, & corporis informatio, & inspiratio animæ, & partus incolumis, & quecunque deinceps ad hominem conservandū valent: illius munus est, quod spiramus, quod vivimus, quod vigemus. Nam præterquam quod ipsius beneficio incolumes sumus corpore, & quod victi nobis ex varijs rebus subministrat, sapientiam quoq; homini tribuit, quam terrenus pater dare nullo modo potest. Ideoq; & de sapientibus stulti, & de stultis sapientes sæpe nascuntur: quod quidā fato ac syderibus assignant. Sed non est nunc locus de fato differēdis. Hoc dicere satis est, quod etiā si astra efficientiā rerum continent, nihilominus omnia à Deo fieri certum est, qui astra ipsa & fecit & ordinavit. Inepti ergo, qui hanc potestatem Deo detrahunt, & operi eius attribuunt. Hoc igitur Dei munere celesti atque præclaro avtamus, in nostra voluit esse potestate. Hoc enim concessio, ipsam hominem virtutis sacramento reliquit, quo vitam possit adipisci. Dedit et & constituit adversarium nequissimum & fallacissimum spiritum, quocumque in hac terrestri vita sine ulla securitatis requie dimicaret. Cur autem Deus hunc vexatore generis hominum constituerit, breuiter exponam.

De anima, & diabolo, & corpore. c. a. r. x. x.

Ante omnia dūverſitatem voluit esse: ideoq;
vulgo non aperuit veritatē, sed eam p[er]u
z z c[on]f[ite]m[ur]

cissimis reuelauit: que diuersitas omne arcanu^m
 mundi continet. Hæc est enim, qua faciat virtu-
 tem, qua scilicet sine ipsa non modo non esse, sed
 ne apparere quidem posset: quia virtus esse non
 poterit, nisi fuerit cõpar aliquis, in quo superan-
 do vim suam vel exerceat vel ostendat. Nam,
 vt victoria constare sine certamine non potest,
 sic nec virtus quidẽ ipsa sine hoste. Ita quoniam
 virtutem dedit homini, statuit ei è contrario ini-
 micum, ne virtus otio torpens naturam suam
 perderet. Cuius omni ratio in eo est, vt cõcessi,
 & labefactata firmetur, nec aliter ad summum
 prudenti fastigium possit venire, nisi prudẽ manu sem-
 per agitata, se ad salutem suam dimicandi ten-
 se fundauerit. Noluit enim Deus hominẽ ad im-
 mortale illam beatitudinẽ delicato itinere per-
 venire. Daturus ergo virtutem, dedit hostem
 prius, qui animis hominum cupiditates & vi-
 tia immutteret: qui esset auctor errorum, malo-
 rumq; omnium machinator: vt quoniam Deus
 hominem ad vitam vocat, ille contra, vt rapiat
 & traducat ad mortem. Hic est, qui aut inducit
 aut decipit eos, qui veritati student, aut si dolo
 & studijs non quiescit, virilem gerit animum,
 quo sublimiũ vigorem labefactare conetur, in-
 fanda dictu, & execrabilia moliens: vexat, in-
 terficat: & tamen, vt prostermit multos, sic à mul-
 tis victus prostratusq; discedit. Magna est enim
 vis hominu, magna ratio, magis sacramentum.
 A quo si quis non defecerit, nec suam, de-
 uation

notionemq; prodiderit, hic beatus, hic deniq; (ut
 breuiter finiam) similis Deo sit, necesse est. Errat
 enim quisquis hominem carne metitur. Nam
 corpusculum hoc quo induti sumus, hominis re-
 ceptaculum est. Nam ipse homo neq; tangi, neq;
 aspicere, neq; comprehendi potest, quia latet intra
 hoc, quod videtur. Qui si delicatus magis, ac te-
 ner in hac vita fuerit, quam ratio eius exposcit,
 si virtute contempta, desiderijs se carnis addixe-
 rit, cadet, & premetur in terram: sin autem (ut
 debet) statum suum, quem rectum recte sorti-
 tus est, prompte, constanteq; defenderit, si terre,
 quam calcare ac vincere debet, non seruerit,
 vitam merebitur sempiternam.

Operis conclusio, & veritatem superari
 non posse. CAP. XXI.

Hec ad te, Demetriane, interim pauca,
 et obscurius fortasse, quam decuit, pro re-
 rum ac temporis necessitate peroravi: quibus con-
 tentus esse debebis, plura & meliora lecturus, si
 nobis indulgentia cælitus venerit: tunc ego te ad
 vera philosophiæ doctrinam & planius & ve-
 rius cohortabor. Statui enim, quam multa pote-
 ro, literis tradere, quæ ad vitæ beatæ statum spe-
 ctent: & quidem contra Philosophos, quoniam
 sunt ad perturbandam veritatem perniciosi, &
 graues. Incredibile est enim vis eloquentiæ: &
 arguendi, differendiq; subtilitas quæui facili-
 ter deceperit: quos parim nostris armis, parim
 verò ex ipsorum inter se concertatione sumptis

reuincemus : ut appareat eos induxisse potius
 errorem, quam sustulisse. Fortasse mireris, quod
 tantum facinus audeam. Patiemur ne igitur ex-
 tingui aut opprimi veritatem ? Ego vero liben-
 tius vel sub hoc onere defecerim. Nam si M.
 Tullius eloquentie ipsius vicum exemplar, ab
 indoctis & ineloquentibus, quia tamen pro ve-
 ro nitebantur, sepe superatus est : cur despere-
 mus veritati ipsam contra fallacem captio-
 samq; fecundiam, sua propria vi & claritate
 valituram ? Illi quidem sese patronos veritatis
 profiteri solent : sed quis potest eam rem defen-
 dere, quam non didici ? aut illustrare apud alios,
 quam ipse non nouit ? Magnū videor polliceri :
 sed celesti opus est munere, ut uobis facultas
 ac tempus ad proposita persequenda tribuatur.
 Quod si vita est optanda sapienti, profecto nul-
 lam aliam ob causam uiuere optauerim, quam
 ut aliquid efficiam, quod uita dignum sit, &
 quod utilitatem legentibus, & si non ad eloquen-
 tiam, quia tenuis in nobis fecundie riuus est, ad
 uiuendum tamen afferat : quod est maxi-
 me necessarium. Quo perfecto satis me-
 rixisse arbitrabor, & officium
 hominis implese, si labor meus
 aliquos homines ab erro-
 ribus liberatos, ad
 iter celeste di-
 rexit.

ET NIS.

LACTANTI

FIRMIANI LI-

bri *Acephali* Epi-
sopi.

De Iustitia, Sapientia, & Stultitia. C A P. I.

NAM si iustitia est veri Dei cul-
tus, (quid enim tam iustum ad
equitatem, tam piwm ad hono-
rem, tam necessarium ad salu-
tem, quam Deum cognoscere ut
parentem, venerari ut Dominum, eiusq; legi
aut preceptis obtemperare?) nescierunt ergo
iustitiam philosophi, quia nec ipsum Deum
agnouerunt: & ideo refelli potuerunt à Car-
neade, cuius hæc fuit disputatio, nullum esse ius
naturale. Itaq; omnes animantes ipsa ducente
Natura commoda sua defendere, & ideo iusti-
tiam, si alienis utilitatibus consulat, suas negli-
get, stultitiam esse dicendam. Quod si omnes po-
puli, penes quos sit imperium, ipsiq; Romani, qui
orbem totum possedere, iustitiam sequi velint,
ac suum cuiq; restituere, quod vi & armis oc-
cupauerunt, ad casus & egestatem reuertentur.
Quod si fecerint, iustos dicemus quidem, sed tamen
stultos iudicare necesse est: qui ut alijs prosint,
sibi nocere contendant. Deinde si reperiat ali-
quis hominem, qui aut aurum pro aurichalco,
aut argentum pro plumbo vendat per errorem,

2 4 atq;

atq; id emere nec sibi cogat, utrum dissimula-
bit, & emet paruo, an potius indicabit? Iustus
vitiq; dicetur, quia non se fellit: sed idem stultus,
qui alteri fecerit lacrum, sibi damnum, sed facile
de damno est. Quid si vita eius in periculum ve-
niet, ut cum aliquando necesse sit aut occidere,
aut mori: quid faciet? Potest hoc evenire, ut nau-
fragio facto inueniat aliquem imbecillum tabu-
le in aere: aut victo exercitu fugiens, repe-
riat aliquem vulneratum equo insidente, utrumne
aut illum tabula, aut hunc equo deturbabit, ut
ipse possit euadere? Si volet iustus esse, non fa-
ciet: sed idem stultus iudicabitur, qui dum alie-
rius vita parcat, suam perdet. Si faciet, sapiens
quidem videbitur, quia sibi consulat: sed et idem
malus quia nocebit. Acuta ista sane: sed respon-
dere ad ea facile possumus. Imitatio enim nomi-
num facit, ut sic esse videatur. Nam & iustitia
imaginem habet stultitiae, non tamen est stulti-
tia: & malitia imaginem sapientiae, non tamen
sapientia est. Sed sicut malitia ista in conser-
uandis vitiis suis intelligens redargui vi-
detur, quia non sapientia, sed calliditas, & astu-
tia est: ita & iustitia non debet stultitia, sed in-
nocentia nominari: quia necesse est, iustum esse
sapientem, et eum, qui sit stultus, iniustum. Nam
neq; ratio, neq; natura ipsa permittit, ut is, qui
iustus est, sapiens non sit: quoniam iustus nihil
vitiq; facit, nisi quod rectum & bonum est: pra-
uum & malum semper fugit. Quis autem discer-

IP III

Adam
a

nere bonum & malum, prauum & rectum poterit, nisi qui sapiens fuerit? Stultus autē maleficus: quia bonum & malum quid sit, ignorat: ideo peccat, quia non potest praua & recta discernere. Igitur neque stulta iustitiam, neque iniusta sapientiam conuenire. Ergo stultus non est, qui nec tabula naufragum, nec equo saucium deserit: quia se abstinet à nocendo, quod est peccatum: peccatum autem vitare, sapientis est. Sed ut stultus prima facie videatur, illa res officit, quod extinguere animam cum corpore existimā: idcirco omne commodum ad hanc vitam referunt. Si enim post mortem nihil est, utique stultē facit, qui alterius animam parcat cum dispendio suae, aut qui alterius lucro magis, quam suo, consulit. Si mors animam implet, danda est opera, quo incundius commodiusque uiuamus: si autem vita post mortem superest aeterna & beata, hanc utique corporalem cum omnibus terrae bonis inuisus ac sapiens contemnet, quia sciet, quate à Deo sit premium recepturus. Teneamus igitur innocentiam, teneamus iustitiam, subeamus imaginem stultitiae, ut veram sapientiam tenere possimus. Et si hominibus videtur ineptum ac stultum, torqueri & mori velle, cum liberè liceat abire sine noxa nos tamē omni virtute, omniq; patientia fidem Deo exhibere nitamur. Non mors terreat, nec dolor frangat, quo minus vigor animi & constantia incossa seruetur. Stultos noceat, dummodo ipsi stultissimi

sunt, & cæci, & hebetes, & pecudibus æquales, qui non intelligunt esse mortiferum, relicto Deo vivo prosternere se atq; adorare terrena: qui nesciunt ex illis æternam pœnam mauere, qui figmenta insensibilia fuerint venerati: & eos, qui nec tormenta, nec mortem pro cultu, & honore veri Dei recusauerint, vitam perpetuam consecuturos. Hæc est fidelissima, hæc est vera sapientia, hæc perfecta iustitia. Nihil ad nos attinet, quid iudicent stulti, quid homunculi sentiant. Nos iudicium Dei expectare debemus, ut eos postmodum, qui de nobis iudicauerint, iudicemus.

De veto sacrificio.

CAP. II.

Dixi de iustitia, quid esset: sequitur, ut ostendam, quid sit verum sacrificium Dei, quis iustissimus ritus colendi: ne quis arbitretur, aut victimas, aut odores, aut dona presentia desiderari à Deo: à quo si farces, si sitis, si algor, si omnium rerum terrenarum cupiditas abest, non ergo vitur ijs omnibus, quæ templis, alijsq; fictilibus inferuntur: sed sicut corporalibus corporale, sic vique incorporalibus incorporale sacrificium necessarium est. Illis, quæ in usum tribuit homini Deus, ipse non indiget: & est omnis terra sub potestate ipsius: non indiget templo, cuius domicilium mundus est: non indiget simulacro, qui est & oculis & mente incomprehensibilis: non indiget terrenis luminibus, qui solem cum cæteris astris in usum hominibus potuit accendere. Quid igitur ab homine desiderat

siderat Deus, nisi cultum mentis, qui est purus
 & sanctus? Nam illa, quae aut digitis fiunt, aut
 extra hominem sunt, hoc sacrificium verum non
 est: nec quod ex arca, sed quod ex corde profer-
 tur: non quod manu, sed quod mente libatur. Hac
 acceptabilis victima est, quam de seipso animus
 immolat. Nam quid hostiae? quid thura? quid ve-
 ster? quid aurum? quid argentum? quid pretiosi
 lapides conferunt, si colentis pura mens non est?
 Sola ergo iustitia est, quam Deus expetit: in hac
 sacrificium, in hac Dei cultus est, de quo nunc
 mihi differendum est, docendumq; in quibus ope-
 ribus iustitiam necesse sit contineri.

De viis vitae, deque iustitiae officii, &
 primis mundi temporibus.

C A P. III.

DVas esse humanae vitae vias, nec Philoso-
 phis ignotum fuit, nec poëtis: sed eas utiq;
 diverso modo induxerunt Philosophi: alteram
 industriae, alteram inertiae esse voluerunt. Sed hoc
 minus rectè, cum eas ad solius vitae comoda re-
 tulerunt. Melius poëta, qui alteram iustorum, alteram
 impiorum esse dixerunt: Sed in eo peccant, quod
 eas non in hac vita, sed apud inferos esse aiunt.
 Nos utique rectius, qui alteram vitae, alteram
 mortis, & hinc tamem has vias esse dicimus: sed
 illa dexterior, qua iusti sunt gradientes, non in
 Elysium fert, sed in caelum: immortales enim
 sunt. Sinisterior ad tartarum: aeternis enim cru-
 ciatibus addicuntur iniusti. Veneranda est à no-
 bis

bis iustitie via, que ducit ad vitam: primum au-
tem iustitie officium est, Deum cognoscere, ut
parentem eumq; metuere, ut dominū: diligere,
ut patrem. Is est enim, qui nos genuit, qui vitali
spiritu animavit, qui alit, qui saluos facit. Ha-
bet in nos non modo ut pater, verumetiam ut
dominus licentiam verberandi, et vite ac necis
potestatem, unde illi ab homine duplex honor,
id est, amor cum timore debetur. Secundum iu-
stitie officium est, hominem agnoscere velut fra-
tre. Si enim idē Deus fecit, et vniuersos ad iu-
stitiam et ad vitam eternā pari conditione ge-
nerauit, fraternitq; necessitudine coheremus:
quam qui non agnoscit, iniustus est. Sed origo
huius mali, quo societas inter se hominum, quo
necessitudinis vinculum dissoluitur, est, quod ab
ignorantia veri Dei nascitur. Qui enim fontem
illum benignitatis ignorat, bonus esse nullo modo
potest. Inde est, quod ex eo tempore, quo mul-
ti Dū consisteri ab hominibus, coliq; ceperunt,
fugata est (sicut poëte aiunt) iustitia. Sic direm-
ptum est omne fœdus, dirempta societas iuris
humani, cum sibi quisq; consulere, ius in viribus
computare, nocere inuicem, fraudibus aggredi,
dolis circumscribere, cōmoda sua aliorum incom-
modis adaugere, nō cognatis, non liberis, nec pa-
rentibus parcere, ad nec hominum pocula tem-
perare, obsidere cum fitro vias, maria infestare,
libidini autem, quō furor duxerit, frenis laxare,
nihil deniq; sancti habere, quod cupiditas infus
da

da non violaret. Cum hæc fierent, tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se interim tutos ab iniurijs facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat, sed licentiam subponebat. Poterant enim leges delicta punire, conscientiam munire non poterant. Itaque quæ antè palam fiebant, clam fieri cœperunt. Circumscripti etiam iura: siquidem ipsi præsidēs legum, præmijs, muneribusq; corrupti, vel in remunerationem malorum, vel perniciosam iustorum sententias venditabant. His accedebant dissensiones, & bella, & mutue depredationes, & oppressis legibus seviendi potestas licentier assumpta. In hoc statu cum essent humane res, misertus est nostri Deus, revelavit se nobis, & ostendit, ut in ipso religionem, fidem, castitatem, misericordiam disceremus, legemq; divinam, quæ humana cum cælestibus copulat, tradente ipso Domino sumeremus: quæ lege universi, quibus irreligiosi sumus, errores cum vanis & impijs superstitionibus tollerentur. Quid enim homini debeamus, eadem illa, lex præscribit, quæ docet, qui quid homini præstiteris, Deo præstare. Sed radix iniustitiæ, & omne fundamentum equitatis est illud, Vido ut ne facias vlli, quod passi nolis: sed alterius animum de tuo metteris. Si acerbum est iniuriam ferre, & qui eam fecerit, ridetur intus, transfer in alterius personam quod in te sentis, & in tuam quod de altero iudicas: & intelliges tam te iniuste ficere, si alteri noceres,

noceas, quàm alterum, si tibi. Hæc si mente voluimus, innocentiam tenebimus: in qua iustitia velut in primo gradu consistit. Primus est enim, non nocere proximo, sed officiosè prodesse. Et sicut in rudibus agris prius quàm serere incipias, euulsis sentibus, & omnium stirpium radicibus amputatis, arua purganda: sic de nostris animis prius vitia detrahenda, & tunc demum virtutes inferenda, de quibus seminata per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur.

De affectibus.

C A P. IIII.

Tres affectus, vel (ut ita dicam) tres furie sunt, quæ in animis hominũ tantas perturbationes ciunt, & interdum cogunt ita delinquere, ut nec fama, nec periculi sui respectũ aut curam habere permittat: Ira, quæ vindictã cupit: Avaritia, quæ desiderat opes: Libido, quæ appetit voluptates. His vitijs resistẽdũ est, hæc stipes eruenda, ut virtutes feri possint. Hos affectus Stoici amputandos, Peripatetici tẽperandos putant. Neutri eorũ rectè: quia neq; detrãhi possunt, siquidẽ naturã insiti habent certam magnamq; rationem: neq; minui, quoniam si mala sunt, ceterandum est etsam temperatis & mediocribus: si bona, integri abutendum est. Nos verò neq; detrahendos, neq; minuendos esse dicimus. Non enim per se mala sunt, quæ Deus homini rationabiliter inseruit: sed cum sint utiq; natura bonæ, quoniam ad tuendam vitam sunt attributa, male vtẽdo fiunt mala: sicut, si fortis fame pro pa-

lra
lum.
virt
igiu
dam
met.
daci
pari
nor
furg
ren
ficiu
tun
fals
eru
dos
eiu
lup
flu
gen
m
her

C
no
ce
ga
no

ira dimices, bonum est: si contra patriam, malum. Sic & affectus, si ad usus bonos habeas, virtutes erant: si ad malos, vitia dicentur. Ira igitur ad coercionem peccatorum, id est, ad regenerationem subiectorum disciplinam data est à Deo, ut metus licentiam comprimat, & compefcat audaciam: & qui terminos eius ignorat, irascitur paribus aut fortioribus. Inde ad immania facinora profluitur inde ad cedes, inde ad bella confurgitur. Cupiditas ad desideranda & conquiritenda vitæ necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines eius, insatiabiliter opes cogere nituntur. Hinc venena, hinc circumscriptiones, hinc falsa testimonia, hinc omnium fraudum genera erupere. Libidinis autem affectus ad procreandos filios insitus & innatus est, sed qui limites eius animo non tenent, vtuntur eo ad solam voluptatem. Inde illicita nuptia, inde adulteria et supra, inde omnes corruptela oriuntur. Redigendi ergo sunt isti affectus intra fines suos, & in viam rectam redigendi: in qua etsi sunt vehementes, culpam tamen habere non possunt.

De voluptatibus sensuum coercendis.

C A P. V.

Cohibenda est ira cum patimur iniuriã, & ut malum comprimatur, quod ex certamine impedit, & ut duas maximas virtutes innocentiam & patientiam teneamus. Avaritia frangitur, cum habemus quod satis est. Qui enim fitior est, in his cogendis laborare, quæ aut latro-

enno

cinio, aut furto, aut proscriptione, aut morte ad alios facile sit peruenire? Libido extra legitimum torum non euagetur, sed creandis liberis feruiat. Appetentia enim nimia voluptatis, et periculi parit, et insaniam generat, et (quod est maxime cauendum) mortem incurrit eternam. Nihil est enim tam inuisum Deo, quam mens incesta, et animus impurus. Nec hac sola voluptate abstinendum sibi putet, que capiuntur ex sceminei corporis copulatione, sed et ceteris voluptatibus reliquorum, quia et ipse sunt vitiose, et eiusdem virtutis est, eas contemnere. Oculorum voluptas percipitur ex rerum pulchritudine: aurium, de vocibus canoris, et suspirationibus: narium, de odore iucundo: saporis, de cibis dulcioribus: quibus omnibus virius repugnare fortiter debet, ne his illecebris irrelisus animus, a celestibus ad terrena, ab eternis ad temporalia, a vita immortalis ad perpetuam pœnam deprimatur. In saporis et odoris voluptate hoc periculum est, quod trahere ad luxuriã potest. Qui enim fuerit huic deditus, aut non habebit ullam rem familiarem: aut si habuerit, absument, et agei postmodum vitam detestabilem. Qui autem rapitur auditu, (ut taceam de cœtibus, qui sensus ita sepe delinunt, ut etiam status mentis favore perturbetur, compositis certis orationibus, numerosisq; carminibus, aut argutis disputationibus) ad impios cultus facile traducitur. Inde est, quod scriptis celestibus, quia videntur incompta, non facile creduntur,

ditur: quia aut ipsi sunt disertii, aut diserta legere volunt, nec querunt vera, sed dubia: imò illis hæc videntur verissima esse, quæ auribus blandiuntur. Ita respiciunt veritatem, dum sermonis varietate capiuntur. Voluptas verò, quæ spectat ad visum, multiformis est. Nam quæ percipitur ex rerum pretiosarum pulchritudine, auaritiâ concitat, quæ aliena esse debet à sapiente, atque iusto: quæ autem capitur de specie mulierum, in alteram rapit voluptatem, de qua iam superius locuti sumus.

De innocentia, & præcepta eorum quæ vetantur.

C A P. V I.

Superest, de spectaculis dicere, quæ quoniam potentia sunt ad corrumpeudos animos, vitanda sapientibus, & cauenda sunt totaliter: quòd ad celebrandos Deorum honores inuenta memorantur. Nam munerum editiones Saturno factæ sunt. Scena, Liberi patris est. Ludi verò Circenses Neptuno dicati putantur, ut iam qui spectat, vel interest, relicto Dei cultu ad profanos ritus transisse videatur. Sed ego de re malo dicere, quam de origine. Quid iam horribile, tam tetrum, quam hominis trucidatio? Ideo seuerissimis legibus vita nostra multatur: ideo bella execrabilia sunt. Inuenta tamen consuetudo, quatenus homicidium sine bello ac sine legibus faciât, & hoc ut scelus vindicent. Quòd si interesse homicidio, sceleris conscientia est, & eodem facinore spectator obstrictus est, quo & admissor ergo

Et his gladiatorum sceleribus non minus cruore
 perfunditur qui spectat, quam ille, qui facit: nec
 potest esse immunus à sanguine, qui voluit effun-
 di: aut videri non interfecisse, qui interfectori
 et fauet, et premium postulavit. Quid scena?
 num sanctior? in qua Comœdia de stupris et
 amoribus: Tragedia de incestis et parricidijs fa-
 bulatur. Histrionici etiam impudici gestus, qui-
 bus infames feminas imitantur, libidines, quas
 saltando exprimunt, docent: an non minus cor-
 ruptela disciplinarum est? in quo sunt per ima-
 ginem, quæ non sunt, ut fiant sine pudore, quæ ve-
 ra sunt. Spectant hæc adolescentes: quorum lu-
 brica ætas, quæ frenari ac regi debet, ad vitia et
 peccata his imaginibus eruditur. Circus non in-
 nocentior assumatur, sed maior hic furor est: si-
 quidem mentes spectantium tanta fruntur in-
 sania, ut non modo in convicia, sed etiam in ri-
 xas, necnon et in praelia et contentiones sepe
 consurgant. Fugienda igitur omnia spectacula,
 ut tranquillum mentis statum tenere possimus.
 Renuntiandum noxijs voluptatibus, ne delicti
 suavitate passifera, in mortis liqueos incidat-
 mus. Plectet sola virtus, cuius merces immortalis
 est, cum vicerit voluptatem. Suppositis autem
 afflictibus, et perdomitis voluptatibus, facilis in
 comprimendis ceteris labor est ei, qui sic Deo, ve-
 ritatisque, sectator: non maleducet, inquam, qui
 expectabit à Deo benedictionem. Hic vitabit, ne
 Deum ludibrio habeat, sed ne iurabit quidem,

ne quando vel necessitate, vel consuetudine in-
 peritum cadat. Nihil subdolè, nihil dissimulan-
 ter loquetur: neque abnegabit, quod sponde-
 rit: neque promittet, quod facere non possit: non
 inuidebit cuiquam, qui de suo contentus: nec de-
 trahet, aut male alteri volet, in quem forsitan
 beneficia Dei prorsora sunt. Non furabitur: nec
 omnino quicquam concupiscet alienum: non da-
 bit in usura pecuniam. Hoc est enim, de alienis
 malis lucra captare: nec tamen negabit, si qui-
 dem necessitas cogit mutuari. Non erit asper in
 filium, nec in seruum: meminerit, quod ipse pa-
 trem habeat ac dominum. Ita cum his aget,
 quemadmodum secum agi vellet. Munera super-
 abundantia non recipiet a tenuioribus: nec enim
 iustum est augeri patrimonia locupletum per
 damna miserorum. Vetus præceptum est, non oc-
 cidere: quod sic accipi debet, non tanquam in-
 beamur ab homicidio tantum, quod etiam legi-
 bus publicis iubetur, manus abstinere, sed nec
 iustione interposita, nec verbo licebit periculum
 inferre, nec infantem necare, aut exponere, nec
 seipsum voluntaria morte damnare: item non
 adulterare. Sed hoc præcepto non solum corrumpere
 alienum matrimonium prohibetur, quod
 etiam communi gentium iure damnatur, verum
 etiam prostitutis corporibus abstinere. Supra i le-
 ges enim lex Dei est: ea quoque, quæ pro licitis
 habentur, vetat, ut iustitiam consummet. Eius-
 dem legis est, falsum testimonium non dicere:

ad 2

quod

quod & ipsum latius patet, si mendacium nocet ei, contra quem dicitur, & fallit eum, apud quem dicitur. Nunquam igitur mentendum est: quia mendacium semper aut fallit, aut nocet. Non est vir iustus, qui non sine noxa vitioso sermone mentitur. Hinc verò nec adulari licet: perniciofa est enim ac deceptrix adulatio: sed ubique custodiat veritatem. Que licet ad præfens fit insuavis, tamen cum fructus eius atque utilitas apparuerit, non odium pariet, (vt ait poëta) sed gratiam.

Præcepta eorum quæ iubentur: & de misericordia.

CAP. VII.

Dixi de ijs, quæ vetantur: dicam nunc breuiter, quæ iubentur. Innocentia proxima est misericordia. Illa enim malum non facit, & hæc bonum operatur: illa inchoat iustitiam, hæc complet. Nam cum imbecillior sit hominum natura, quam caterarum animantium, quas Deus & instructas ad inferendam, & munitas ad vim repellendam figurauit: affectum nobis misericordie dedit, vt omne præsidium vite nostræ in mutuis auxilijs poneremus. Si enim facti ab vno Deo, & orti ab vno homine, consanguinitatis iure sociamur: omnem igitur hominem diligere debemus. Itaq; non tantum inferre iniuriam non oportet, sed ne illatam quidem vindicare: vt sit in nobis perfecta innocentia. Ideo iubet nos Deus etiam pro inimicis precem facere semper. Ergo animal comune atq; consors esse debemus, vt nos inuicem præstanda, recipiendq; auxilijs

manus

muniamus. In multis enim casibus & incōmodis fragilitas nostra subiecta est. Speres tibi accidere, quod alteri accidit. Ita demum excitaberis ad opem ferendam, si sumpseris eius animum, qui opem tunc in malis constitutus implorat. Si quis victu indiget, impertiamur. Si quis à potentiori iniuriam sustinet, eruamus. Pateat domicilium nostrum vel peregrinis, vel indigentibus tecto. Pupillis defensio, viduis tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captiuos, magnanimi opus est: item egros pauperes visitare atque fouere. Inopes, aut pauperes (si obierint) non patiamur insepultos iacere. Hæc sunt opera, hæc officia misericordie: qua si quis perfecerit, verum & acceptum sacrificium Deo immolabit. Hæc litabilior victima est apud Deum: qui non pecudum sanguine, sed hominis pietate placatur: quem Deus (quia iustus est) sua & ipsum lege, sua & conditione persequitur, miseretur ei, quem viderit misericordem, inexorabilis est ei, quem precantibus cernit inimitem. Ergo ut hæc omnia, quæ Deo placent, facere possimus, contemnenda est pecunia, & ad caelestes transfrenda thesauros, ubi fur non effodiet, nec rubigo consumet, nec tyrannus eripiet: sed nobis ad æternam opulentiam Deo custode seruabitur.

De fide in religione, & fortitudine. deq; fide in matrimonio.

CAP. VIII.

Fides quoque, magna iustitiæ pars est: quæ maximè à nobis, qui nomen fidei gerimus,

ad] confer

*conseruanda est, præcipuè in religionem: quia
 Deus prior est, & potentior, quam homo. Et si
 est gloriosum pro amicis, pro parentibus, pro li-
 bera, id est, pro homine suscipere mortem, & qui
 hoc fecerit, diuturnam memoriam, laudemq; cõ-
 sequitur: quanto magis pro Deo, qui potest eter-
 nam vitam pro temporali morte prestare? Ita-
 que cum inciderit huiusmodi necessitas, ut disce-
 dere à Deo, atque ad ritus gentium transire co-
 gamur: nullus nos metus, nullus terror instet, at,
 quo minus traditam nobis fidem custodiamus.
 Deus sit ante oculos, sit in corde, cuius interno
 auxilio dolor viscerum, & adhibita corpori tor-
 menta superentur. Nihil tunc aliud, quam vita
 immortalis bramia cogitemus. Ita facile, etiam
 si dissipandi aut vrendi artus fuerint, tolerabi-
 mus, quæ in nos tyrannica dominationis amen-
 tia moletur. Postremo ipsam mortem non inui-
 ti, aut timidi, sed libentes, & interriti subire ni-
 tamur, ut qui scimus quali apud Deum gloria
 sumus functuri triumphato seculo ad promissa
 venientes. Quibus bonis quanta beatitudine
 breuia hac pœnarum mala, & huius vite da-
 mna pensamus. Quod si facultas huius glorie de-
 erit, habebit fides etiam in pace mercedem. Te-
 neatur ergo in omnibus vite officijs, teneatur in
 matrimonio. Non enim satis est, si alieno toro,
 aut lupanari abstineas. Qui habet coniugem, ni-
 hil querat extrinsecus: sed contentus ea sola, car-
 nem castiget: inuiolati cubiculi sacramenta custo-
 diat.*

diat. Adulter enim Deo est perinde atque incestus, qui abrecto iugo, vel in liberam, vel in servam peregrina voluptate luxuriat. Sed sicut femina castitatis vinculis obligata est, & ne aliud concupiscat, ita vir eadem lege teneatur, quò Deus & viro uxorem unius corporis compage solidavit. Ideo praecepit non dimitti uxorem, nisi crimine adulterij devictam: & nunquam conjugalis sœderis vinculum, nisi ruptum, resoluatur. Illud quoque ad consummandam pudicitiam iungitur, ut non modò peccatum absit, verum etiam cogitatio. Pollui enim mentem quamvis inani cupiditate, manifestum est. Itaque iustum hominem, qui scit se nec facere oportere nec vel-
le. Purganda est igitur conscientia, quam Deus pervidet, qui falli non potest. Evacuetur omni labe peccati, ut templum Dei esse possit: quod non auri, nec eboris nitor, sed fidei & castitatis fulgor illustrat.

De poenitentia, deq; animæ immortalitate

C A P. IX.

Sed enim haec omnia difficilia sunt hominibus. Nec patitur conditio fragilitatis naturae, esse quæquam sine macula. Vltimum ergo remedium illud est, ut confugiamus ad poenitentiam: quae non minimum locum inter virtutes habet, quia sui correctio est, ut cum forte aut re, aut verbo lapsi fuerimus, statim respiscamus, aut nos deliquisse fateamur, oremusq; à deo veniam: quam pro sua misericordia non negabit, nisi perseve-

rabimus in errore. Magnam est pœnitentia auxilium, magnum solatium illa est vulnerum, peccatorumq; sanatio: illa spes, illa portus salutis: quam quis tollit, viam vitæ sibi amputat: quia nemo esse tam iustus potest, ut nunquam sit ei pœnitentia necessaria. Nos verò, etiã si nullum sit peccatum, confiteri tamen debemus, et pro debitis nostris identidem deprecari, gratias agere etiã in malis. Hoc enim semper obsequium domino deframus. Humilitas enim tam chara & amabilis Deo est, ut cum angelis suscipiat peccatorem confitentem, quem in regnis celestibus faciat pro humilitate sublimari. Hæc sunt, quæ debet cultor Dei exhibere: hæc sunt victima, hoc sacrificium placabile: hic verus est cultus, cum homo mentis suæ pignora in aram Dei confert: summa illa maiestas hoc cultore letatur: hunc ut filium suscipit sibi: quia donum immortalitatis impartitur, de qua nunc mihi differendum est: & arguenda est persuasio eorum, qui extinguunt animas cum corporibus putauerunt. Quis quia nec Deum sciebant, nec arcanum mundi perspicere poterat, ne hominis quidem, animæq; rationem comprehenderant. Quomodo enim possent sapientia providere, qui scientiam nullo modo habebant? Negantes ergo providentiam, utique Deum, qui fons & caput eius est, negauerunt: sequebatur, ut ea, quæ sunt, aut semper fuisse dicerent, aut sua sponte esse nata, aut minutorum seminũ conglabratione coacta. Semper fuisse, dici

non

non potest, quia quicquid est, esse sine aliquo ini-
 tio non potest. Sua sponte autem nihil nasci potest:
 quia nulla est sine ratione natura. Semina enim
 principalia quomodo esse potuerunt, cum et se-
 mina exordijs oriantur, et vicissim res ex semi-
 nibus? Nullum igitur semen est, quod originem
 non habeat. Sic factum est, ut cum putarent, mun-
 dum nulla providentia factum, ne hominem qui-
 dem putarint aliqua ratione generari. Quod si
 nulla esset in fingendo homine ratio versata, mor-
 talem igitur animam esse posse. Alij vero ex ad-
 uerso, et Deum esse unum, et ab eo mundum et
 hominem esse factum, et animas immortales exi-
 stimauere. Sed cum ea senserunt, ij tamen diuini
 operis atque consilij nec causas, nec rationes, nec
 exitus perspexerunt, ut omne veritatis arcenum
 consummarerent, atque veluti sine concluderent. Sed
 quod illi facere non potuerunt, quia veritatem per-
 petuo non tenebant, nobis faciendum est, qui eam
 cognouimus, Deo annuntiantes. Consideremus igitur,
 quae ratio fuerit huius tanti, tamque immensi
 operis fabricandi. Fecit Deus mundum, sicut Pla-
 to existimauit: sed cur fecit, non ostendit. Quia
 bonus, inquit, et inuidens nulli, fecit quae bona
 sunt. At qui videmus in rerum natura et bona
 esse et mala. Potest ergo existere perversus ali-
 quis, qualis fuerit ad ille Theodorus, et Pla-
 toni respondere: Ino, quia malus est, fecit quae
 mala sunt. Quomodo illum redarguet? Si quae
 bona sunt, Deus fecit: unde igitur tanta mala

eruperunt? quae plerumque etiam bonis prevalent. In materia, inquit, continebantur. Bona igitur et mala, aut nihil fecit Deus. Si bona tantum fecit, aeterniora sunt mala quae facta non sunt, quam bona, quae habuerunt exordium. Finem igitur habebunt, quae aliquando ceperunt: et permanebunt, quae semper fuerunt. Mala igitur potiora sunt. Si autem potiora esse non possunt, ne aeterniora quidem possunt. Ergo aut utraque semper fuerunt, et Deus otiosus: aut utraque ex uno fonte fluxerunt. Est enim conveniens, ut Deus omnia fecerit potius quam nihil. Ergo, secundum sententiam Platonis, ideo Deus, et bonus est, qui et bona fecit: et malus, quia mala. Quod si fieri non potest, apparet, non ideo factum esse mundum, quia mundus bonus est. Quoniam enim simplex est bona, et mala, nec fecit propter se quicquam, sed propter aliud. Domus enim aedificatur non ad hoc solum, ut sit domus, sed ut suscipiat, et teneatur habitantem. Item navis fabricatur non ad hoc, ut navis videatur, sed ut in ea possint homines navigare. Vasa autem fiunt non ut vasa sint solum, sed ut capiant quae sunt usus necessaria. Sic et mundum Deus ad usum aliquem fecerit, necesse est. Stoici aiunt causa hominum factum esse: et recte. Homines enim fruuntur his omnibus bonis, quae mundus in se continet. Sed, ipsi homines cur facti sint, aut quis in illis habeat illa fabricatrix providentia, non explicant. Immortales esse animas, idem Plato

affir

affirmat: sed cur, aut quando, aut quomodo, aut per quē immortalitatem assequatur, aut quidnam tātum illud mysterium: cur ū, qui sunt immortales futuri, prius mortales nascantur, d. inde decurso temporis vita spatio, atq; abiectis fragillum corporum exuijs, ad eternam illam beatitudinem transferantur, non compre' edit. Deniq; nec iudicium Dei, nec discrimen iusti & iniusti explicauit, s. d. animas, que se sceleribus immiserint, hactenus condemnari putauit, vt in pecudibus renascantur, & ita peccatorum suorum lute pœnæ, donec rursus ad figuras hominum reuertantur: & hoc fieri semper, nec citra finem transmeandi, ludum mihi nescio quem iudicis somnio similem, cui nec ratio vlla, nec Dei gubernatio, nec consilium aliquod inesse videatur.

De Deo, mundo, hominib; deq; animæ immortalitate.

C A P. X.

Dicam nunc que sit illa sententia, quam nec ū quidem, qui vera dixerunt, collatis in vnum causis atq; fictionibus connectere poterunt. Factus à Deo mundus, vt homines nascerentur: nascuntur autē homines, vt Deū patrem agnoscant, vt colant, in quo iustitia est: colūt, vt mercedē immortalitatis accipiant: accipiunt immortaliatē, vt in eternū Deo seruiant. Vidēne, quemadmodū sibi cōnexa sint & prima cū medijs, & media cū extremis? Inspiciatur singula: & videamus, vtrūne illis ratio quoque substet. Fecit ergo Deus mūdum propter hominem.

Hoc

Hoc qui non videt, non multum distat à pecude. Quis celum suspicit nisi homo? Quis solem? Quis astra? Quis opera Dei miratur, nisi homo? Quis colit terram? Quis ex ea fructum capit? Quis nauigat mare? Quis pisces, quis volatilia, qui quadrupedes habet in potestate, nisi homo? Cuncta igitur propter hominē Deus fecit: quia vsui hominū cuncta cessere. Rectè ergo viderunt philosophi: sed illud, quod sequitur, nō viderunt, quòd ipsum hominē propter se fecerit. Erat enim consequens & necessarium & pium, vt cū hominis causa tantā operam molitus sit, cū tantum illi honorū, tantū illi potestatis tribuerit, vt dominetur mundo, homo agnosceret dominū, tantorū beneficiorū autorem, qui fecit mundum propter ipsum, & ei cultū, & honorem debitum redderet. Hic Plato aberravit: hic perdidit, quā primum arripuerat, veritatem: cū de cultu eius Dei, quem conditorem rerum ac parentem fatebatur, obtruncit, nec intellexit, hominē Deo potestati vinculis esse religatū: vnde ipsa religio nominatur. Et hoc est solū propter quod immortales anime fiant. Sensit tamē aternas esse: sed nō per gradus ad eam sententiā descendit. Amputatis enim medijs, incidit in totius rei veritatem quasi per abruptum aliquod precipitium: nec ulterius progressus est, quoniam casu ad eam, nō ratione, peruenerat. Colendus est igitur Deus, vt per religionem, qua eadem iustitia est, accipiat homo à Deo immortalitatem: nec est vllum aliud

aliud premium pie mentis: que, si est inuisibilis non potest ab inuisibili Deo nisi inuisibili mercede donari. Plurimis vero argumētis colligi potest, eternas esse animas. Plato ait, quod per se ipsum mouetur, neq; principium motus, neq; finem posse habere: animū autem hominis per se semper moueri, quia sit ad cogitandum mobilis, ad inueniendum solers, ad percipiendum facilis, ad discendum capax, ut qui praterita teneat, presentia comprehendat, futura prospiciat, multarumq; rerum & artium scientiam complectatur, immortalē esse: siquidem nihil habeat in se terreni pōderis labe concretū. Praterea, ex virtute, an voluptate intelligitur eternitas anima? Voluptas omnis, communis animalibus: virtus, solius est hominis: illa vitiosa est, haec honesta: illa secundū naturam, haec aduersa naturae, nisi anima immortalis est. Virtus enim pro fide, pro iustitia nec egestatem timet, nec exilium metuit, nec carcerem perhorrescit, nec dolorem reformidat, nec mortē recusat: que quia natura contraria sunt, aut stultitia est virtus, si & commoda impedit, & vita nocet: aut si stultitia non est, ergo anima immortalis est, & ideo presentia bona contemnit, quia sunt alia potiora, qua post dissolutionē sui corporis assequatur. Illud autem maximum argumentum immortalitatis, quoddam Deum solus homo agnoscit. In mutis nulla suspicio religionis: quia terrena prospiciunt. Homo ideo rectus calum aspicit, ut Deū querat. An

potest

potest ergo esse mortalis, qui immortalem desiderat? Non potest esse solubilis, qui cum Deo & vultu & mente communis est. Deniq; celestis elemento, quod est ignis, homo solus vitur. Si enim lux per ignē, vita per lucem: apparet eum, qui usum ignis habet, nō esse mortalem: quoniā id illi proximum, id familiare est, sine quo non potest nec lux, nec vita consistere. Sed quid argumenti colligimus aternas esse animas, cum habeamus testimonia diuina? Id enim sacra litera ac voces prophetarū docent. Quod si cui parum videatur, legat carmina Sibyllarum: Apollinis quoq; Musesij responsa consideret: ut intelligat delirasse Democritum, & Epicurum, & Dicaearchum, qui soli omnium mortalium, quod est cui dedit, negauerūt. Confirmata immortalitate, superest dicere, à quo ei tribuatur: cum certa & constituta diuinitus tempora completaeperint: & interitum & consummationē rerum fieri necesse est, ut inuouetur à Deo mundus. Id verò tempore in proximo est, quarum de numero aeternorum, d' q; signis, quae praedicta sunt à philosophis, colligi potest. Sed cum sint innumerabilia, quae de fine seculi, & cōsummatione temporum dicta sint, ea ipsa, quae dicuntur, nuda ponenda sunt, quoniā (ut testimonij testamur) immensum est. Si quis illud desiderat, aut nobis minus credit, adeat ad sicutarium celestium literarū, quarum fide instructior, trasse philosophos sentia, qui aut aeternum esse hunc mundū, aut infinita esse

annos

annorum millia perauerant, ex quo fuerit in-
structus. Nōdum enim sex millia completa sunt:
quo numero consummato, cum demū malum o-
mne tolletur, ut regnet sola iustitia. Quod quo-
tenus euenturum sit, paucis explicabo.

De postremis temporibus. CAP. XI.

Hec à prophetis, & à vaticiniis futura di-
cuntur: Cū coeperit mūdo finis vltimus pro-
pinquare, malitia inualefcet: omnia vitiorum &
fraudū genera crebrescet: iustitia interibit: fides,
pax, misericordia, pudor, veritas non erit: vis, et
audacia preualebit: nemo quicquā habebit, nisi
male partū, manuq; defensum. Si qui erūt boni,
prede ac ludibrio habebūtur. Nemo pietatē pa-
rētib; exhibebit: nemo infantis aut senis mise-
rebitur: auaritia, libido & iniurta corrūpet: erunt
caedes, & sanguinis effusiones: erūt bella nō nō-
dō externa & finitima, verū etiā intestina.
Civitates inter se belligerabūt: omnis sexus &
omni etas arma tractabūt. Nō imperij dignitas
conseruabitur, nō militiæ disciplina: sed more la-
trocinij depraedatio et vastatio fiet. Regnū mul-
tiplicabitur, & decē viri occupabūt orbē, et par-
tientur, & vorabūt: & exister longē potētiōr ac
nequior, qui tribus ex eo numero deletis Asiam
possidēbit: ceteris in potestate sua reductis, &
absentis, vorabit omnē terram: leges nouas sta-
tuet, veteres abrogabit. Rempub. suā ficter no-
men imperij, sedemq; mutabit. Tūc erit tempus
infandum, & execrabile, quo nemini libeat vi-

uere,

*Cautē le-
ge hoc
caput.*

vere. Deniq; in eum statum res cadet, vt omnes
 viuos lamentatio, mortuos gratulatio sequatur.
 Ciuitates, & oppida interibunt, modo ferro &
 igni, modo terræ motibus crebris, modo aquarū
 inundatione, modo pestilentia & fame. Terra
 nihil feret, aut rigoribus nimijs, aut caloribus
 sterilis. Aqua omnis partim mutabitur in cruo-
 rem, partim amaritudine vitabitur: vt nihil sit
 nec ad cibos vtile, nec ad potum salubre. His ma-
 lis accedent prodigia hominibus ad timorē. Co-
 meta crebro apparebunt. Sol perpetuo squalore
 fuscabitur. Lunam color sanguinis obumbrabit,
 nec amissa lucis damna reparabit. Stellæ omnes
 decident: nec temporibus sua ratio constabit,
 hyeme ac æstate cōfusa. Tunc & annus, & mē-
 sis, & dies breuiabitur. Et hanc esse mundi se-
 neclutē & deflectionē, Trismegistus elocutus est:
 quæ cū venerit, adesse tempus sciēdum est quo
 Deus ad commutandum seculū reuertatur. In-
 ter autem hæc mala surget rex impius nō modo
 generi hominum, sed etiam Deo inimicus. Hic
 reliquias illius prioris tyranni conteret, crucia-
 bit, vexabit, interimet. Tunc etiam lacrymæ, lu-
 elus, & gemitus perpetes, & ad eum cassæ pre-
 ces: nulla requies ad formidinem, aut somnum ad
 quietē. Dies cladem, nox metus augebit semper.
 Sic orbis terrarū penē ad solitudinem hominū
 redigetur. Tunc impius iustos homines, ac dedi-
 tos Deo duobus & quadraginta mensibus per-
 sequetur: & se coli iubebit, vt deum. Se enim
 dicit.

dicet esse Deū, cū sit Antichristus: qui vt aduersari ei possit, accipiet potestatem mirabilia faciendi, vt ignis descendat de celo, vt sol desinat a cursu, vt imago, quā posuerit, loquatur. Quibus prodigijs alliet multos, vt adoret eū: signumq; eius in manu aut fronte suscipiant. Et qui non adorauerit, signumq; susceperit, exquisitis cruciatibus morietur. Ita ferē duas partes exterminabit: tertia in desertas solitudines fugiet. Sed ille proterua implacabili furēs adducet exercitū, & obsidebit montē, quō iusti cōfugerint. Qui cū se viderint circumfessos, implorabunt auxiliū Dei voce magna: & audiet eos Deus, & immittet eis liberatorem. Tunc calum intempesta nocte patefiet, & descendet Christus in virtute magna: & antecedet eū claritas ignea, & virtus inestimabilis angelorum: & exstinguetur omnis illa multitudo impiorum: & torrentes sanguinis current: & ipse ductor effugiet: atq; exercitū sepe reparato, quartum prælum faciet, quo captus cum ceteris tyrannis tradetur exustioni. Sed & ipse demonū princeps, autor & machinator malorum catenis igneus alligatus, custodia dabitur, vt pacem mundus accipiat: vt reuocata seculis terra requiescat. Pace igitur parta, compressoq; omni malo, rex ille iustus & rictor, iudicium magnum de viuīs & mortuis faciet: super terram: & viuētib; quidem iustis tradet in seruitutem gentes vniuersas: mortuos autem ad eternam vitam suscitabit: & in terra

cum his ipse regnabit, & condes sanctā ciuita-
 tem: & erit regnum iustorū mille annis. Per idē
 tempus stelle cadidiores erunt, & claritas Solis
 augetur, & Luna non patietur diminutionem.
 Tunc descendet à Deo pluuia benedictionis ma-
 tutina, & vespertina: & omnem frugem terra
 sine labore hominum procreabit. Stillabūt mella
 de rupibus: lactis & vini fontes exuberabunt.
 Bestia deposita feritate mansuescent: lupus inter
 pecudes errabit innoxius: vitulus cum leone pa-
 scetur: columba cum accipitre cōgregabitur: ser-
 pens vitru non habebit: nullum animal viuet ex
 sanguine. Omnibus enim Deus espiosum atque
 innocentē victum dabit. Peractū verō mille an-
 nis, ac resoluto demonum principe, rebellabunt
 gentes aduersus iustos, & veniet innumerabi-
 lis multitudo ad expugnandā, delendamq; san-
 ctorū gentem. Concurret enim à fundamētis suis
 terra, & corruent ciuitates: & pluet super im-
 pios ignem cum sulphure & grādine: & arde-
 bunt, & se inuicem trucidabunt. Iusti verō pau-
 lisper sub terra latebūt, donec perditio fiat gen-
 tium: & exhibunt post diem tertium, & vid-būt
 campos cadaueribus opertos. Tunc fiet terramo-
 tus, & scindent se montes, & subsident in lati-
 tudine vallīs profunde, & cōgerentur in ea cor-
 pora mortuorū: et vocabitur nomē eius *ωλυάρι-
 ος*. Post haec renouabit mundum, & transfor-
 mabit iustos in figurā angelorū: vt immortalitā-
 tis veste donati, seruiant Deo in sempiternū. Tūc
 enim

enim impij resurgunt non ad vitã, sed ad pœnã:
eisq; secunda resurrectio facta Deum excitabit,
ut ad perpetua tormenta damnet, æternũ ignẽ
bus tradici, merita pro sceleribus suis soluant.

Adhortatio.

CAP. XII.

HÆc omnia vera, omnium consensu admi-
nistatione prædicta, cum eadẽ Trisnegi-
stus, eadem Hydaspes, eadẽ Sibylla cõcinnuerint,
dubitari non potest. Cura, spes omnes vitæ ac sa-
lutis, in sola religione Dei sunt posita. Itaq; nisi
homo susceperit, quem Deus ad liberationẽ mi-
ssit, qui missus est nisi summum Deum per eum
cognouerit, mandata eius, legesq; seruauerit, in
eas incidet pœnas, de quibus loquuti sumus.
Proinde fragilia cõtenuenda sunt, ut solida cõ-
sequamur: spernenda terrena, ut celestibus one-
remur: temporalia fugienda, ut ad æterna venia-
mus. Erudiat se quisq; ad iustitiam, firmet ad
continentiam, præparet ad agonem, instruatur ad
virtutem: ut si fortè aduersarius indixerit bellũ,
nulla vi, nullo terrore, nullis crucialibus a recto
et bono diuellatur: nõ se substernat insensibili-
bus figmentis: sed verum, et solum Deũ rectus
cognoscat: abiciat voluptates, quarum illecebris
anima sublimis deprimatur ad terrã: teneat in-
nocentiam: profit quamplurimis incorruptibilibus
sibi thesauros boni operibus acquirat, ut possit
Deo iudice pro virtutis sue meritis vel coronari
fidei, vel pramium immortalitatis adipisci.

B I N I S

b z

L. COELII LA-

LIBROS CTANTII FIR-

DEL DR.

miani

L. MARCO

PHOENIX.



ST locus in primo felix oriente
remotus,

Qua patet aeterni ianua celsa
pols:

Nec tamen aestuos, hyemisq; pro
pinquus ad ortus:

Sed qua sol verno fundit ab axe diem.

Illic planities tractus diffundit apertos,

Nec tumulus crescit, nec caua vallis hiat:

Sed nostros montes, quorum iuga celsa putatur,

Per bis sex vltimas eminet ille locus.

Hic solis nemus est, & consitus arbore multa

Lucus perpetuae frondis honore paret.

Cum Phaethontaeis flagrasset ab ignibus axis,

Ille locus flammis inuiolatus erat.

Et cum diluuium mersisset fluctibus orbem,

Deuocationeas exuperavit aquas.

Non huc exanguis morbi, non agra senectus,

Nec mors crudelis, nec metus asper adit,

Nec scelus insiduum, nec opum vesana cupido,

Aut Mars, aut ardens cadis amore furor:

Luctus acerbus abest, & egestas obsita pannis,

Et cure insomniae, & violenta fames.

Non ibi tempestas, nec vis furit horrida venti,

Nec

Nec gelido terram rore pruina tegit.
 Nulla super campos tendit sua velleræ nubes,
 Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.
 Sed fons in medio est, quem vini nomine dicunt,
 Perspicuus, lenis, dulcibus vber æquit.
 Qui semel erupens per singula tempora mensum,
 Duodecies vndis irrigat omne nemus.
 Hic genus arborum procero stipite surgens,
 Non lapsura solo mitia poma gerit.
 Hoc nemus, hos lucos avis incolit vnicæ Phœnix,
 Vnicæ, sed vivit morte refecta sua.
 Paret et obsequitur Phœbo memoranda satellites.
 Hoc natura parens munus habere dedit.
 Lutea cum primum surgens aurora rubescit,
 Cum primum rosea sidera luce fugat,
 Ter quater illa piæ immergit corpus in vndas:
 Ter quater è vino gurgite libat aquam.
 Tollitur, ac summo concedit in arboris alta
 Vertice, quæ totum despicit vna nemus:
 Et conversa novos Phœbi nascentis ad ortus,
 Expectat radios, & iubar exoriens.
 Atque vbi sol pepulit fulgentis limina portæ,
 Et primi emicuit luminis aura leuis;
 Incipit illa sacri modulamina fundere cantus,
 Et mira lucem voce cedere novam.
 Quam nec Iudææ voces, nec tibia possit
 Musica Cyrrhæis assimilare modis.
 Sed neq; olor moriens imitari posse putatur,
 Nec Cyllenæ filia canora tyra.
 Postquæ Phœb' equos in aperta refudit olympi
bb 3
Atq;

Atq; orbem totum protulit vsq; means:
 Illa ter alarum repetito verbere plaudit
 Non errabilibus nocte dieq; sonis.
 Atq; eadem celeres etiam discriminat horas,
 Igniferumq; caput ter venerata silet.
 Antistes nemorum, et luci veneranda sacerdos,
 Et sala arcanis confisa Phæbe tuis:
 Que postquam vite iam mille peregerit annos,
 Ac se reddiderint tempora longa gravem,
 Vt repararet lassum spatium vrgentibus animum,
 Assueti nemoris dulce cubile fugit.
 Cumq; reuascendi studio loca sancta reliquit,
 Tunc petit huc orbem, mors vbi regna tenet.
 Dirigit in Syriam celeres longæua volatus,
 Phœnicis nomen cui dedit ipsa vetus.
 Secretosq; petit deserta per auiæ lucos,
 Hic vbi per saltus sylua remota latet.
 Turs legit ærio sublimem vertice palmam,
 Que gratum Phœnix ex aue nomen habet:
 Quæ nec dæte nocens animal perrumpere possit,
 Lubricus aut serpens, aut auis vlla rapax.
 Tum ventos claudit pendentibus Æolus antris,
 Ne violenti flabris aëra purpuream,
 Neu concreta Noto nubes per inania calis
 Summoueat radios solis, & obsit aui.
 Construit inde sibi seu nidum, siue sepulcrum:
 Nam petit, vt vivat, se tamen ipsa creat.
 Colligit hinc succos, & odores diuite sylua,
 Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs,
 Quos aut Pyzmeæ gentes, aut India carpit,
 Aut

Aut molli generat terra Sabæa sinu.
 Cinnama dehinc, aurâq; procul spiranti amomi
 Congerit & misto balsama cum folio.
 Non casie mitis, nec oleatis vimen acanthi,
 Nec thuris lacryma, guttaq; pinguis abest.
 His addit teneras nardi pubentis aristas,
 Et sociat myrrhæ pascua grata nimis.
 Protinus in strato corpus mutabile nido,
 Vitaliq; toro membra quæta locat.
 Ore dehinc succos membris circumq; supraq;
 Inijcit, exequijs immortalura suis.
 Tunc inter varios animam commendat odores,
 Depositi tanti nec timet illa fidem.
 Interea corpus genituli morte peremptum
 Aëstuat, & flammæ parturit ipse calor.
 Aëriq; procul de lumine concipit ignem,
 Flagrat, & ambustum soluitur in cinerem.
 Hos velut in massam cineres in morte coactos
 Constat, & effectum seminis instat habet.
 Hinc animal primùm sine membris fertur oriri:
 Sed fertur vernis lacteus esse color.
 Crenit in immensum subito cum tempore certo,
 Seq; oui tereti colligit in speciem.
 Inde reformatur, qualis fuit antè figura,
 Et Phœnix ruptis pullulat exuujs.
 At velut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,
 Mutari penna papillione solent.
 Non illi cibus est nostro concessus in orbe,
 Nec cuiquam implumem pascere cura subest.
 Ambrosios libat celsi nectare rores,

Stellifro teneri qui cecidere polo.
 Hos legit, hi medijs alitur in odoribus ales,
 Donec maturam proferrat effigiem.
 Ast ubi primæua cœpit florere iuuenta,
 Evolat ad primas iam reditura domos.
 Antè tamè, proprio quicquid de corpore restat,
 ossaq; vel cineres, exuviasq; suas,
 Vngvine balsameo, myrrhaq; & thure soluto
 Condit, & in formam conglobat ore pio.
 Quam pedibus gestans contendit Solis ad ortum,
 Inq; ara residens, ponit in æde sacra.
 Mirandam sese præstat, præbeiq; videnti,
 Tantus ibi decor est, tantus abundat honor.
 Principio color est, qualis sub sydere cali,
 Nitida quem croceo punica grana legunt.
 Qualis inest folijs, quæ fere agreste papaver,
 Cùm pendens vèstit sole rubente polus.
 Hoc humeri, pectusq; decens velamine fulgens,
 Hoc caput, hoc ceruix, summaq; terga nitent.
 Caudaq; porrigitur fulvo distincta metallo,
 In cuius maculis purpura mista rubet.
 Clarum inter pennas insigne est desuper, Iris
 Pingere ceu nuben desuper alta solet.
 Albicat insignis misto viriditate smaragdo,
 Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
 Ingentes oculos credas, geminosq; hyacinthos,
 Quorum de medio lucida flammaminat.
 Equatur toto capiti radiata corona,
 Phœbei restrens verticis alta decus.
 Crura tegunt squame flavo distincta metallo.

Ast unguis roseus pingit honore color.
 Effigies inter Pannoni mista figuram
 Cernitur, & mistam Phasidis inter avem.
 Magnicem, terris Arabum que gignitur aler,
 Vix equare potest, seu fera, seu sit avis.
 Nō in est tarda, ut volucres, quæ corpore magno
 Incessus pigros pergrauè pondus habent,
 Sed leuis, & velox, regali plena decore,
 Talis in aspectu se exhibet usq; hominum.
 Consenit Aegyptus tanti ad miracula visus,
 Et raram volucrem turba salutat ouans.
 Protinus inscalpunt sacrato in marmore formã,
 Et sionant titulo remq; diemq; nouo.
 Contrahit in cœlum sese genus omne volantum,
 Nec preda memor est vlla, nec vlla metus.
 Alituum stipata choro volat illa per altum,
 Turbaq; profequitur munere lata pio.
 Sed postquam puri peruenit ad atheris auras,
 Mox redit ista, suis conditur ille locis.
 Hec fortunata sortis, fatiq; volucris,
 Cui de se nasci præstitit ipse Deus.
 Fœmina, vel mas hæc, vel neutrum sit magis felix,
 Felix, quæ Veneris fœd, ra nulla colit.
 Ators illi Venus est, sola est in morte voluptas,
 Ut possit nasci, hæc appetit antè mori.
 Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus hæres,
 Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
 Ipsa quidē, sed nō eadē, quia et ipsa, nec ipsa est
 Eternam vitam mortis adeptæ bono.

bb s EIVS

EIVSDEM DE RESURRECTIONIS

dominicæ die.



*Alue festâ dies, toto venerabili
quo,
Qua Deus infernum vicit, & astra
tenet.*

*Tempora florifero rutilant distincta sereno,
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius ignivomum solem cæli orbita ducit,
Qui vagus oceanas exit & intrat aquas:
Armatus radijs elementa liquentia lustrant,
Hac in nocte brevis tendit in orbe diem.
Splendidi sincero producunt æthera vultu,
Letitiamq; suam sydera clara probant.
Terra ferax vario fundit munuscula cultu,
Cum bene vernarit, reddit & annus opes.
Mollia purpureum pingunt violaria campum:
Prata virent herbis: & micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum:
Floribus arrident gramina cuncta sua.
Semine deposito late seges exilit arvis,
Spondens agricolæ vincere posse fumem.
Caudice deserto, lacrymar sua gaudia palmes:
Vnde merum tribuat, dat modo vitis aquam.
Cortice de matris tenera lanugine surgens
Preparat ad partum turgida gemma sinum.
Subq; hyemis tempus foliorum crine refuso,
Iam reparat viridans frondea tecta nemus.*

M. J. S.

*Mista salix, abies, corylus, filix, vlm^o, acer, nux,
 Plaudit quaq; suis arbor amœna comis.
 Constructura fauos apis hinc aluearia linguës,
 Floribus instrepitans poplite mella rapit.
 Ad cantus reuocatur auis, que carmine clauso
 Pigrior hyberno frigore muta fuit.
 Hinc Philomela suis attemperat organa cannis,
 Fitq; repercussio dulcior aura mœto.
 Ecce renascentis testatur gratia mundi,
 Omnia cum domino dona reddisse suo.
 Namq; triumphanti post tristia tartara Christo
 Vndiq; fronde nemus, gramina flore fauent.
 Legibus inferni oppressis, super astra meantem
 Laudat ritè Deum lux, solus, arua, fretum.
 Qui crucifixus erat, Deus ecce per oia regnat:
 Dantq; creatori cuncta creata precem.
 Mobilitas anni, mensum, lux alma dierum,
 Horarum splendor, stridula cuncta fauent.
 Hinc tibi sylua comis, plaudit quoq; cœp^o aristis:
 Hinc grates tacito palmitè vitu agit.
 Hinc tibi nunc auium resonat virgula susurra,
 Hæc inter nimio passer amore canit.
 Christe salus terræ, bonæ cœditor, atq; redemptor,
 Vnica progenies ex deitate patris,
 Irrecitabiliter manans de corde parentis,
 Verbum subsistens, & patris ore potens.
 Aequalis, concors, socius, cum patre coævus,
 Quo sumpsit mundus principe principium.
 A heræ suspèdis, sola congeris, æquora fundis,
 Quæq; loci habitant, que moderata vigent.
 Qui*

Quis genus humanū cernēs mersū esse profundo,
 Vt hominem eriperes, es quoq; factus homo.
 Nec nostro tantū voluisti ē corpore nasci,
 Sed raro, qua nasci pertulit atq; mori,
 Funeris exequias patri nouus autor & orbis,
 Intra mortis iter dando salutis opem.
 Tristia cessarunt inferne vincula legis,
 Expauitq; chaos luminis ore premi.
 Depereant tenebræ Christi fulgore fugata,
 Æterne noctis pallia crassa cadunt.
 Sollicitā sed redde fidem, precor alma potestas,
 Tertia lux redijt, surge sepulte meus.
 Non decet, vt vili tumulo tua membra regātur
 Non pretium mundi vilia saxa premant.
 Indignum est, cuius clauduntur cuncta pugillo,
 Vt tegat inclusum rupe vetante lapis.
 Lincea tolle, precor: sudaria linquo sepulcro:
 Tu satis es nobis, & sine te nihil est.
 Solue catenatas inferni carceris umbras,
 Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.
 Redde tuam faciem, videant vt secula lument:
 Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.
 Sed planè implesti remeans pie victor olympū:
 Tartara pressai acent, nec sua iura tenent.
 Inferus insaturabiliter caua guttura pandens,
 Qui raperet semper, sic tua prada Deus.
 Eripis innumerum populum de carcere mortis:
 Et sequitur liber, quō suus autor abis.
 Euomit absorptam pauide fra bellua plebem,
 Et de fauce lupi subtrahit agnus oves,

Hinc

Hinc tumulū repellēs post tartara carne resūpta
 Belliger ad celos ampla trophæa refert.
 Quos habuit pœnate chaos, iam reddidit iste:
 Et quos mors peteret, hos noua vita tenet.
 Rex sacer ecce tui radiat pars magna trophæi,
 Cūm parat animas sacra lauacra beant.
 Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
 Atq; vetus vitium purgat in amne nouo.
 Fulgentes animas vestu quoq; candida signat,
 Et grege de niueo gaudia pastor habet.
 Additur hac felix concors mercede sacerdos,
 Qui dare vult domino dupla talenta suo.
 Ad meliora trahens gentili errore vagantes,
 Bestia ne raperet, munit ovile Dei.
 Quos prius Eua nocēs infecerat, hos modo reddit
 Ecclesia pastor vberē lacte sinu.

F I N I S.

L A C T A N T I I

F I R M I A N I C A R M E N

de Passione Domini, quod in ve-
 cultis exemplaribus inueni-
 mus, hic addendam
 curauimus.

LIBROS
 DEL DR.
 MARCO



Visquis ades, mediūq; subis in limine
 templi,
 Siste parum, insontemq; tuo pro cri-
 mine passum,

Respice me, me cōde animo, me in pectore serua.
 Ille ego, qui casus hominum miseratus aerbos

Huc

Huc veni, pacis promissa interpret, & ampla
 Communis culpe venia: hic clarissima ab alto
 Reddita lux terris, hic alma salutis imago,
 Hic tibi sum requies, via recta, redemptio vera,
 Vexillumq; Dei, stenum, & memorabile furi.
 Te propter, vitamq; tuam sum Virginis aluum
 Ingressus, sum factus homo, atq; horrentia passus
 Funera, nec requie terrarum in finibus vsquam
 Inueni, sed vbiq; minas, sed vbiq; labores.
 Horrida prima mihi in terris magalia Iuda
 Hospitia in partu, socięq; fuere parenti.
 Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum
 Arida in angustiis presepibus herba cubile.
 In Pharijs primos vixi regionibus annos
 Herodis regno profugus, reliquosq; reuersus
 Iudeam, semper ieiunia, semper & ipsam
 Pauperie extremam, & veru inferiora secutus,
 Semper agēs monitis humana salubribus alma
 Ingenia ad studium probitatis, aperta salubri
 Plurima doctrina iniungens miracula, quare
 Impia Hierusalem rabidi exercita curis
 Inuidia, seuisq; odijs, & caca furore,
 In fonti est patris lethalibus ausa cruentam
 In cruce terribili mortem mihi querere, qua si
 Latius ipse velim distinguere, siq; per omnes
 Ire iuuct gemitus, mecum & sentire dolores,
 Collige consilia, insidias ve, meiq; nefandum
 Sanguinis innocai pretium, & simulata clientis
 Oscula, & insultus, & sene iurgia turbe:
 Verbera praterea, et proptas ad crimina ligas.

Sige

*Fige animo, & testes, & cæci infanda Pilati
Iudicia, ingentemq; humeros, & fissa præmedera
Terga crucem, atque graues horrenda ad fune-
ra gressus.*

*Nunc me, nunc verò desertum extrema secutum
Supplicia, & dulci procul a genitrice leuatum
Vertice ad vsq; pedes me iustira. en aspice crines
Sanguine concretos, & sanguinolenta sub ipsis
Colla comis, spinisq; caput crudelibus haustum
Vndiq; diua pluens viuum super ora cruorem.
Compressos specularè oculos, & luce carentes,
Affictasq; genas, arentem suspice linguam
Felle venenatam, & pallentes funere vultus.
Cerne manus clavis fixas, tractosq; lacertos,
Atq; ingens lateri vulnus: cerne inde fluorem
Sanguineum, fossosq; pedes, artusq; cruentos.
Flecte genu, lignumq; crucis venerabile adora
Flebilis, innocuo terramq; cruore madentem
Ore petens humili, lacrymis suffunde subortis,
Et me nonnunquam deuoto in corde, meosq;
Fer monitus, sectare meæ vestigia vita.
Ipsaq; supplicia inspicens, mortemq; fœueram
Corporis innumeros memoras animiq; dolores,
Disce aduersa pati, & propiè inuigilare saluti.
Hæc monumenta tibi, si quando inueniente iuauit
Voluere, si qua fides anima tibi ferre medrum,
Debita si pietas, & gratia digna laborum
Surget, erunt vera flumina virtutis, eruntq;
Hostis in infidos clypei, quibus acer in omni
Tutus eris, victorq; feves certamine palmam.*

Hæc

Hec monumenta tuos si labilis orbis amicos
 Auertent sensus, fugiente decoris ab umbra
 Mundani efficiunt, ne spe captatus inani
 Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus
 Auseris, aut vite sperare fugacibus annis.
 Sed te nimirum, sic ista caduca videntem
 Secula, et exutum patriæ melioris amore
 Orbis opes, rerumq; usus, et vota priorum,
 Moribus extollens factis, ritæq; beate
 Spe, duras inter pœnas, te rore fouebunt
 Celesti, pactiq; boni dulcedine passent:
 Purpuream donec post vltima facta relicto
 Corpore, sublimes animam reuocabit ad auras.
 Gratia magna tibi tunc omnem exuta laborem,
 Angelicos tunc lata choros, aciesq; beatas
 Sanctorum inspiciens, æterna pacis amœna
 Perpetuò felix tecum regnabit in aula.

F I N I S.

D. A. H.
 Adon

I N T E R P R E T A T I O

Dictionum Græcarum, quæ in Lactantio
reperiuntur, de verbo ad verbum facta:

idq; ut rudium tyrociniis consu-

latur: recensente, emen-

danteq; Marco

Masuro.

*

Pag. 17. Πρωτόγονος Φαέθων, &c.

Principio genus Phaëthon longo aëre natus.

ἔκτισεν αἰθῶν, &c.

Condidit immortalibus domum incorruptibilem.

Pag. 2. ὁ δὲ θεὸς εἷς, &c.

Deus autem vnus, vnus autē nomine non eget.

est enim qui est sine nomine.

Pag. 25. εἷς θεὸς ὅς μόνος, &c.

Vnus Deus, qui solus est excedens omnem ma-
gnitudinem increatus.

ἀλλὰ θεὸς μόνος, &c.

Sed Deus solus vnus eminentissimus, qui fecit
cælum, solemq; & stellas, & lunam,

Frustriferamq; terram, & aquæ maris fluctus.

Pag. 26. αὐτὸν ὁ μόνος, &c.

Ipsam, qui solus est, colite principem mundi,

Qui solus est in seculum, atq; à seculo fuit.

εἷς μόνος εἰμὶ, &c.

Solus enim Deus sum, & non est Deus alius.

Pag. 27. αὐτὸς φησὶ, ἀδιδακτός, &c.

Ex se ortus, non edoctus, siue matre, inconcussus,

c c

Νοῦτε

Nomen ne verbo quidem capiendum, in igno
habitans,

Hoc Deus est. modica autè dei portio angeli nos.

Pag. 28. Πάνσφρα παλιδ. &c.

Omnia sapiens, omnia doctè, qui per cuncta ver
sari. exaudi demon.

ἀεργὴν κόσμω, &c.

Concensus mundi, lucifer, & sapiens demon.

Δαίμων ὁ φ. τῶν, &c.

Dæmones qui venitant circa terram, & circa
pontum

Indefessi, dominantur sub sigello Dei.

Pag. 19. ἀυτφυνῆς, Ex se ortus, vel ex se in
geniosus.

ἀυτογενῆς, Ex se genitus.

ἀγένητος, Ingenuus.

ἀποίητος, Non factus.

Pag. 10. ἔ δύναιτ' ἀνδρὸς, &c.

Non potest ex viri summe & matrice Deus for
matus esse.

Pag. 46. Δαίμων ἀψόχης, &c.

Dæmones inanimés cadaverum simulacra mor
tuorum,

Quorum Creta in iactantiam sepulcra misera
habet.

Pag. 53. Πρώτος μὲ ἀνίστατο, &c.

Primus quidem regnator erat terrestrium Sa
turnus virorum,

Ex Saturno autem genitus est ipse rex magnus,
& l. itè cuncta inmens Jupiter.

Pag. 59. Ελλάς δὴ τί τίποιθας, &c.
 Grecia quid confidit in viros principes?
 Ad quid dona inania mortuis dedit?
 Immolat idolis, quis tibi in mentem errorem im-
 posuit,

Ut hæc perficias magni Dei ore relicto?

Pag. 82. Κεφ' κεφαλὰς, &c.

Ei capita Saturno, & patri mittite lumina, seu
 hominem.

Pag. 92. Ἐξηγήσεως Πινδαρική.

Expositionis Pindaricæ.

Pag. 150. Εἰκὼν ἔσ' ἀνθρώπου, &c.

Imago est homo mea rationem rectam habens.

Pag. 157. ὅς μόν' ἐστὶ θεός, &c.

Qui solus est Deus creator inuicelms existens.

Ipse autem firmavit figuram formæ, hominumq;.

Ipse miscuit naturã omnium generationis vitæ.

Pag. 161. οἱ ᾧ θεὸν τιμῶντες, &c.

Qui autem Deum honorant rerum sempiter-
 nam vitæ;

Vitam hereditario iure possident, per seculi tem-
 pus ipsi

Habitantes paradysum æquè peramœnũ hortum.

ἄνθρωποι κηπῶν, &c.

Hominem formatum esse Dei manibus:

Quem etiam seduxit serpens dolosè, ut ad fru-
 tum accederet

Mortis, notionemq; acciperet boni, & mali.

Pag. 165. Τοὶ μὲ δαίμονες, &c.

Idem demones, sunt Iouis magni propter

cc 2 volunt

voluntatem,

Boni terrestres custodes mortalium hominum.

Pag. 167. Μία, inquit, φυλακή ευσέβεια, &c.
 Una, inquit, custodia pietas: piū enim hominem
 nec demon malus, nec fatum tenet. nam Deus li-
 berat piū ab omni malo. quod enim unum, &
 solum in hominibus bonum, est pietas.

ἡ γὰρ εὐσέβεια γνώσις ἐστὶ θεῶν.

Pietas enim notitia est Dei.

Pag. 168. ἀγγέλους πονηρῶς, Angelos malignos.

Pag. 168. ἐπεὶ πλάνη πάντα, &c.

Quia error hæc omnia sunt,

Quæ stulti homines scrutantur quotidie.

Pag. 280. ὁ κύριος κτὶ τῶν πάντων ποιητής, &c.
 Dominus, atque omnium creator, quem Deum
 vocare censemus, quia secundum Deum fecit vi-
 sibilem, & sensibilem. Sensibilem autem assero
 non ideo quia ipse sentit (hoc enim non est, utrum
 ipse sentiat) sed quia ipse in sensum mittit, &
 mentem. Quoniam ergo hunc fecit primum &
 solum & unum, pulcher autem ei visus est, &
 plenissimus omnium honorum, sanctificauitq;
 & amavit valde quasi proprium filium.

Πανταπόφον κλίσην, &c.

Omnium nutritorem, creatoremq;, qui dulcem
 spiritum omnibus

Apposuit, ac principem omnium Deorum fecit.

αὐτὸν ἔδωκε, &c.

Eum dedit Deus fidelibus viris honorare.

αὐτὸν δοῦν, &c.

Ipsam

Ἰησοῦς τὸντομ cognosce Deum, qui Dei filius est.

Pag. 281. Δημιουργὸν τῶ θεοῦ, Opificem Dei.

Σύμβουλον. Consiiliarium.

Pag. 282. αἰτία ἢ τέκνη, &c.

Causa autem huius causae est divini boni voluntas, quae Deum protulit, cuius nomen non potest humano ore dici.

ἐστὶ γὰρ τις ὡ τέκνον, &c.

est enim. filii, secretus quidam sermo sapientiae sanctus de solo Domino, quem dicere supra hominem est.

Pag. 282. αὐτὰς ἐ δμῶαι, &c.

Eos autem famula lauerunt, & unxerunt oleo.

Pag. 283. ἀπὸ τῶ ἀλείφειν, Ab unguendo.

Pag. 284. αὐτοπάτορα, καὶ αὐτομήτορα,

Ipsam sui patrem, & ipsum matrem sui.

Pag. 299. Θεὸς ἦν κατὰ σάρκα, &c.

Mortalis erat secundum carnem, sapiens potentificis operibus:

Sed sub iudicibus Chaldaei armis comprehensus clavis & cruce amarum toleravit finem.

Pag. 301. ἀνθήσει δ' ἀνθὸν καθαρὸν.

Florescet autem flos purus.

Pag. 307. πάντα λόγῳ, &c.

Omnia verbo agens, omnem infirmitatē curans,

Pag. 308. νεκρῶν ἢ ἀνάστασις ἔσται, &c.

Mortuorum autem surrectio erit,

Et claudorū cursus erit velox, & surdus audiet,

Ceci videbunt, & mortui loquentur.

Pag. 309. εἰν ἄρτοις ἅμα πίντι, &c.

In panibus simul quinque & piscibus duobus
 Hominum millia in deserto quinque satiabit,
 Et reliquias tollens post fragmenta omnia
 Duodecim corporinos implebit in spem multorum.

Pag. 310. τὸς αἰῶνας πάυσει, &c.

Ventos compescet verbo, sternet autem mare
 Insanum pedibus patris, fideq; calcans.

κύματα πειζήσει, &c.

Fluctus perambulabit, morbos hominum resoluens.
 Viuificabit mortuos, arcebit dolores multos.

Ex vno autem fonte panis satietas erit πάντων.

Pag. 310. - φήσασι σιβύλλην, &c.

Dicent valem

Insanam & mendacem. cum autem facta fue-
 rint vniuersa,

Tum mei memineritis: neq; me iam quisquam
 Mendacem dicet Dei magni prophetam.

Pag. 314. οὐκ ἔσται, ἀτιμῶς, &c.

Miserabilis, ignominiosus, infertus, ut misera-
 bilibus spem prabeat.

Pag. 315. ἀλλ' ὅτε ταῦτ' αἶ, &c.

Sed quando haec omnia perfecta erunt, quae dixi,
 In ipsum omnis lex soluetur.

Pag. 321. εἰς ἀνόμων χεῖρας, &c.

In manus iniquorum, & infidelium postea veniet.
 Dabunt ei alapas manibus inceditis,

Et faucibus immundis expuent salinas virulētas.
 Dabit autem in verbera simpliciter innocens

tunc dorsum.

καὶ κολαφίζόμενος, &c.

Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat
 Quod verbum, & unde venit, et mortuus loqua-
 tur. Et coronam portabit spineam.

Pag. 322. εἰς δὲ τὸ βεβαῖμα, &c.

In cibum autem felin suum acetum dabunt,
 Inhospitalitatis hanc monstrabunt mensam.

αὐτῆς γὰρ οὐ ἀφῆραν, &c.

Ipsa enim stulta Deum tuum non cognovisti,
 Ludete inter mortales cogitationes: sed et spiritus
 Coronasti corona, horridumque fel miscuisti.

Pag. 325. καὶ δὲ οὐκ ἴσθῃσιν, &c.

Templi vero scindetur velum, & medio die
 Nox erit tenebrosa ingens tribus horis.

Pag. 326. καὶ θανάτου μοίραν, &c.

Mortis fatum finiet triduum spiritus,
 Et tunc a mortuis egressus in lucem veniet,
 Primus resurrectionis vocatus initium ostendens,
 Vitam enim nobis acquisivit morte superata.

Pag. 328. ἰσοδύω μακάριον, &c.

Iudeorum beatorum diuinum genus celestium.

Pag. 572. καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέρων, &c.

Et idem ex utraque natura immortalis, atque mor-
 tali vitam faciebat naturam hominis, eundem
 partim immortalem, partim mortalem faciens,
 & hunc ferens in medio diuina & immortalis
 natura, & mortalis, mutabilisque collocavit, et
 omnia videns, omnia miraretur.

ψυχὴ μὲν μέγιστος οὐκ ἀσθενεῖ, &c.

Anima quidem quoad vinculum corporis tenetur,
 Corruptibiles passiones sentiens, mortalibus

cedit doloribus.

*Cum vero humanam solutionem velocissimam,
Post corruptum corpus inuenerit, omni in aethe-
ra fertur,*

*Nunquam senescens, et manet in totum indomita:
Primogenita enim hoc diuina disposuit providen-
tia.*

Pag. 583. σάλπιγγε ἕρανόθεν, &c.

Tuba de celo vocem laetuosam emittet.

Pag. 583. ἔσται κόσμος, &c.

Erit mundus immundus pereuntibus hominibus.

Pag. 586 ἔτι ἂν δὴ ταῦτα ἄδε γίνονται, &c.

*Cum haec ita facta fuerint, o Asclepi, tunc domi-
nus, et pater, et Deus, et primus, et vnus Dei
creator, respiciens quae facta sunt, et sua volun-
tate cum bonum obiecisset temeritati, et errore
reuocato, malitiaque purgata. Partim aqua ni-
mia diluens, partim igne rapido cremans, inter-
dum bellis, et pestilentibus extergens ad statum
pristinam perduxit, et restituit suum mundum.*

ἔξει καὶ μακάρων, &c.

Veniet et beatorum volens urbem expugnare:

Et quidem a Deo missus rex ad suos,

Omnes perdet reges magnos, et viros optimos,

Et sic iudicabitur ab immortalibus hominibus.

Pag. 587. καὶ τότε ἂν ἡλιός, &c.

Tunc ex sole Deus mittet regem

Qui omnem terram placabit a bello malo.

-ἡμετέρας δελείας, &c.

Nostra seruituti

Augusti

Iugum intolerabile in collo positum tollet,
Et leges impias soluet, vinculaq; violenta.

ὁπωσὺν ἐν ἔλθῃ, &c.

Cum veniet,

Ignis erit, tenebraeq; in media nocte obscura.

Παγ. 589. τριψυχοὶ δ' εἰδωλα, &c.

Contherent autem simulacrum homines, & diuitias omnes.

ἔργα δὲ χειροποιήτα, &c.

Opera autem Deorum humanis manibus facta exurentur,

ὁπωσὺν κατὰ τὸ λάβῃ, &c.

Cum autem dies iste finem fatalem acceperit, & ad mortales

Iudicium immortalis Dei venerit,

Veniet super homines magnum iudicium, & initium.

ταρτάριον δὲ χάσῃ, &c.

Tartareum autem chaos ostendet terra dehiscens.

Venient autem ad tribunal Dei reges omnes.

ἔρανον εἰλίξας γαίης, &c.

Caelum voluens terram latebris aperiam,

Et tunc edūscellabo mortuos fatum soluens,

Et stimulam mortis, posteaq; in iudicium ducam

Iudicans plorūm, atq; impiorum vitam virorū.

Παγ. 597. τίς τὴν δὲ οὕτως ἔχον, &c.

Quod cum ita sit, appareat non esse impossibile,

& nos cum vitam finierimus, rursus vertiginibus certis temporis reuolutis, in hunc statum,

in quo nunc sumus, repositum iri.

cc 5 Νον

Νοσισος γδ ἀπαι μισθῶσιν γίνεσθαι, &c.
Etenim durum ad credendum omnis hominum
genus: sed cum iam

Mundi, & mortalium venerit iudicium, quod
Deus ipse

Faciens iudicans impios simul & pios,
Tunc demum impios quidem in tenebras in igne
miseret:

Qui autē pietatē colunt, iterum vivunt in terra,
Spiritu Deo dante honore simul & vitam ipsius.
αἰὼνος γδ γαίης, &c.

Totius enim terra mortalium confusio tunc erit,
Et ipse omnipotens cum venerit tribunali iudicare,
Vivorum, mortuorumq; animas, & mundum
vivensam.

Pag. 598. κλύετε δέ μου, &c.
Audite me homines: rex sempiternus domina-
tur.

καὶ πόλιν, ἢ ἐπαύωσιν, &c.
Urbes, quam fecit Deus, eam fecit
Clariorem aëtri, atque Soli, Lunaq;

Pag. 609. οἱ δὲ λύκοι σὺν ἀγνῶσιν, &c.
Et tunc lupi cum agnis in montibus versabuntur
Herbarumq; hircos pariter cum hircis pascuntur,
Vt si cum vitulis simul omnibusq; pecoribus:
Carnivorans leo comedet pulegas ad pres-pia:
Cum infantibus dracones matrum orbis dormient.
καὶ ὅτε δὴ χαρὰν μεγάλην, &c.

Tunc gaudium magnū dabit Deus hominibus:
Nam & terra, & arbores, & innumerabilia

Terra pecora

Dabunt fructum verum hominibus,
Vini, & mellis dulcissimi, & candidi lactis,
Atque tritici : quod est hominibus optimum
omnium.

ἰουδαίων ἡ μύρων, &c.

Piorū autē solum sancta terra omnia haec feret,
Fluentum mellis de petra, atq; de fonte,
Et lac immortalitatis manabit omnibus iustis.

Pag. 665. ἄφθαρτος ἁλῆς, &c.

Incortuptibilis, & conditor aternus in aethere
habitans,

Ronis bonū praefertens multo maiore mercedem:
Malis autē, & iram, & iniustus furorē colligent.

Φεύγε ἡ δαλρείας, &c.

Fuge sceleratas religiones, & viuo Deo famu-
lare:

Adulteria caue, & masculi insanum cubile:
Propriam generationem filiorum nutrias, & ne
occidas.

Et enim ei immortalis succensabit qui peccarit.

ἰεχομῆνς ὀργῆς μεγάλης, &c.

Veniente ira magna ad mundum pertinacem
Postrenum ad seculum Dei edicta pando
Omniibus praedicens oppidatim hominibus.

Εξ ἧς περιόρις, &c.

-Ex quo irato supercaelesti Deo

Ipsis urbibus, & hominibus caustis,
Terram cooperuit mare diluuii rupto.

καὶ περὶ τῆς ὀργῆς θίου, &c.

Et

Et tunc Deum iram nos amplius placantem,
Sed aggravantem, & perdentem genus
Hominum, ac totum id incendio depopulantem.

Pag. 666. ἄλλ' ἔλιε: κιλιά: θεοῦ: &c.

Sed misericordia conuertimus homines, nunc
neque ad iram

Variam ducite Deum magnum.

ἐκ ὀλέσει, πάλυσει, &c.

Neq; perdet, sedabit autē iterū iram, cū omnes
Pietatem ex animo in praeordijs exercueritis.

Pag. 667. μή ποτε θυμωθεῖς θεός: &c.

Ne forte iratus incorruptibilis Deus
Omne genus hominum perdat vitam, & gen-
tem improbam,

Oportet genitorem Deum amare, qui sapiens
semper est.


ἡδὲ θεὸν βασιλῆα, &c.

Et Deum regem, & genitorem omnium,
Quem terra contremiscit calumq; & mare,
Et latebra tartarea, & demones abhorrescunt.

FINIS.

HÆC SEQVE-

BANTVR IN LIBRO

*manuscripto.**Aurelius Augustinus.*

DE his libris dici potest, aliquid habere eos ijs consonum qui non præcipiendi auctoritate sed proficiendi exercitatione scribuntur à nobis : quod genus literarum non cum credendi necessitate, sed cum iudicandi libertate legendum est : itaque in eis si quis forte dissonare putatur à vero, quia non ut dicta sunt intelliguntur : tamen liberum ibi habet lector auditorq; iudicium, quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit. Et ideo cuncta eiusmodi nisi vel certa ratione vel ex canonica auctoritate defendantur, ut demonstretur siue omnino ita esse, siue fieri potuisse quod vel disputatum ibi est vel narratum, sicut displicuerit aut credere noluerit, non reprehenditur. In canonica verò eminentia sacrarum literarum non licet dubitare quod verum sit. Alios ita lego ut quanta libet sanctitate doctrinaq; prepolleant non ideo verum putem quia ita ipsi sentiant

serunt, sed quia per canonicas auctoritates, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat perluadere potuerunt. Quapropter eatenus diuinarum tractatoribus scripturarum fides adhibenda est quoadusque eidem fidei tenore veritatis assipulantur.

Idem.

Nimis peruersè seipsum amat, qui & **N** alios vult errare vt suus error lateat. Illius quippe scripta summa sunt auctoritate dignissima qui nullum verbū quod vocare nolet sed quod reuocare deberet emisit. Hoc quisquis nondum est affectus, secundis partes habeat modestiæ, qui primas non potuit habere sapientiæ: qui non valuit omnia non pœnitenda dixisse, pœniteat quæ cognouerit dicenda non fuisse.

Hieronymus in translatione Eusebii de temporibus sub Constantio Imp.

Lactantius, quasi quidam fluuius eloquentiæ Tullianæ, Crispum filium Constantini latinis literis erudit: vir omnium suo tempore eruditissimus, sed à Deo in hac vita pauper, vt plerumque etiam necessarius indigerit. Vtinam tam nostra

nostra affirmare potuisset quam facile alie
na destruxit.

Idem Hieronymus in epistola.

Lactantium propter eruditionem sic
interdum legentium arbitror, cuo mo-
do Origenem, Arnobium, & nonnullos
Ecclesiasticos scriptores Græcos pariter
& Latinos, ut bona eorum eligamus, vire-
mus contraria, iuxta Apostolum dicentem,
omnia probate, quod bonum est tenete.
Nec enim propter eruditionem eiu-
ra dogmata suscipienda sunt, nec propter
dogmatum prauitatem, siquid in scriptu-
ris sanctis ut le edidit, penitus respuen-
dum. Quis mihi interdicare potest ne le-
gam Initutionum eius libros, qui-
bus contra gētes scripsit fortissimè,
qui de ira quoq; & dei opificio
duo volumina edidit: quos

si legere volueris, dia-
logum Ciceronis
excerptum re-
peries.

IOANNES TORNAE-
SIVS LECTORI S.



VM mihi denuo Lactantius
 esset excudendus, opportunè
 oblatis sunt libri septem divi-
 narum Institutionū manuscripti. Quos
 cum viderem magnum mihi adiumen-
 tum allaturos, illicò eos emi. Quis ex
 his mea opera huic editioni accesserit,
 malo te scire conferendo hanc cum ante
 editū, quàm si id in hoc epistolio indica-
 rē. Hoc ingenuè fatebor, malui timidū,
 quàm temerarij nomen incurrere. Ea
 de causa quando utraque lectio mihi vi-
 sa est defendi posse, alteram margini ad-
 scripsi. In eaq̃ tantum mihi detraxi,
 ut etiam quæ nusquam alibi legeram,
 non dubitauerim ascribere, quemad-
 modum illud mediè temperanda pag.
 487. Quæ desiderabantur in manuscr.
 Ea nolui delere, sed ut dignosci possent,
 has notas † † adhibui. Quæ illis inclu-
 duntur, non habentur in cod. manu-
 scripto.

scripto. Aliquando integras & longas periodos, sæpiſſimè vnicum verbum inclusum reperies. Non parum item me iuuit vir eruditissimus Iacobus Cuiacius, qui nonnullos locos huiusce nostri auctoris ex fide veterum librorum à se emendatos ad me misit. Quæ ex Augustino & Hieronymo addita sunt, in ipsis auctoribus nec omnia, nec eadem serè reperi. Attamen quoniam ita se habebant in manuscripte, intacta reliqui. Hæc sunt quæ te volui serre, non vt quam operam nauauerim, sed quam methodum secutus fuerim aperirem. Quicquid erit, hilari fronte excipies: non enim privati honoris aut emolumentum, sed publicæ

utilitatis gratia laborẽ

hunc suscepi.

Vale.

dd IND

INDEX VERBORVM
AC RERVM QVÆ IN
HOC OPERE HA-
BENTVR.

*

<i>A</i>			
A <i>Bortus</i>	794	<i>Adulter</i>	515. 743
<i>Academia</i>	191	<i>Adulteria</i>	614
<i>Academia Arcefilas</i>		<i>Adulterium Martii,</i>	
<i>conditor</i>	185	<i>& Veneris</i>	35
<i>Academici non cre-</i>		<i>Adulteriū contra na-</i>	
<i>dunt</i>	192	<i>turam</i>	36
<i>Academicorū ignerā-</i>		<i>Aëris amplitudo</i>	17
<i>tia</i> 188. <i>& conseq.</i>		<i>Aër conceptus ore, de-</i>	
<i>Academicorum in-</i>		<i>feruesfactus in pulmo-</i>	
<i>certa</i>	20	<i>ne, sepefactus in cor-</i>	
<i>Academici liberi</i>	135	<i>de, diffusus in cor-</i>	
<i>Academia philoso-</i>		<i>pus anima est</i>	719
<i>phie iugulatrix</i>	541	<i>Aër de quo Deus or-</i>	
<i>Academici, & So-</i>		<i>tus</i>	17
<i>cratas</i>	182	<i>Aëris receptaculū</i>	704
<i>Accius Nauus</i>	128	<i>Aër verberatus vox</i>	
<i>Accusare</i>	504		713
<i>Aceſta vrbs</i>	91	<i>Aacus</i>	594
<i>Aceſtes</i>	ibid.	<i>Aegeum mare</i>	48
<i>Achilles</i>	94	<i>Ager delirās</i>	230. 617
<i>Acies</i>	698	<i>Agyptus</i>	22
<i>Adm</i>	548	<i>Agypti aër</i>	163
<i>Adulatio</i>	740	<i>Agyptiorū anni</i>	161
		<i>Agy</i>	

I N D E X.

<i>Aegyptiorum</i> Dij, & ritus 79. 163. 243. 4-3	<i>niss</i> 34
<i>Aegyptus</i> , & <i>Tobos</i> 40	<i>Aesculapij mors</i> 34
<i>Aegyptus</i> , & <i>Isis</i> 58. 84	<i>Aesculapij ortus</i> <i>ibid.</i>
<i>Aegyptia</i> <i>Iudeorum</i> <i>seruitus</i> , & <i>liberatio</i> 163. 577	<i>Aestas</i> 146. 154
<i>Aegyptus</i> , & <i>res frumentaria</i> 577	<i>Aeternū</i> 535. 565. 718
<i>Aegyptiorum</i> <i>regnum</i> 579	<i>Aeternitas</i> 51
<i>Aeneas</i> 58. 67. 93	<i>Aetna</i> 85. 234
<i>Aeolicum</i> <i>genus sermōnis</i> 23	<i>Affectus</i> 14 478. 485
<i>Aether</i> 49	<i>vsque ad</i> 494
<i>Aether</i> <i>Deus summus</i> 19	<i>Affectus</i> <i>tres</i> , <i>vs frumentaria</i> 734
<i>Aesculapius</i> 57. 112	<i>Affectuū</i> <i>humanitas</i> 493
<i>Aesculapius</i> <i>in calo</i> 6	<i>Affectuū</i> <i>loci</i> 484. 712
<i>Aesculapius</i> <i>Epidauri</i> 71 129	<i>Affectuū</i> <i>ratio</i> 616. 657
<i>Aesculapio</i> <i>gallus in molundus</i> 243	<i>Affectuum</i> <i>usus</i> 485
<i>Aesculapij</i> <i>lucus</i> 1. 9	<i>Africanus</i> <i>Ennij</i> 70
<i>Aesculapius</i> <i>medicus</i> 68	<i>Agamemnon</i> 94
<i>Aesculapius</i> <i>Messe-</i>	<i>Agathocles</i> 83
	<i>Agésilauus</i> <i>Pluto</i> 42
	<i>Aglaosthenes</i> 49
	<i>Ajax</i> 94
	<i>Albura</i> & <i>Sibylla</i> 24
	<i>Alcibiades</i> 140
	<i>Alcmena</i> 32
	<i>Alexander</i> 130
	<i>Alexandri</i> <i>etias</i> 304
	<i>Amazon</i> 31
	<i>Amalch</i> 7
	<i>del</i> 3 42. 2. 16

I N D E X.

<i>Amalthea Sibylla</i>	24	<i>Animi immobilitas</i>	492
<i>Amphion</i>	60	<i>Anima incolumis mēs</i>	
<i>Amphitryo</i>	36	<i>extincta</i>	720
<i>Anacharsis</i>	54	<i>Anima & lumen</i>	718
<i>Anaximenes</i>	19	<i>Animas à Magis vi-</i>	
<i>Anchises</i>	59.67	<i>deri</i>	573
<i>Ancyra</i>	24	<i>Animarū migratio</i>	571
<i>Angelus spiritus</i>	285	<i>Anima mortalis</i>	462.
<i>Angelorū metus</i>	191	555	
<i>Aniceris</i>	254	<i>Animam morte sopiri</i>	
<i>Anima</i>	148. 157	720	
566.569.647		<i>Animi officium</i>	106
<i>Anima, & anim^o</i>	720	<i>Animi opera</i>	565
<i>Animus</i>	100. 207.	<i>Anima ortus</i>	157. 233
413.539		<i>Anima patibilis</i>	590
<i>Anima aer</i>	719	<i>Anime periculū</i>	520
<i>Animi bona</i>	658	<i>Animum quietem nō</i>	
<i>Animi bona, & cor-</i>		<i>capere</i>	651
<i>poris</i>	545	<i>Animus rector</i>	615
<i>Anime & dei simili-</i>		<i>Animarum resurre-</i>	
<i>tudo</i>	719	<i>ctio</i>	576.595.603
<i>Anima à deo</i>	722	<i>Anima sanguis</i>	728
<i>Anima harmonia</i>	573	<i>Anima nō solutio, sed</i>	
<i>Anim^o humanus solus</i>		<i>separatio</i>	571.572
<i>virtutis capax</i>	582	<i>Animum somno so-</i>	
<i>Anima ignis</i>	160.718	<i>piri</i>	720
<i>Anima immortalis</i>		<i>Anima ventus</i>	719
100. 231. 233. 237. 555.		<i>Animaliū brutorum</i>	
560. 564. 567. 571.		<i>inui menta</i>	539.
658. 747		674	

I N D E X.

<i>Animalium brutorum</i>	<i>gentium</i>	61
<i>ortus</i>	31.255	<i>Apollo dei minister</i> 28
<i>Animalium brutorum</i>		<i>Apollo delphicus</i> 26
<i>sensus</i>	502	<i>Apollo flagitiosus</i> 34
<i>Animalium brutorum</i>		<i>Apollo harmonia mū-</i>
<i>rsus</i>	642	<i>di</i> 28
<i>Anio fluvius</i>	24	<i>Apollo homo</i> 30
<i>Annales Pisonis</i>	23	<i>Apollo Milesius</i> 299
<i>Annales Samiorū</i>	24	<i>Apollo Smythens</i> 28
<i>Annibal</i>	171	<i>Apollinis vates</i> 347
<i>Annis mille post com-</i>		<i>Apollodorus Erythraeus</i>
<i>mune iudicium quid</i>		24.664
<i>accidet</i>	597	<i>Apollonius</i> 366
<i>Annorū nomina</i>	146	<i>Apostata</i> 229
<i>Antichristus</i>	588. 753	<i>Appius</i> 498
<i>Antipodes</i>	249	<i>Appius Claudius Ca-</i>
<i>Antisthenes</i>	19	<i>cus</i> 129
<i>Antonius M.</i>	43	<i>Apuleius</i> 366
<i>Antonius M. Cos.</i>	62	<i>Aqua Deus</i> 120
<i>Anton. M. sceleratus</i>		<i>Aqua & igni exuli-</i>
<i>deum Iulium Cesa-</i>		<i>bis interdici</i> 148
<i>rem appellat ibid.</i>		<i>Aqua interitus</i> 527
<i>Apes</i>	202. 622	<i>Aqua, ex qua orta, &</i>
<i>Apes ad os Iouis pue-</i>		<i>formata omnia</i> 19
<i>ri</i>	92	<i>Aqua pecudum</i> 120.
<i>Apis bovis caput</i>	289	148
<i>Apollo</i>	59	<i>Aque rores</i> 630
<i>Apollo Esculapij pa-</i>		<i>Aqua stagnans</i> 492
<i>ter</i>	34	<i>Aque vitreus orbis</i>
<i>Apollo deus maiorum</i>		<i>plenus</i> 930
		<i>d d 3</i> <i>Aqua</i>

I N D E X.

Aque vitia	751	Aristo Chius	664
Aque vsus	120	Aristophanes	365
Aquila in auspiciis	49	Aristoteles	191.365. 399.636
Aquila in capite lo- nis	ibidem	Aristoteles cum Pe- ripateticis	659
Aquila Ganymedi	40	Aristoteles secum ipse	dissidet
Aquila regnum por- tendis	49	Arma	675
Arabia	161	Artes	187.96
Arabia Chanaã ibid.		Arctorius medicus	130
Aratus	49	Ascensus Iesu in ca- lum	328
Arcefilas	185.191	Asclepiades	540
Archimedes	119	Asclapius	524
Architectus	588	Asellus humana voce	85
Archytas Tarentinus	656	Aselli mors	85
Areopagite	366	Asellus Priapo victi- ma	85
Argi mors	22	Aselli stelle	85
Argonauta	17.34.91	Asia	36
Argumenta certorum & incertorum	617	Asia imperium	579. 581.751
Argumentationū con- secutiones	65.74	Assumptiones	121
Argumentum retro- sum	65	Assyriorum, & Ba- byloniorum	Belus
Argus	22	deus	94
Ariadna	35	Assyriorum regnum	579
Aristides	27		
Aristippus	191.221		

Astra

I N D E X.

664	<i>Astra</i>	713	<i>culi</i>	300
365	<i>Astra animalia</i>	119	<i>Aureum amiculum</i>	100
365.	<i>Astra dij</i>	117	<i>nis Olympij</i>	112
	<i>Astrorum motus</i>	118.	<i>Aurea barba Aescu-</i>	
		250	<i>lapij</i>	112
Pe-	<i>Astra si starent</i>	119	<i>Aureum caput bonis</i>	
639	<i>Astrorum vsus</i>	642		89
ppse	<i>Astrologia</i>	168.253	<i>Aurea columna</i>	43
20	<i>Asylum Romuli</i>	126	<i>Aureus imber</i>	40
675	<i>Atabyrius Iupiter</i>	91	<i>Aureum seculum</i>	47.
96	<i>Athenienses</i>	140	297.371.378.530	
130	<i>Atheniensem esse</i>	139	<i>Auses Iesus Naue</i>	117
ce-	<i>Athenienses Martem</i>		<i>Auspicia</i>	128
328	<i>absolunt</i>	35	<i>Autolius</i>	94
540	<i>Atheniensis Minerva</i>		<i>Autumnus</i>	146
524		58		
oce			B	
	<i>Atlas</i>	48	B <i>abylonia</i>	25
85	<i>atomorum semina</i>	229.	<i>Babyloniorum et</i>	
fi-	627.631		<i>Assyriorum Belus</i>	
85	<i>Atticus T.</i>	61.76	<i>deus</i>	94
85	<i>Avaritia</i>	124.734	<i>Babylonijs rex</i>	179
26	<i>Aventinus mons</i>	48	<i>Babylonijs seruitus In</i>	
79.	<i>Auguria</i>	128	<i>deorum</i>	179.289
	<i>Augur Accius</i>	ibid.	<i>Baptismus</i>	545
121	<i>Augusticastra capta</i>		<i>C. Bassus</i>	91
4-	130		<i>Beatus</i>	546
lus	<i>Augusti medicus</i>	ibid.	<i>Beati, et miseri</i>	364
94	<i>Aulatia</i>	49	<i>B. bins Cos.</i>	90
um	<i>Aures</i>	689.694	<i>Bellica rei precepta in</i>	
ra	<i>Aures plus quam o-</i>		<i>officijs</i>	454
			<i>dd 4</i>	<i>Bello</i>

I N D E X.

Bellona virtus	81	C. Cesar pōtifex Max	
— Bellum civile Brutia-		23	
num	10	Cesares consecrati	58
Bella pro fœminis	245	Callidus	191
Bellum Iouis cum ita-		Calliphon	191
nibus	36. 49. 55	Calor	146
Bellum Latinum	128	Calor vitalis	158
Bellū Macedonicū ibi.		Canina sacundia Cice-	
Bellum Punicum	580	ronis	498
Bellū Troianū	278. 285	Canino lacte nutritus	
Belus	94	Æsculapius	34
Beli atas	ibid.	Capella Amalthea	87
Beneficentia	670	Capitolium	46
Bithynia	362	Capitolium conflagrasse	
Bona dea	91. 248	228	
Bona dea mors	91	Capitolium reflectū	25
Boni & mali ratio		Capitolium in quo sa-	
484. 548		era fierent Albunea	
Bos Io	40	Sibylle	24
Boves Herculi immo-		Capitolium à Tarqui-	
lari	86	nio conditum	80
Brachia	701	Caput	685. 687. 696
Brutus	580	Caput & mēbra	460
Butes	67	Carneades Academi-	
		cus 299. & eius que-	
		stiones	404
C abirus	38	Carthago	580
— Cadmus	60	Caro	158. 317
C. Cesar	235	Carthagin. sacrific.	83
L. Cesar	62	Cassius	58
Cesar Augustus	130		

Cass

I N D E X.

Cassius Iupiter.	93	Christianorum	418
Castor	35. 57	Causa cur Iudei non intelligerent	301
Castor in calo	61	Causa mentendi	15
Castorū mors & Pol- lucis	35	Causa rationis danda homini	139. 709
Castor & Pollux	128	Causa, sexum duorū	78
Catiline	217	Causa hyderum crean- dorum	119
Cato	235	Causa sua	226. 232
M. Cato	454	Causa victus	65
M. Cato Uticensis	237	Cautia	485
Catonis Uticensis mors	238	Cebes	354
Q. Catulus	733	Cecropides virgines	68
Causa adulterij	514	Censor Appius Clau- dus	119
Causa animantium mun- dus, & hominis ani- mantes	538	Censor Pulvius	ibid.
Caucasus	150. 389	Cerebrum	715
Causa certaminū	207	Ceres Catinensis	114
Causa demonum calen- dorum	169	Ceres dea	71
Causa deorum appel- landorum	69	Ceres Dea infelix	66
Causa erroris de iam multis Dijs	23	Ceres Eleusina	84
Causa Dei contemnen- di	98	Ceres Ennensis	114
Causa Iesu aduentus	291. 342	Ceres Milestia	119.
Causa incommodorum			170
		Certamen anceps	499
		Centorum & incerto- rum argumenta	612
		Ceryix	701
		dd s	Cha

I N D I X.

Chaldei	575	Ciceronis facundia	177
Cham	163	Ciceronis mors	115.
Chanaan Arabi ibi.	498		
Chaos	18. 134	Ciceronis peroratio	
Cartilago	686		663
Chiron	34	Cicero perfectus non	
Chloris Nympha	75	modo orator, sed etiã	
Chrestus	282	philosophus	59
CHRISTVS	281.	Cicero Platonis imita	
299. 311. 311. 137. 388		tor	20. 59
Christ ⁹ ὁ ἡραγωγὸς τῷ		Circe Marica	84
θεῷ	281	Circoncisio	316
Christus ὁ μὲν		Claudia	128. 176
τῷ θεῷ	281	Cleantes	19
Christus verus Iesus		Cleantes mors	234
316		Cleombroti mors	235
Christianorum suppli-		Cloacina dea	95
cia	257. 393. 394. 550	Clodius P.	37
Chrysippus	20. 23. 696	Clodius Sex.	91
Chrysippi mors	234	Codri mors	210
Cibus ignis, & anima		Cogitatio	492
160		Calum	18. 145. 182.
Cicero	37. 177. 216. 235	251. 719	
469. 474. 496. 671.		Calum deum esse	17
726		Calum elementū mun	
Cicero Academicus		di	18. 50
9. 217		Celi filius Saturn ⁹	47
Ciceronis etas.	320	Celi filij	ibidem
Cicero Augur	59	Celi genitalia	50
Ciceronis caput	498	Calū Ioui obrigisse	42
		<u>Calū</u>	

I N D E X.

<i>Celi mors</i>	49	539-543-547	
<i>Calum mortuū aper-</i>		<i>Corporis bona</i>	546
<i>tum</i>	62	<i>Corporis membra</i>	450.
<i>Calum spectare</i>	258		693
<i>Coi</i>	129	<i>Corporis opera</i>	564
<i>Collum</i>	701	<i>Corpus ad sentiendum</i>	
<i>Colophonis Apollo</i>	26		549
<i>Concordia</i>	453	<i>Corpus vnum ex duo-</i>	
<i>Confessio, & peniten-</i>		<i>bus</i>	112
<i>tia</i>	356	<i>Corybantes</i>	52.88
<i>Cos. Antonius</i>	62	<i>Cos. Accij Nany</i>	128
<i>Cos. Bibius</i>	90	<i>Cofla</i>	683
<i>Cos. Cornelius</i>	ibid.	<i>C. Colta pontifex</i>	22.
<i>Cos. Dolabella</i>	62		125
<i>Cos. Romani</i>	1289	<i>Crassius</i>	481
<i>Constantia</i>	482.493	<i>Creta</i>	46
<i>Continentia</i>	516	<i>Cretensis Iupiter</i>	87
<i>Contrariorum ratio</i>	152	<i>Critias</i>	240
<i>Conuicia in Herculem</i>		<i>Cræsus</i>	481
	86	<i>Cruz Iesu Christi</i>	343.
<i>Caprianus Cyprianus</i>			368
	361	<i>Crucis Christi signum</i>	
<i>Cor</i>	699.708.712		345
<i>Coritus</i>	94	<i>Crura</i>	711
<i>Cornelius Cos.</i>	90	<i>Cubiti</i>	701
<i>Corona</i>	342	<i>Cumea Sibylla</i>	25
<i>Corona ex panibus a-</i>		<i>Cumana Sibylla</i>	24
<i>fello</i>	85	<i>Cunina Dea</i>	79
<i>Corpus</i>	100.148.158	<i>Cupiditatus. animi &</i>	
	180.207.426.433.	<i>corporis</i>	32.448.
			490

490.500.564		Davidis etas	329
Cupiditas generandi in nomine	510	Decemviroorum	753
Cupido	37.67	Deciorum duorum mors	210
Curetes	46.88	Decretum senatus de imperio M. Antonij	42
C. Curio Cos.	25.664	Delphorum Apollo	58
Curtij mors	210	Delphi ab Apolline relicti	26
Cynici	222	Delphica Sibylla	23
Cynofura	34	Delphi ibidem	
Cyprianus	361.370	Demetrianus	152.749
Cypri Salamin.	81	Democritus	234
Cyrenaici	191.194	Demophile Sibylla	24
Cyrenius Theodorus	626	Demosthenes	364
Cyrus	24.279.289	Deutes	700
Cyri etas	24.279	Dentes ad loquendum	ibidem
Cytheron mons	92	Deucalion	151
Cypria mulieres	67	Deus ex aere immenso	17
D			
D Aemones	46	Dij Aegyptiorum	80
Demoni Dei flagello domantur	28	Deorum equalis Orphens	17
Demoni per terram, et mare	ibid.	Deus aternus	12. 137. 558
Demonum genera duo	164	Deus Aether	19
Dante	40	Dei affectus	649
Dardanus	94	Deus alim alio tempore	
Darij etas	279.304		
Dauid	285		

I N D E X.

port	38	Deos coli, alios, vt pro-
Deus animus	19	sint, alios, ne obsine
Deus animas virtute	76	
inspirat	40	Deos concipere non
Deus ante omnia	17	posse 63
Deus appatens ibidem		Dei in conspectu 101.
Deus aqua	120	532. 670. 742
Dij auro, ebore, gem-		Deorum conubia 41
mis, exornati	110	Deus quibus consistet,
Deus beatus	140.	queq; in eo sunt 25
200		Deo conuenire 47
Deorum bella apud		Deus corpore carēs 558
Homerum	124	Dei cultus 432. 463.
Deus Belus	94	638. 545. 550. 623
Dei beneficentia	650	646. 668. 717. 730
Dei bonū summū	209	Dea canina 79
Deus honorū fons	449	Deos Diagoras exclu-
Dea Caca	79	dit 9
Deus caput virtutis, et		Dei dies magnus 377
doctrinæ	461	Deus disertus 508
Dea Cloacina	75	Dij diuini 38
Deus celata esse voluit		Dei domicilium, mun-
143		dus 730
Dij caelestia omnia	117	Deus dominus 177. 415
Deus cali fabricator		Deo donum dignū 513
35		Dij duces curant 171
Dei cognatio	621	Dij duodecim 28
Deus ex coitu maris		Dea Egeria 89
et formina esse non		Dij elementa 122
potest	30	Deus Esus 88
		Deus

I N D E X.

Deus falsus, & dei fi- lius	584	non indigere	43.48 ²
Dea femina	41.63	Deus in igne habitat	27
Deus filius	353	Dea Isis Io	41
Deus per filium coli- tur	354	Deus imbecillus non est	65
Deus fuisse non potest	49	Deus immortalis	12.
Deus fulminari non potest	73	30.531	
Dea fororum praeses	75	Deus impassibilis	14.
Dei forma	639.658	140	
Dea Fornax	79	Deus incorruptibilis	12.14.140.531
Dea Fortuna	260.262	Deus invisibilis	557
Deorum generatio He- siodi	18	Dei ira	172.602.
Dei gratia	613.617.	610.614.648.651.	
648		662.667	
Deus Hermes Trifme- gustus	572	Deus iudex	7.495. 1
Deos homines fuisse	57	520	
57 436		Dei iudicium	329.
Dei homo simulacrum	101	557. 573. 574. 592.	
Deus & homo quid differant	4	597. 602. 607. 660.	
Dei honor, & virtus	77	720	
Deorum res ad huma- narum similitudinem	66	Deus Iulius Caesar	62
Deum humanis rebus		Dei iniussu nihil ange- li	27
		Dei Lacedaemonij	79
		Dij qui laudabantur	dicti 40.57
		Dei lex	83.5 3.521
		Dij Lucianus non pe- percit,	

I N D I X.

percit, neq; homini- bus	33	Deus nascendi causa,	
Deus ludibrio homini- bus haberi	79	& principium	19
Deus lumen est	61	Dea Natura	136. 141
Dij maiorum gentium		Deus, natura excel- lens	614
Apollo, Iupiter, Ne- ptunus, Vulcanus, Mars, Mercurius	61	Deus natura sapiens	
Deorum mater Dea		636	
infelix	66	Deus naturalis vis di- uina ratione predi- ta	10
Deorum matris sacri- ficia	83	Deus lex diuina ibid.	
Dea Mens	75	Deus necessitas diui- na	ibidem
Deus, mens	18. 19	Dei necessitas non na- tura	648
Deus, mens mundi	312	Deorum necessitas nul- la, sed libertas	18
Deus mente edicipi non potest, neque verbis enarrari	26	Dei nomen 11. 40. 136	
Dei metus	497	Deus nomen Dei pro- prium	13
Dij minores si sunt plu- res	11	Deo nome hominis	44
Deus, mundus	121	Deus nomen potestatis summa	14
Deus mundi fabrica- tor, & rector noster	19. 19	Deos non esse	9
Dij ministri	21. 27	Deos non esse illos, qui ne prohi quid in ha- mines fuerint	73
Dei minister Apollo	28	Dei motus	16. 62. 669
Dea Muta	79	Deorum nouum or- tus	64
Deus Mutinus	80		De

I N D E X.

Dei oblitio	98	ne	17
Dij, Pallor & Pauor		Deo repugnari	1101
75		posse	133
Dij pares nisi sint, ne-		Deus Romulus	61
que dij sunt	14	Dei sacerdotes	273
Deos partitos officia		Dei sacrificia	521.
17		729.730	
† Deus pater	† 7.45.	Deus per se	27.29
177.415		Dei sermo	179
Deus patrem non ha-		Deo seruire	60.101
bet neq; matrem	27	Deorum sexus	284
Deus perfectus	11.531	Deus sibi vni notus sa-	
Dei placatio	388	tis	30
Deorum plena omnia		Dij Sicularum	114
innumerabilium	61	Dei similitudo	32.300
Dij populares multi	19	516.559.618.621	
Dei potestas	137. 141.	Deorum simulacra	42
517.637.645		Dij Sol, Luna, & sy-	
Dei placatio	44	dera	117.110
Deus primogenitus	17	Deus spiritus	18
Deus principalis	47	Deo subiecta omnia	
— Dij sint nec ne Prota-		ibidem	
goras dubitauit.	9	Deus subiectus nulli	
Dei prouidentia	537.625	rei	15
Dei quies	652	Deo succedi	30
Deus Quirinus	62	Deus summus	25
Dei recordatio	98	27.172	
Dij qui reges olim fise		Dij ciou	23
re	31	Dei templum	525
Deorum religiones va		Deus terminus, et eius	
		sacrific	

I N D E X.

	<i>sacrificia</i>	80	<i>Diabolus criminator</i>	
	<i>Deus terra</i>	120	60.164.672	
	<i>Deus testis</i>	310	<i>Diagoras</i>	9.626
	<i>Deorū testimonia fal-</i>		<i>Diana</i>	81
	<i>forum de vero</i>	26	<i>Dicaearchus, Democri-</i>	
	<i>Deus Teutates</i>	81	<i>tus, Epicurus</i>	557
	<i>Deus Thoth Aegy-</i>		<i>Dicta Dionysij tyran-</i>	
	<i>priorum, & Saita-</i>		<i>ni</i>	112
	<i>rum</i>	22	<i>Dies</i>	146
	<i>Dij CCCLXV.</i>	28	<i>Dies quo Christus pas-</i>	
	<i>Deus veniam dat</i>	461	<i>sus est</i>	315
	619		<i>Dies, quo creatus Cō-</i>	
	<i>Deus verbum</i>	514	<i>stantinus</i>	36
	<i>Dei via</i>	305	<i>Dies quo Isis navi-</i>	
	<i>Dei virtus</i>	143.537	<i>gant, in festis</i>	41
	<i>Dei vltio</i>	423	<i>Dies quo iudicabitur</i>	
	<i>Deus vnus</i>	10.12.19	<i>mundus</i>	587
	25.39.123		<i>Dies Latetudinaliorū</i>	74
	<i>Deus vnus rector exi-</i>		<i>Die quadragesimo</i>	
	<i>mius</i>	14	<i>corpus consumatur</i>	
	<i>Deus vnus gratias</i>		<i>in vtero</i>	707
	<i>agēbium, irātium,</i>		<i>Dies piter, vel Orcus</i>	
	<i>optantium</i>	98	<i>Pluto,</i>	55
	<i>Dei vocē Sibylla per-</i>		<i>Digitorum ritus, &</i>	
	<i>fert ad homines</i>	26	<i>religio</i>	419
	<i>Dei volūtas et lex</i>	652	<i>Dilunium</i>	151.153
	<i>Dij, quæ vsui à Deo</i>		<i>Dinonachus</i>	191
	<i>creata sunt</i>	27	<i>Diodorus</i>	53.192
	<i>Dextra masculina</i>	707	<i>Diogenes</i>	254
	<i>Dia</i>	36	<i>Dionysius Sicilia ty-</i>	
			<i>e e</i>	<i>rau</i>

I N D E X

Vannus	112	Empedocles	132.261
Dissentire	382	Empedoclia mors	234
Diues apud deū	478	Enna	114
Diuisio, et interitus	11	Ennius	632
Diuitia	205	Epicurus 141.154.191.	
Diuortium	741	216.232.233.387	
Dolabella Cos.	62	Epicuri vanitas	632
Dolor	485	Epicurus veridicus	527
Donatus	663	Epicurus nō versutus	
— Dominari	14	616	
Domitianus	366	Epicurei	142.519
Domitius	391	Epidaurus	34.129
Dux	440	Epigrāma in Ionē	46
	8	Equi Castoris, & Pol-	
E bur	522	lucis	118
Ecclesia catholi-		Equus Soli mactatur	
ca	356	86	
Edictum Iouis	52	Eratosthenes	24
Egeria Dea	89	Eriethonia	62
Elementa	47. 148	Eriethonij ortus ibid.	
158. 188		Erythreus Apollodo-	
Elementum calum	50	rus	24
Elementū caeleste Ignis		Erythrea Sibylla	24
560		25.664	
Elementa Dū	111	Eryx	67
Elementa repugnātia		Esaias	300
548. 560		Esse sine principio nō	
Eleusina Ceres	84	potest	536
Eloquentia	214. 725	Esus	81
Elusij campi	441	Euclides	208
		Euhem	

I N D E X.

<i>Zuhentopus</i>	43.638	<i>Fides pœnitentia</i>	398
<i>Euphorbus</i>	236.596	<i>Filij comest, sepulti</i>	52
<i>Euphrator</i>	111	<i>Filius domini, domi-</i>	
<i>Eurithicus</i>	33	<i>nus</i>	352
<i>Europe taurus</i>	41	<i>Filius patris dedecus</i>	
<i>Exiliū Protagoræ</i>	625	<i>fratribus indicat</i>	163
<i>Expositio natorū</i>	505	<i>Filij Saturni</i>	46.52.55
F		<i>Filiorū similitudo</i>	708
F <i>abrica Vulca-</i>		<i>Filius Thetidis</i>	38
<i>ni</i>	92	<i>Flora meretrix</i>	74
<i>Facies</i>	693	<i>Floralia Iudi</i>	74
<i>Fata</i>	39	<i>Flumina</i>	517
<i>Faula meretrix</i>	74	<i>Fontes</i>	<i>ibidem</i>
<i>Fauna</i>	91	<i>Fornax dea</i>	79
<i>Faunus</i>	58.91	<i>Fornacalia</i>	<i>ibidem</i>
<i>Fauni atas</i>	92	<i>Fortitudo</i>	482.489.
<i>Fausuli uxor</i>	74	546	
<i>Fatua</i>	91	<i>Fortis vir</i>	33
<i>Febris</i>	76	<i>Fortuna</i>	160.262.268
<i>Feciales</i>	459	<i>Fortuna equestris</i>	129
<i>Fel</i>	712	<i>Fortuna natura</i>	162
<i>Femina</i>	712	<i>Fratres</i>	427
<i>Fœminis pecudes re-</i>		<i>Frater Iouis</i>	38
<i>pugnans</i>	514	<i>Fratrem Quirinus in-</i>	
<i>Fœmina vates</i>	23	<i>terfecit</i>	62
<i>Fenestella</i>	25.664	<i>Frigora</i>	683
<i>Festus Pesteunius</i>	83	<i>Frons</i>	693
<i>Fibulam imponere</i>	64	<i>Fructus virtutis, ☉</i>	
<i>Fictores imaginum</i>	41	<i>vitiij</i>	562
<i>Fides</i>	741	<i>Fuga Saturni</i>	47.52.57
		<i>et c.</i>	<i>Fulū</i>

I N D E X.

Fulvius Censor	129	Gentilicia	165
Fulvii cęsoris mors et ipsius, & eius filio- rum	ibidem	Genus Agamęnonis, Achillis, Aiacis, Ulyssis, & Priami à Ioue	94
Funus Casarii	62	Gerythiũ oppidiũ	24
Funus Herculi	34	Ginziue	700
Furius	399.406.392	Gladiatoris mors	504
Furius Bibaculus	89	Glanca	55
G		Glanca mors	ibidem
Gabinus P. Le- gatus Rom.		Gloria	257.494
Erythras	15	Gnosus	46
Galba	399	Gracchanatęporã	114
Galilęa	316	Gręcum esse	239
Gallorum Dę	81	Gręci lenos, & qđdem eloquentes	59
Galli Matris Deorum	66	Gręcorum regnũ	579
Galli, & Roma capta	79	Gręci sacrarum lice- rarum ignari	126
Ganymedes	40	Gręci Ilium petetes	14
Gaudium	485	Gręmatici	65.253.213
Gaius	320	Gramm. definiit	733
Gemini Iupiter, & Iuno	55	H	
Gemini Pluto et Glau- ca	ibidem	H Adrianus	81
Generare homopotest, facere non ita	150	H Heredes Chlo- ris	75
Gęny	168	Heres Moysis Iesus Nave	304.316
Genitalis pars	513	Heres Herculi Philo- stęta	34
		Heres	

I N D I X.

<i>Harer Pop. Rom. Flo</i>	<i>Herculis ortus</i>	31
<i>re meretricis</i> 74	<i>Herculis sacra</i> 86. 119	
<i>Hereditas stultitie ad</i>	<i>Herculi vias, & ope-</i>	
<i>Epicurum</i> 219	<i>ra</i>	32
<i>Harmonia</i> 67	<i>Herillus</i>	191
<i>Hebrae</i> 163	<i>Hermes Trifnegistus,</i>	
<i>Hector</i> 254	<i>& eius atas</i>	140
<i>Helena</i> 35	<i>Herniaphroditus</i>	67
<i>Helias</i> 291	<i>Herophile Sibylla</i>	24
<i>Helicon</i> 18	<i>Herodes</i>	290
<i>Helleponticum mare</i>	<i>Herodis atas ibidem</i>	
48	<i>Hesdras</i>	291
<i>Hellepontica Sibylla</i>	<i>Hesiodus</i>	18
24	<i>Hiacynthi mors</i>	35
<i>Hemanuel</i> 294	<i>Hieronymus</i>	192
<i>Heraclides Ponticus</i> 24	<i>Hierosolyma</i>	301
<i>Heraclitus</i> 147	<i>Hippolytus</i>	34
<i>Hercules</i> 17. 57. 69	<i>Historicorum atas</i>	593
<i>Hercules adulter</i> 32	<i>Homerus Deos bellan-</i>	
<i>Herculis quasi Africa</i>	<i>tes fecit</i>	15
<i>nus inter deos ibid.</i>	<i>Homerus ad veritatem</i>	
<i>Hercules alexicac.</i> 367	<i>nihil</i>	18. 24
<i>Hercules in celo</i> 61	<i>Homolog. 109. 110. 116</i>	
<i>Hercules pamelicus</i> 86	457. 492. 531. 537. 725	
<i>Hercules Hispania re-</i>	<i>Homo animal sanctum</i>	
<i>diens</i> 82	505	
<i>Hercules Lindius</i> 86	<i>Homo in angelum tras-</i>	
<i>Herculi mors, & vxo-</i>	<i>formatus</i>	603
<i>rum, & liberorum eius.</i>	<i>Homines ante Vulez-</i>	
34	<i>num, Liberum, Apol-</i>	
	<i>lee j unem</i>	

<i>Inermis, Iouem</i>	277	646. 676. 677	
<i>Hominum, & brutorum</i>	discremen	107	<i>Hominis propria</i> 628
<i>Hominem bruta imitantur</i>	202		<i>Hominis scientia</i> 144
<i>Hominis vniuersa, brutorum</i>	singula	484	<i>Homo simulacrum</i>
<i>Homicidium</i>	503		102
<i>Homo quib. coëstet</i>	679		<i>Hominis vita</i> 161. 467
<i>Hominis cultus</i>	646		<i>Honestas</i> 198
<i>Hominis cum Deo cognatis</i>	412		<i>Honor Deus</i> 75
<i>Homini, Deo tribuuntur</i>	463. 733		<i>Horatius</i> 110
<i>Homines vt fungi</i>	517		<i>Hortensius</i> 27
<i>Hominis figura</i>	693		<i>Hostis spūs malus</i> 448
<i>Homo ex humo</i>	634		<i>humanacaroesratas</i>
<i>Hominis imperiū</i>	536		<i>Humana hostia</i> 81.
673			83. 172
<i>Hominis munimenta</i>	540. 666		<i>Humana imbecillitas</i>
<i>Homo mundi dominus</i>	747		137
<i>Hominis natura</i>	500		<i>Humanitas</i> 202. 240.
<i>Hominis numerus</i>	63.		463. 464. 468
610			<i>Humilitas</i> 744
<i>Hominis opera</i>	143		<i>Humor</i> 147
<i>Hominis origo</i> 143. 151			<i>Hydaspes fluminis, & Rex</i>
156. 117. 199. 135. 463			581
469. 543. 554. 643.			<i>Hyems</i> 146. 154
			<i>Hyrcania</i> 389
			I
			<i>Iacob</i> 199
			<i>Ianiculus</i> 90
			<i>Ianus</i> 53
			<i>Iani facies in numis</i>
			<i>ibidem</i>
			<i>Iapet</i>

<i>Iapetus</i> 150	<i>Iasius</i> 94	<i>Ignis sempiternus</i> 592
<i>Icarium mare</i> 48		<i>Ignis vsus</i> 645
<i>Ida</i> 88	<i>Idas</i> 35	<i>Immortalitas</i> 207.
<i>Idonem</i> 469		208. 277. 450. 545.
<i>Iecur</i> 712		555. 645. 670
<i>Iecoris officium</i> <i>ibid.</i>		<i>Imperior. varietas</i> 4577
<i>Iesse</i> 528		<i>Inachus</i> 40. 48
<i>Iesus Christus</i> 282.		<i>Incendium orbis</i> 153
307. 333		<i>Incensi libri Nume</i> 92
<i>Iesu Christi ortus</i> 131.		<i>Incensi libri Protago-</i>
279. 281. 293		<i>re</i> 625
<i>Iesu aduentus</i> 299		<i>Incensus populus in</i>
<i>Iesu baptismus</i> 306		<i>Phrygia</i> 390
<i>Iesus filius Dei</i> 304		<i>Indi</i> 35
<i>Iesus Iosedech.</i> <i>ibid.</i>		<i>India</i> 389
<i>Iesu mors</i> 324		<i>Infantes Saturno im-</i>
<i>Iesus Naua</i> 304		<i>molati</i> 81
<i>Iesus Naua. Aufes</i> 317		<i>Inferi</i> 104. 555
<i>Iesu supplicium</i> 290.		<i>Inferna Plutoni obti-</i>
311. 323		<i>gisse</i> 42
<i>Ignis</i> 147		<i>Inferi, et in his Iupiter,</i>
<i>Ignis accenditur</i> 630		<i>Neptunus, Vulcan^o</i>
<i>Ignis elemētū</i> 560. 592		<i>Mercurius, Apol-</i>
<i>Ignis interitus</i> 527		<i>la, Saturnus</i> 348
<i>Ignis & lux</i> 560		<i>Ino Lencothea, et Ma-</i>
<i>Ignea natura</i> 50		<i>tua mater</i> 84
<i>Ignem oculos extin-</i>		<i>Intelligere</i> 531
<i>xisse</i> 130		<i>Intestina</i> 706
<i>Ignis, ex quo orta</i>		<i>Inventores rerum</i> 44
<i>omnia</i> 147		<i>Io</i> 40
		<i>Ioannes</i> 306
		<i>Iordanus</i> <i>ibid.</i>
		<i>et 4. Iosed</i>

I N D E X.

Iofedech	304	Judiciū de Apollonis	
Iofues	178		366
Ira	32. 448. 500. 501	Julius Caesar Deus	62
	. 614. 617. 653. 654. 734	Julius Proculus	ibid.
Ira in iecore	662	Jumenta	149
Ira in minoribus coër		Juno dea infelix	66
cendis	501	Lacrima	29. Samis 8
Iſi	41. 58	Junonis ira	40. Nomē
Iſis dea infelix	66	45. Ortus 55. Mone-	
Iſrael	299	ta ſimulacrum	128
Italia ☉ Saturnus		Jouis etas	94. Cultus
	47. 51. 57	44. Res geſte	43
Italiae victus	53	Imperij Orientis	42
Iudas	289	Inramētum	39. Leges
Iudas proditor	319	49. Mors 37. Orius	
Iudea	315	37. 41. 44. 51. 55. 116	
Iude ☉ Iſrael domus		Iupiter Atabyrius	93.
328 Iudei	281	Caffius ibid. Creteſis	
Iudeorum filij ☉ po-		46. 87. Denton	347.
ſteri	328. 429	A demonibus indu-	
Iudeorū indi.	279. 281	ctus	168. Danaen
Iudeorū correctio	279	violaturus	40. Deus
	289	37. 61. Fabuloſus	44.
Iudice religionis ſa-		Ganymedem raptit	
cra	315. 318	40. Homo 30. 45. Im-	
Iudeorum ſeruitus ☉		perij dator	43. Im-
liberatio	289	pius 36. Labradeus	
Iudeorum veritas	268	93. Labrius ibid. La-	
Iudex	364	tialis 81. Molio	95.
Iudicis officiū	179. 659	Naturalis	44. Vnus
			deus

I N D E X.

<i>deus</i> <i>ibid.</i> <i>Olympius</i>	<i>Iustus sapiens</i> 430. 218
41. 112 <i>Opt. Max.</i>	<i>Iustus stultus</i> 398. 404
36. <i>Pistor</i> 79. <i>Preca-</i>	408. 729
<i>tur</i> 49. <i>Principatu</i>	<i>Iulurna lacus</i> 128
<i>privatus</i> 31. <i>Reper-</i>	<i>Iunare</i> 45
<i>tor hominū & rerū</i>	L
38. <i>Rex</i> 3. <i>Sacrifi-</i>	L <i>Aborū requies</i> 5
<i>cat</i> 49. <i>Salustii</i> 64	<i>Labra</i> 701
<i>Triphyllius</i> 43 <i>Triū</i>	<i>Labradens Iupiter</i> 93
<i>phatus à cupidine</i> 37	<i>Lacedemoniorū dū</i> 78
<i>Iura</i> 404	<i>Larinia Iuno</i> 129
<i>Iuramēta Socrat.</i> 243	<i>Lactantius de se</i> 214
<i>Ius civile</i> 460	360. 361
— <i>Iuris civilis institut.</i> 6	<i>Lalius</i> 406. 454
<i>Ius naturale</i> 727	<i>Latvia</i> 485 <i>Lais</i> 121
<i>Iustitia civilis & na-</i>	<i>Lamia Euripidi</i> 25
<i>turalis</i> 406. <i>Fugata</i>	<i>Lampsacenorū sacra</i>
732 <i>Laudata et euer-</i>	<i>Priapi</i> 85
<i>sa</i> 399. <i>Restituta à</i>	<i>Laomedon</i> 34. 91
<i>Cōstāt. Imp.</i> 6. <i>Satur-</i>	<i>Laprius Iupiter</i> 93
<i>no rege</i> 47. 171. <i>Iusti-</i>	<i>Larentinalis</i> 74
<i>sia imago</i> 454. <i>Offi-</i>	<i>Larētia ibid. Lares</i> 78
<i>ciū</i> 732. <i>Opera</i> 374.	<i>Larunda</i> <i>ibidem</i>
<i>Patroni</i> 399. <i>Precep-</i>	<i>Latini etas</i> 92
<i>pta</i> 16. <i>Radix</i> 733.	<i>Latinorum Faunus</i> 58
<i>Sūma</i> 647. 729 <i>Tra-</i>	<i>Latinorum mores</i> 81
<i>mes in calum</i> 329	<i>Latium</i> 51
<i>Iustus</i> 493. 496. 499	<i>Latona dea infelix</i> 66
<i>Iustus Fabricius</i> 454.	<i>Laudantium fides</i> 73
<i>Iustus Aristides ibid.</i>	<i>Leena meretricis A-</i>
	<i>ee</i> 5 <i>thenien</i>

I N D E X.

theniensis	74	Liberalitas	470. 492
Leda Nemesis	84	Liberi Indii scenici	508
Legat ^{us} Carneades	399	Libertas	411
Legatus Pontius Pila		Libri ad Christianos	
tus	319	aduersus eos, duo	164
Legati prouincia Sy-		Libri contra Christia-	
ria	ibidem	nos, tres	363
Legati Rom. Ennā	114	Libri Chryssippi	23
Legati Romanorū Ery-		Libri Cypriani	370
thras	25. 664	Libri domitij septi	139
Leges Aegyptiorū	22.	Libri Graece scripti	90
Ad auaritiam	372.	Libri Hermæ Trifine	
459. Iouis	46.	gisti	22
De la		Liber Hermæ Trifine-	
trocinos	04.	gisti, ὀλέγ. πλάγ	
Minois	90.	280	
Platonis	243.	Liber Lactantij	29
Publicæ	729.	Liber in manu simu-	
De reo-		laci Sibyllæ Albu-	
vum defensione	357.	nea	24
Saturni	55.	Liber Minutij Felicia-	
De usu-		ni	360
ra, Cicero	61	Libri Nauij de bello	
Lex alia alibi, et alio		punico	23
tempore	458.	Libri Numæ	90
Christi noua	315.	Liber Platonis de ani-	
Dei		ma	234
Moyfi data	288.	Libri Protagoræ exu-	
Testamentū	326	sti publice	615
vna satis	380.	Lib. sacrae scripturae	279
Ea-		Lib	
dēsemper	458.		
Papia			
64. Apud Tauros	81.		
Viriorū vxoris inter			
se	743		
Zencippus	229. 627		

I N D E X.

Lib. Seneca de Ira 653	Lucillus	ibidem
Liber Seneca, Quæro bonis, &c. 418	Lucillus Q. Balbus 117	
Libri Sibyllini 23. 114 664	Lucretius 158. 227. 627	
Libri Sibyllæ Cumanae 23	Lucretius veri nihil affert 63	
Libri de temporibus 178	Luctu delirare 60	
Liber Tertuliani apologeticus 370	Lucus Aesculapij 68	
Liber Theophilii 94	Ludi Circenses 507	
Libri M. Tullij de officijs 417. 447	Ludi Deorum sacra ibi.	
Libri M. Varronis 23	Ludi humano sanguine 503	
Libri φιλαληθῆς 368	Ludi scenici 507	
Liberi patris etas 162	Luna Dea 117. 119	
Liber pater in cælo 61	Luna defessus 582. 751	
Liber pater Deus 71	Luna sacrificia 98	
Liber pater homo 30	Luna solis splendore accipiet 598	
Libido 31. 449. 488 500. 511. 714.	Luna vsus 642	
Lingua 494. 680. 700	Lupa Romuli 74	
Litera 230	Lupanaria 511	
Litere Aegyptiorum 22	Lux 145	
Literati 508	Lyra Mercurio reperitur 35	
Literarum scientia ad religionem 359	M	
Loquendi initium 465	Macedonum Ca- byrus 58	
Lucianus 11	Magi 166. 168. 573	
	Magica ars 168. 307	
	Malum 547. 614	
	Malum Deus non factus	

I N D E X.

tie	131	Masuta mater	84
Mantis 680. 686. 701		Maurorum reges	58
Marcellus M.	75	Medendi ars	45
Marcionite	356	Medici	484
Mavis interfusio	537	Megarici	208
Mave Neptunus	124	Melicerta Palemon,	
Mate Neptuno obti-		& Portunus	584
git	42	Melissa	93
Marica virgo	293	Melisse	ibidem
Mate rubrum	288	Melisseus Creta	ibid.
Maria Circe	84	Melissei atas	94
Maru r'fus	641	Membra	460. 631
Martima ora M. An		Membrana alui	712
tonij	43	Membrozum r'fus	127
Muro primus nastro-		Menoby mors	210
rum poetarum non		Mentiri 15. 178. 494.	
longe a veritate	18	740	
Marpessus	24	Mens 669. 714. 716	
Mars homieida	35	Mens Dea	75
Mars & Venus	67	Mens Deus	18. 20
Mares	ibidem	Menti emote	15
Marium & s'amina-		Mens Harmonia	717
rum creatio & de-		Mens hominis 502. 531	
generatio	709	Mentes, multe vniua	
Masculum esse	239	corporis	14
Mater minoris auctis	55	Menti peccatum	515
Materia	136. 137	Menti purgatio	ibid.
Mathematici	249	Mentem vnam mun-	
Matrimonia coia	244.	do prestare	19
Matrimonia vola.	246	Mente vna oia regi	17
		Mens	

I N D E X.

4	<i>Mensis Aegyptiorum</i>	<i>Minos</i>	594
8	<i>Theuth</i> 21	<i>Minutius felix</i>	42
5	<i>Mëssibus 42. orbis de-</i>	360	
4	<i>uastabitur</i> 585. 751	<i>Miracula Apolloni</i>	
8	<i>Mentum</i> 701	366	
6	<i>Mercurius fur</i> 35	<i>Miracula Dei</i>	55B
4	<i>Mercurius Deus ma-</i>	<i>Miracula I E S V</i>	319
93	<i>iorum gentium</i> 61	<i>Miracula discipulorū</i>	
m	<i>Meretrices culta Ro-</i>	<i>Iesu</i>	325
d.	<i>manis</i> 74	<i>Miracula prophetae</i>	
4	<i>Meretrices in ludis</i> 75	<i>magni</i> 84. <i>falsi</i> 584	
11	<i>Meridies</i> 146	<i>Misericordia & hu-</i>	
12	<i>Messana Euhemer^o</i> 41	<i>manitas</i> 463. 481	
7	<i>Messenij</i> 98	<i>Misericordiae ope.</i> 740	
0	<i>Messenius Aescula-</i>	<i>mons caeli stella</i> 49	
4	<i>pina</i> 34	<i>Monium & collium</i>	
6	<i>Messias</i> 307	<i>visus</i> 641	
5	<i>Milista Ceres</i> 1. 9	<i>Morbi</i> 483. 488	
5	<i>Militare</i> 594	<i>Moriens</i> 570	
0	<i>Militaris reidux vnus</i>	<i>Mortuos. Quiesca</i> 492	
5	13	<i>Recētū natorū</i> 505.	
7	<i>Mimi</i> 503	<i>Secunda</i> 563. <i>Semp</i>	
1	<i>Minerva</i> 44	<i>terna</i> 37. <i>Hec vita</i>	
14	<i>Minerva Athenarū</i> 58	238. <i>Voluntaria</i> 210	
4	<i>Minerva opificum</i> 72	<i>In voluptate</i> 509.	
5	<i>Minerva in somn.</i> 130	<i>Eius tempus</i> 680	
d.	<i>Ministri suppliciorum</i>	<i>Mortuus</i> 341	
-	390	<i>Mortui, qui Dū publi</i>	
9	<i>Minora figuramajorū</i>	<i>cē coluntur</i> 60. 63	
7	576	<i>Mos Graecorū</i> 40. <i>Inde</i>	
f		<i>deos</i>	

<i>Deorum</i> 344. <i>Stoico</i>	<i>Hesiodi carmen</i> 18
<i>rum</i> 49	<i>Musica</i> 253
<i>Moyfes</i> 288. 304	<i>Musa Dea</i> 79
<i>Moyfis etas</i> 278	<i>Mutinus Deus</i> 80
<i>Mulieres</i> 395	<i>Mutius</i> 396
<i>Mulierū munera</i> 247	
<i>Mulier philosophans</i>	
253	
<i>Mulieres nō recusare</i>	
514	
<i>Mulieres sexus infir-</i>	
<i>mi</i> 31	
<i>Mulieres Spartanae</i> 78	
<i>Mundus Deus</i> 110	
<i>Mundi innumerabi-</i>	
<i>les</i> 629	
<i>Mundi etas</i> 575. <i>Di-</i>	
<i>scors concordia</i> 147.	
<i>Fabricatio</i> 543. <i>Fi-</i>	
<i>gura</i> 119. <i>Operū im-</i>	
<i>mensitas</i> 12. <i>Impe-</i>	
<i>rium decem virorū</i>	
751. <i>Paris, homo</i> 121.	
<i>Reftio</i> 10. <i>Renova-</i>	
<i>tio</i> 598	
<i>Mundi senectus</i> 752	
<i>Mūdi similitudo Ar-</i>	
<i>chimedis</i> 119	
<i>Munera</i> 475. 479. 607	
<i>Musarum instructas,</i>	
	<i>Nativū bellum</i>
	<i>Punicum</i> 18
	<i>Nathan</i> 301
	<i>Nares</i> 705
	<i>Nasus</i> 1698
	<i>Nasi officia</i> <i>ibid.</i>
	<i>Nates</i> 710
	<i>Natura</i> 136. 195. 222.
	259
	<i>Natura benefica</i> 613
	<i>Natura boni & mali</i>
	440. 647. 745
	<i>Natura fortuna</i> 261
	<i>Natura adintelligen-</i>
	<i>dum, & ratio</i> 17
	<i>Naturalē legem, et di-</i>
	<i>vinam esse Deū</i> 20
	<i>Natura mater</i> 633
	<i>Natura nouerca</i> 636
	<i>Natura rerum</i> 183
	<i>Natura repugn.</i> 499
	<i>Natura sine sensu</i> 631
	<i>Natura Stoicorū</i> 632
	<i>Natura vis</i> 627
	<i>Natur</i>

I N D E X.

Naturalem vim esse Deum	20	Nuptiæ Iunonis	☉
Nave 304. Naxus	49	O	0
Neceſſitatem diuinam eſſe Deum	20	Occidens	145
Necromantia	168	Occidens plaga inferior	42
Nemefis Leda	84	Occidentis partē Pluſtoni obtigiffe	ibid.
Nemo unquã doctior Varrone	23	Occidētē ſeruiurū	579
Neptunus	42.61	Oſtacilius legatus	29
Nept. Circēſes Iudi	507	Oſtanius Coſ.	664
Neptunus mare	114	Oſtanius Liber	47
Nero	329	Oculi	513.689.697
Nicanor Hiftoricus	23	Oculi hominum	518
Nilus 198. Noë	162	Odor 558. Oedipus	508
Noë etas	162	Olympus celum	43
Nominum varietas	486	Olympus mons	ibid.
Nomen filij Dei	281	Omphale	31
Nomina mutari	84. 487	Opertiū Bonæ Dæ	91
Nonat. 355. Nox	146	Opinatio	282. 84
Nox aduentus Dei	587	Opes	467.
Nubes	642	Opis captiuitas	56
Numa Pompilius Sa binus	90	Opis Iupiter	42.51.
Numerus pluralis	353	Ops Rheæ	32
Numerus duorū	694. 699	Ops Saturni ſoror, et coniu	ibid.
Nuntii cū facie Iani	53	Oracula	54.170
		Orationes Cicconis	498
		Orator	218.359
		Oratoria	253
		Ortus	

I N D E X.

Orcus Plato, & Die-	Parsimonia	491	
ffiter	55	Parthenia Samus 67	
Oreb mons	315	Parthenij	79
Oriens	145	Pastorum Deus Qui	
Orientis imperium 42-		tinus	62
579		Pastoribus persuadere	
Oriens plaga superior 42		90	
Orion	309	Pater	45
Orpheus	17.53	Pater Deus	45.173
Orphicus atus	90	Pater et Dominus	274
Orphica sacra	ibid.	Pater filio castratus 50	
Os, & eius usus	699	Patria parricida In-	
Offa	690. Oua 629	lius Caesar	62
Ovidius	19	Patri similitudo in fi-	
P		lyis	47
Pacti Titani cum		Patientia	417. 443. 5
Saturno	55	456. 498	
Palemone, & Portun-		Paulus Apost. 3-9. 365	
nus Melicerta	84	Pauli ad Cannas mors	
Palaestra Mercurij	35	171	
Pallor, et Pavor	Dij 75	Pauli I E S V discipuli	
Palpebra	698. Pan 59	mors	329
Panacius	447	Paupertas	462
Panes in hostium ca-		Peccantes	447
stra	79	Peccata subiectionum 657	
Panni corona aselli	85	Peccatorum irrita.	660
Paphi Venus	58	Peccata largitione re-	
Papille	703	mittuntur	480
Paradisus	160	Peccatorum modi 480	
Parca	153	Pecc. abolitio 479. 516	
Parricida	505	Pectus 702. Pedes 689	

I N D E X.

<i>Pensiles hortis, agri, vr</i>	<i>scens</i> 616. <i>Epicuree</i>
<i>bes, maria, mōtes</i> 50	<i>orius</i> 226. <i>Ethica</i> 213
<i>Perdita Cereris filia</i> 66	<i>Logica</i> 212. <i>Moralis</i>
<i>Perditus Isidis filius</i>	191. <i>Ort^o</i> 224. <i>Secla</i>
<i>ibidem</i>	<i>multa</i> 184. <i>Senectus</i>
<i>Perfectum</i> 11	<i>Academia</i> 189. <i>Su-</i>
<i>Peripatetici</i> 142. 192.	<i>blata</i> 184.
485. 487. 500. 626	<i>Philosophus Aristip-</i>
<i>Persarum regnū</i> 597	<i>pus leno</i> 221. 222
<i>Persica Sibylla</i> 23	<i>Philosophi ad bene vi-</i>
<i>Pestilentia Romæ</i> 129	<i>uendum</i> 5
<i>Petilius</i> 90 365	<i>Philosophū duabus re-</i>
<i>Petrus</i> 319	<i>bus consistere</i> 182
<i>Petri mors discipuli</i>	<i>Philosophi reges</i> 144
125 V 329	<i>Philosophi religiones</i>
<i>Phaethō 133 Phadra</i> 68	<i>sustulerunt</i> 109
<i>Phalaris</i> 237	<i>Philosophi veritatem</i>
<i>Phercydes</i> 557	<i>attigerunt</i> 42 555
<i>Phidias</i> 111	<i>Physica</i> 191
<i>Philoctetes</i> 14	<i>Physici</i> 190
<i>Philosop. 9. 16. 19. 117.</i>	<i>Phryges</i> 355
176. 200. 310. 493. 725	<i>Phrygia Sibylla</i> 24
<i>Philosophi quidam</i> 96	<i>Picus</i> 91. 92
<i>Philosophorum ætas</i> 371	<i>Pietas</i> 201. 400
<i>Doctissimi</i> 592. <i>Er-</i>	<i>Pisonis annales</i> 23
<i>ror</i> 67. <i>Gloria</i> 5. <i>Ppe</i>	<i>Piso C. Iulij socer</i> 62
<i>cepta</i> 467. <i>Cū sacris</i>	<i>Pistor Iupiter</i> 72
<i>litteris consensus</i> 554	<i>Plato</i> 20. 141. 154.
<i>Philosophia</i> 213. <i>Ar-</i>	240 254-399
<i>cesile</i> 185. <i>De flore-</i>	<i>Plato et Ægyptus</i> 71
	<i>ff Plat</i>

I N D I X.

Platonis ætas	407	Poëta ad voluptatē	59
Plato captus, & redemptus	254	Pœna præsentis	170
Platonis ciuitas	253	Pœnorum Vranus	58
Platonis imitator	20.	Pollex digitus	702
	59.61	Pollux	35.57
Pluto Agesilanus	42	Polycletus	111
Pluto Diespiter, & Orcus	55	Polytes	552
Plurioni inferna obli- gisse	42	Pöperus adolescens	84
Plutonis ortus	55	Pom. Cn. pater	452
Pœnitentia	469. 544. 666. 743	Pomp. Cn. mors ibid.	
Poëta	16. 359	Pondera	291
Poëtarū ætas	371. 593	Pontifex C. Caesar	23
Poëticus color	40. 44	Pontifices minores, et maximi	417
Poëta de dÿs	63	Pontificum scripta	88
Poëta non finxerunt	16. 42	Pontifex Varro	23
		Pontius Pilatus	319
Poëtica licentia	43. 85	Populorū testimonia de Dÿs	6
Poëtarū mendacium	41. 44. 73	Portunus, & Pala- mon Milicerta.	84
Poëtarum mos	121	Posidonius	854
Poëtarum mysteria re- uelata	48	Potio Iesü	311
Poëte officium	41	Potitorum gens	119
Poëta Orpheum vetu- stissimus	17	Potitorum gentis in- seritus	ibidem
Poëte vari	23	Praefectus M. Anto- ni	129
		Praetor Furius Biba- culus	89
			Praet

I N D I X.

Prætor <i>Q. Petilius</i> 90	<i>Graciam inuexit</i> 92
Præmiū pro armis fabricatis <i>Dij</i> 68	<i>Primus Pherecydes de immortalitate animarum</i> 557
Præcations ad deū 514	<i>Primus Poëtarum non stroyū Virgilius non longè à veritate</i> 18
Precium librorum <i>Si byllinorum</i> 25	<i>Primus Protagoras disputauit de djs</i> 625
Priamus 35.91.94	<i>Primus rex</i> 54
Priami etas 92	<i>Primus sapientiæ gradus</i> 93
Priapo a sellis immolatur 85	<i>Primus Thales de natura</i> 19.236
Priapus victus 85	<i>Primus Thales philosophus</i> 223
Primos <i>Agyptios</i> in celū suspexisse 163	<i>Prima Venus meretriciam instituit</i> 67
Primi <i>Chananei</i> Deū ignorauerunt 163	<i>Prodigia</i> 128
Primum cor in homine fingitur 712	<i>Prodigus</i> 492
Primus deorum colendorum autor 92	<i>Promethæus</i> 149. 672
Primus <i>Iupiter</i> sacrificat. 49	<i>Promethæi etas</i> 151
Primus <i>Iupiter</i> ex Saturni filijs 40	<i>Propheta</i> 290. 380. 526. 554. 572. 593. 599. 664
Prima <i>Melissa</i> sacerdos <i>Magna</i> matris <i>Deum</i> 92	<i>Propheta magnus uerus</i> 584
Primi oculi in auiibus finguntur 708	<i>Prophetarum mortis</i> —
Primus <i>Orpheus</i> <i>Liberi</i> patris sacra in	— 16. 290
	<i>Prophetarū munus</i> 15
	<i>Propheta, non philosophus</i> 2

I N D I X.

phus	458
Propheta principes, aut etiam Reges	16
Proserpina	65
Proserpina Locrensis	119.170
Protagoras de dijs	9
Protagora etas	625
Pudicitia	514
Pueri	506
Pulmo	703
Punicū bellū Newij	23
Punitio	657
Pyrrhus	119
Pythagoras	19.236
	239.557.596.636
Pythagorica de anima sententia	233
Pythagoras & philo- sophie nomē	181.216
Pythagorici	141
Q	
QVies	651
Quindecimviri	25
Quirinus	58
Quirinus in cælo	61
Quirinus Deus	61
Quirinus, Romulus prius	84

R	
Ratio	115
Ratio animalium brutorum	621
Ratio capere	536
Ratio in discernendo	641
Ratio diuinorum ope- rum	597
Ratio homini propria	622
Ratio nature sapiētis	636
Religios. 3. 73. 77. 106. 115. 275. 350. 417. 419. 664. 745	4
Religionis cardo	622
Religio Dei vnus ve- ri	419. 435
Religiones deorum	74.
	419
Religionis dissolutio	462
Religio hominis pro- pria	203. 625
Religio & metus	524
	638. 643
Religionum origo	58
Renes	712
Reperisse artes Miner- uam	

I N D E X.

nam	72	Rex alius deorū alijs	
Reperisse aruspiciā		temporibus	38
damones	168	Reges, qui Dy habiti	
Reperisse astrologiam		fuerunt	31
damones	ibid.	Regnum diuinum im	
Reperisse augurationē		mutabile	32
damones	ibid.	Regnum louis	42
Reperisse fabricā vul		Reges Iudæorum 279.	
canum	72	282.289.	
Reperisse frugū usum		Reges Maurorum cō-	
Cererem	71	secrati	58
Reperisse magicā de-		Rex mundi vni	27
mones	168	Regnorum partitio, et	
Reperisse medicinam		sortitio	42
Æsculapium	72	Rex Perses	128
Reperisse necromantiā		Reges Philosopharū	
damones	168	244	
Reperisse oracula de-		Reges Philosophor. Sō	
mones	ibid.	crates, & Plato 230	
Reperisse statuas Pro		Regnum Saturni 46.	
metheum	151	51.371	
Reperisse vini usum		Regum templa, & si-	
Liberum	71	mulacra	164.168
Resp. Rom.	499	Regulus	396
Responſa & carmina		Rhadamāth ^o	143.594
ſacra	23	Rhea	38
Reſurrectio Ieſu Chri		Rhea, Ops Latine	52
ſti	325	Riſus hominis pro-	
Rex Agathocles Si-		prius	622
culorum	83	Rome ad' es	50
		ff 3	Ro 74

I N D E X

Roma capta à Gall. 78	Sacrilegia Pyrrhi 119
Romani Græcorū imi- tatores 61. 74	Saita 23
Romanorum imperiū 404. 459	Salamin 81
Romanorū nomen tol- letur 179	Sallustium homo eru- ditus 88
Romane Philosophie princeps 66	Sallustius homo ve- quam 159
Romulus 580	Sami Iuno 58
Romuli mors 61	Samia Sibylla 24
Romulus postea Qui- rinus 84	Samia vasa 72
Rubigo consecrata 76	Samus Parthenia 67
S	Sancus 58
Sabbati dies 575	Sanguis 158
Sabinorum Sacer- dos 58	Sapere 275
Sacra in capitolio Al- bunea Sibylla 24	Sapientia 186 Divina 109. Humana 204. Et religio 204. Eius summa 199. 219
Sacrificia Iaperto 100	Sapiēs, et beatus 267
Sacrificia deorum 552	Sapiens malus 405
Sacrificia humana ho- stia 81. 83. 72	Sapientes septem 266. 270
Sacra Iunonis Sami 67	Sapientum septem atas 639
Sacra viris prohibita videri 241	Saturnus 17. 38. Eius atas 94. Captivi- tas 56. Nomen 51. Ops soror & con- iux 52. Ortus 46.
Sacrilegia Dionysij Ty- ranni 112	Venditiones 507 De- lusus

I N D E X.

<i>Iustus</i> 40. <i>Homo</i> 53	<i>Sepulcrum Celi</i> 90
<i>Sensibus carens</i> 42	<i>Sepulcrū Herculis</i> 34
<i>Terminum demora-</i> <i>uit</i> 80	<i>Sepulcrum Iouis</i> 46
<i>Scena</i> 504. 738	<i>Serapis</i> 84
<i>Scientia</i> 182. 196. 447.	<i>Sermo</i> 284
449	<i>Sermo Dei, & ver-</i> <i>bum Iesu ibidem</i>
<i>Scutum Iouis</i> 87	<i>Sermo hominis pro-</i> <i>prius</i> 612
<i>Scuta Saliorum</i> 89	<i>Sermonis similitudo</i> <i>in bestijs ibid.</i>
<i>Sedechias</i> 279	<i>Seruire</i> 14
<i>Semina</i> 745	<i>Seruus diuerberatus</i> 130
<i>Semen genitaliū</i> 708	<i>Seruus liberatus</i> 274.
<i>Semen marium & sœ-</i> <i>minarum</i> 707	<i>Serui philosophi</i> 253
<i>Senatus Romuli</i> 116	<i>Seruus Philosophus</i> <i>Phadon</i> 254
<i>Seneca</i> 29. 518	<i>Serui publici ad sacri-</i> <i>ficia Herculis</i> 119
<i>Seneca Stoicus</i> 21. 136	<i>Seipsum vegetans</i> 718
<i>Senes</i> 507	<i>Seueritas</i> 482
<i>Sensus</i> 696	<i>Sexuū appetitus</i> 510
<i>Sensus corporis</i> 14	<i>Sibylle</i> 13. 664
<i>Sensuum membra mi-</i> <i>nistra</i> 715	<i>Signa ante cladē</i> 579
<i>Sensus viuis atq; ca-</i> <i>lestis, mens vel ani-</i> <i>mus</i> 716	<i>Signum ante Dei ad-</i> <i>uentum</i> 587. 752
<i>Sensuū voluptates</i> 501	<i>Silenus</i> 238 (168)
<i>September Ægyptio</i> <i>rum</i> 22	<i>Simulacra</i> 100. 126
<i>Sepulcrum Æscu-</i> <i>lapij</i> 14	<i>Simulacrum Apollo-</i> <i>ff 4 nq</i>

I N D E X.

<i>ny</i>	367	<i>Sol si staret</i>	116
<i>Simulacra propter desiderium</i>	57	<i>Soli tenebræ</i>	581.752.
<i>Simulacrum Dei ho- mo</i>	463.480	<i>Solis usus</i>	641
<i>Simulacrum deorū</i>	66	<i>Solomon</i>	281.312
<i>Simulacrum Tullie Ciceronis</i>	60	<i>Solomonis ætas</i>	313
<i>Simulacrum Veneris armata</i>	79	<i>Soloni ætas</i>	24
<i>Sinistra fæminina</i>	707	<i>Somnia</i>	189
<i>Socio</i>	519	<i>Somni Deusauctor</i>	721
<i>Socrates</i>	105.141. 165. 213. 230. 239. 242. 401. 489. 532. 635	<i>Somniorū euetus ibi.</i>	
<i>Socrati Ægyptiorū religiones probata</i>	243	<i>Somnia prophetarum ibidem</i>	
<i>Socratis confessio</i>	261	<i>Sophia</i>	224
<i>Socrates scutra</i>	243	<i>Spartana mulieres</i>	78
<i>Sol</i>	50 434	<i>Spartiate</i>	185
<i>Sol Deus</i>	117.120 124.147	<i>Spectacula</i>	507.738
<i>Sol clar. septuplo</i>	598	<i>Spina</i>	685
<i>Soli cursus, et Luna, et Syderum meatus</i>	286.250	<i>Spiritus</i>	158.159
<i>Sol dux</i>	457	<i>Spirituum bonorum officium</i>	169
<i>Soli magnitudo</i>	475	<i>Spirit⁹ boni ortus</i>	132
		<i>Spiritus Dei</i>	293
		<i>Spiritus hominū ibi.</i>	
		<i>Spiritus malus</i>	166. 168.174.431
		<i>Splen</i>	711
		<i>Stella</i>	182
		<i>Stella Cancrī</i>	85
		<i>Stellarum casus</i>	751
		<i>Sterculus Deus</i>	80
		<i>Stoici</i>	121.141.151. 481.

I N D E X.

481.532.534.626	cur	76
Stoici de anima im-	Tellus	94
mortalitate 333	Templa	522
Stoici de dijs 117	Templū Cast. & Poll.	
Stoici ad naturalē ra-	128. Fortune equest.	
tionem traducūt 49	128. Hercu. 87. Chri-	
65	sti 311. Iunonis La-	
Stoici de prouidētia 9	cinie 12. Sami 67.	
Stultitia 255	Iouis Triphilly 43.	
Stygia palus 39	Peētus humanū 77.	
Substātia ignis calor,	Regum & simula-	
aque humor 148	cra 164. à Ioue con-	
Suilla carnis interdi-	stitutum 93	
ctio 318	Tempora 353	
Superstitio 68. 349. 350	Tenebra 146. 261	
Sylua 537	Terminus Deus 80	
Syon mons 315	Terra 47. 103. 145.	
Syria montes 603	159. 182.	
Syria prouincia lega-	Terrā	537
ti 319	Terram calcare 104	
Syria rex 584	Terra Deus 120	
T	Terra et ex ea homo	
T Arquinus 580	150	
Tarquinius Su-	Terra filij 47	
perbus 304	Terra interitus 527	
Tarquitius 34	Terram Iupiter quin-	
Tatius 75	quies circuiuit 45	
Tauri 81	Terra in Luna 149	
Taurus Europe 40	Terra in medio 589	
Taurus Luna macla-	Terra nomen 48	
	ff 5 Terra	

Terra partes	145	Tiberini Caesar	190
Terra in Sole	249	Titan	150
Terra fecunditas	545	Titanes	56.49.
Terra tenebra & lu- men	145	Tityus	591
Terra tenebra, inferi, & mors	146	Trismegistus	211.
Terra vsus	641	639	
Tertullianus	361	Triumphus Cupidini	37
Testamentū Dei	290	Troia capta	13
Testamenta duo	317	Troiani agri Marpes- sæ vicus	24
Testamentum nouum Christianorum, ve- tus Iudeorū ibidem		Tyberis	81
Tetrarchis Iudeo.	289	Tyndarus	36.60
Tenetus	81	Tyndarida	17
Tentas Deus Gallo- rum	81	Tyranni mors vi me- triciæ Leane	74
Thales Milesius	19.	Tuditanus	248
225		Tullus Hostilius	75
Thallus	53	Turulus præfectus Antonij	119
Thebe	91	Turulij mors ibidem	
Themis	38	V	
Themiste philosophas mulier	254	Valeriani	366
Theodorus Cyrenæus		Valere	624
626		Valerius Li.	25
Thetis	38	Varro M.	21.53
Theuti Mercurium	22	158.664	
Tiberius Attinum	130	Varroni M. atas	110
		Varro Cannensis	172
		Vatinius P.	118

I N D E X.

10	<i>Vej</i>	<i>ibidem</i>	<i>Vestalia sacra</i>	<i>ibid.</i>
50	<i>Venatiles Saturnis</i>	507	<i>Vesta terra</i>	124
9.	<i>Venti</i>	59. 537. 558	<i>Vetustas</i>	125. 165
	<i>Ventorum usus</i>	642	<i>Vipera</i>	643
91	<i>Venus armata</i>	79	<i>Vir</i>	709
11.	<i>Venus calva</i>	78	<i>Vires</i>	69
	<i>Veneris donaria</i>	111	<i>Virgilio</i>	386
37	<i>Venus & Mars</i>	35	<i>Virgines Vestales</i>	82
13	<i>Venus Paphi</i>	58	<i>Virtus</i>	4. 69. 132.
f-	<i>Venus prostituta</i>	67		194. 197. 205. 106
4	<i>Ver</i>	146		211. 265. 777. 412.
81	<i>Verbicacites soni</i>	611		446. 449. 493. 560
60	<i>Veritas</i>	16. 128.	<i>Virtutis amaritudo</i>	4
17		176. 421	<i>Virtus in animi bonis</i>	
2-	<i>Veritas sine eloquiis</i>			69
74	<i>Veritatis gradus</i>	612	<i>Virtus Bellona</i>	85
8	<i>Vera imprudenter lo-</i>		<i>Virtutes consecrari</i>	76.
75	<i>cuti</i>	458		69. 76
us	<i>Veritatis obscuritas</i>	8	<i>Virtus dea</i>	75
9	<i>Veritas suo lumine il-</i>		<i>Virtutum domicilia</i>	76
70	<i>lustris</i>	553	<i>Virtutis materia dolor</i>	
	<i>Verres C.</i>	37. 113		256
66	<i>Vertibula</i>	686	<i>Virtus nisi morte fini-</i>	
4	<i>Vesica</i>	706	<i>tur</i>	563
25	<i>Vespasianus</i>	329	<i>Virtus perpetua</i>	562
33	<i>Vesta</i>	46. 50	<i>Virtutes philosophis</i>	
	<i>Vestalium educatrix</i>		<i>ignota</i>	440. 438
10		55	<i>Virtutes temporarie</i>	
71	<i>Vesta Priapi insidia-</i>		<i>vite</i>	482
28	<i>tum</i>	75	<i>Virtutis via</i>	437.
				449

I N D E X.

442. 457
Vis naturalis diuina
ratione praeclara
Deus 20
Visa credita 573
Vita 145. 210
Vita actiuosa 491. *Ci-*
uili 218. *Optanda*
726. Perennis 564.
In virtute 509. *Du-*
plex 544. 564. *Eius*
duae vite 420. 439.
 732
Vitia 33. 561
Vitia fieri, non nasci
 487
Vitia philosophis igno-
ta 440
Vitiorum senectus 561
Vitiorum 716 435.
 441. 457
 — *Vitiorum voluptas* 4
Vltor 496
Vlyffer 94
Vnitatis in rebus 637
Volucrum ortus 747
Voluntas 485. 490
Voluptas 205. 507
Voluptas animalis 509
Amis 192. *Auris*

571. *Corporis* 193. *cū*
honestate 191. *Ocula-*
rum 491. *Odoratus*
et gustus 509. *Sen-*
sius 502. *Tactus* 511.
Virtutis sociā 509
Vox 558. 713
Vranus 48. 54
Vranū etas 162
Vranus Pœnorum 58
Vsura 495
Vsus inuentor 643
Vua 704
Vulcanus 50
Vulcanus arma Djs
fecit 72
Vulcanus ignis 124
Vulcanus Lemni 58
Vulgi iudicium 419
Vix re abstinere 506

X

X *Enocrates* 716
Xenophanes
 249

T

Y *Litera* 419.
 441

Zach

I N D E X.

Z	286. 304. 636.
Zacharias propheta postremus	Zeno Epicureus 134. 249
Zeno	Zeno, et Stoici 184. 289. 639

F I N I S.

Ex libro es de atroposio

Calbo Elque seo alle ~~habe~~
dara Galante

Esse

2068-0

Este Libro es de Salvador
Alfranca. Ant. Arzo Inq. Guad

[Illegible scribbled text]